Digitized by Google

GEORGII PHRANZÆ PROTOVESTIARII CHRONICON.

NAPOLI

A D
LECTOREM.

HAbeo nonnulla, erudite Lector, quæ te pro munere meo prius monendum ſtatuo, quam ad Chronicon iſtuc volutandum aggrediare. Georgius hic Protoveſtiarius, qua tempore, poſtremus numerari poreſt eorum, qui rerum Byzantinarum memoriam prodiderunt. Quanquam Byzantinis etiam Peloponneſiaças adiungit, & in iis non modicam voluminis ſui partem conſumit. Fides illi prompta, & præcipua ideirco tribuenda eſt, quia quæ exponit, eorum pleraque vidit, egit, omnibus pœne præſens interfuit, multis etiam præfuit. Oppugnationem, propugnationem, expugnationem, direptionem, vaſtationem, cladem denique & funera τῆς τῶν πόλεων βασιλίδος (ut creberrime a græcis ſcriptoribus honoris ampliſſimi cauſſa appellatur) urbis, inquam, regaliſſimæ Conſtantinopolis, nemo, quod mihi compertum ſit, deſcripſit diſpoſitius, accuratius, copioſius, credibilius: cui vel ſoli, vel maxime cum Virgiliano Ænea illa carmina de ſecundo auguſtiſſimi operis paululum immutata de ſe uſurpare licet.

Infandum cupitis me nunc renovare dolorem,
Conſtantini ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Turcæ, quæque ipſe miſerrima vidi,
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Oſmanidum ipſorum, truculentorumve Getarum
Temperet a lachrymis?

Multa affert in medium nec dum lecta iis, qui legerunt plurima; eaque ad perſpiciendam rerum humanarum varietatem, & inconſtantiam tum utilia. Non pauca alibi ſparſim & fruſtulatim, & confuſe extantia, ipſe uno in loco, plenius ac diſtinctius explanat. Ad ſcribendum ſe dedit ſenecta ætate, annum agens circiter octogeſimum, & concripſit ſive hos Annales, ſive iſtud Cronicon, ſive hanc Hiſtoriam (licitum eſt enim quovis honorum nominum hunc Comentarium appellare) anno poſt Chriſtum natum M.CCCC.LXXVII. poſt captam Conſtantinopolim quinto ſupra viceſimum, in quo etiam deſinit. Neque vero ſponte ſua, ſed quorundam virorum nobilium auctoritate & precibus adductus id oneris ſuccepit.

Opus autem ab auctore ſuo hunc in modum diſtributum eſt. Primo libro de quatuor (tot enim fecit) ſex Imperatores Palæologos complectitur, quorum Princeps eſt Michael, quem Comnenum cognominat (fuerunt quippe Palæologi materno genere Comneni, ut ex initio hiſtoriæ apparebit) is, qui Conſtantinopolim per annos ſexaginta, plus minuſve a Latinis obtentam recuperavit. Ultimus illorum ſex eſt Manuel, in quo liber finitur. Secundo res Joannis filii Manuelis perſequitur. Genuit autem Manuel filios ſenos, Joannem, Andronicum, Theodorum, Conſtantinum, Demetrium, Thomam. Tertium fratri & ſucceſſori Joannis Conſtantino dat: quò inperante, & quidem pauciſſimis annis Coſtantinopolis vi & armis devicta, in Turcarum impiorum ditionem conceſſit. Quartum, eundemque poſtremum in diſ-

ſidiis, & inteſtinis duorum fratrum Palæologorum, Demetrii puta, & Thomæ bellis in Peloponneſo, & Maometis II. qui Conſtantinopolim ſubegit, fraudibus ac rapinis ibidem deſcribendis potiſſimum ponit, univerſamque narrationem paulo ſupra annum Chriſti M.CC.LIX. quo Michael Palæologus imperium inivit, exorſus, ad annum M.CCCC. LXXVII. producit, atque ita annos minimum CC.XXIII. comprehendit, tantillo libro, chartis tribus: utinam vero etiam ita doctis & laborioſis, ut is, de quo iſtud poeta Veronenſis cum admiratione affirmavit.

At enim quoniam ſcriptor iſte παρεκβάσεων ſeu digreſſionum refertior eſt, & earum multæ ad hiſtoriam ipſam prorſus nihil pertinent, quin potius ejus gravitati & dignitati officiunt: ac proinde non ſine jactura modo, verum etiam commode, & utiliter abeſſe poſſunt, conſilium fuit, iis prætermiſſis, totum corpus (tametſi per ſe haud ita magnum) compendo quodam cogere, quæque libro quarto inſigniora, magiſque memorabilia reperiuntur, ea tanquam acceſſionem ad ædes cum tertio conjungere, & hac ratione ipſum tertium cumulatiorem efficere. Quem enim, obſecro, ſecta Mahometana ex Joannis Cantacuzeni contra eandem ſectam orationibus 101 paginis deſcripta & reprehenſa delectet? Odio pluſquam Vatiniano Mabometiſmum odit Proveſtiarius, atque hoc propter Turcas. Ideo ſe tenere non potuit, quin repertorem illius, & ſane pluries exagitaret, ejus genealogiam, mores, incrementa, dogmata inſectaretur. Sed nunc non erat his locus, ait Flaccus. De cometa viſo cum agit, quid illic complura meteora, ut, fulgur, fulmen, tonitru, terræmotum, ipſorum cometarum generationem, elementorum quoque rationem, philoſophica, inquam, ὡ πάνυ φιλοσόφως explicare attinet? Res ſuas, easque minutas ſæpe, & quas magnopere ſcire nullus cupiat, frequentius, & ambitioſius adducit. Non ſchiſma, & defectionem Græcorum ab Eccleſia Romana (quod tamen toti occidenti eſt perſuaſiſſimum) ſed peccata, ut Ninivitarum, aliorumque populorum, & oraculum de Iſmaelitarum (unde Turcæ ſint propagati) imperio augendo, qua de re ſcriptum eſt in Geneſi, hæc, inquam, in cauſſa fuiſſe cur perierint, Latinoſque a Græcis a Latinis deſciviſſe, longa diſputatione contendit. De quatuor monarchiis, etiam ex Prophetis Daniele, Zacharia fuſius diſſerit. Symbolum item Nicænum, ſecundum ſingula verba e ſcriptura ſacra tam novi, quam veteris Teſtamenti contextum & conflatum demonſtrat. Tandem capita quædam fidei profitetur, quod ſollemne fuit ad monachorum ordinem ſeſe aggregantium, in quibus ipſis quædam non Romana, & Catholica cernuntur. Hæc & hujus farinæ alia ad hiſtoriam nihil facere, lectorique moleſtiam magis creatura, qui non videt, nihil videt. Porro quæ libro primo de Oſmanidarum Imperatorum origine, ſucceſſione, rebus geſtis, de inſula Creta, & adverſum barbaros propter eam perpetratis diſſeruntur, ac præterea alios quoſdam locos, etſi hiſtoriæ minus proprios, minus tamen ab ea alienos, nec inutiles, & graves reliqui. Nec vereor, ne quis factumhoc meum ſecus interpretetur, qui clariſſimos utriuſque linguæ hiſtoricos, alioſque ſcriptores egregios ſimiliter ob ſolam longitudinem in epitomas contractos non ignorat, quos in præſentia nominare nihil neceſſe eſt. Quod lib. 3. ex narratione ſenis cujuſdam de rebus Indicis parum cre-

dibilia refetei, ſciendum apud Plinium & Diodorum Siculum haberi ſimilia. Adhæc quædam obſcura & intricata, ſcribæ, an auctori vitio danda, detraxi, nullo rerum notabili detrimento, in quorum intelligentia, ut quis diu ſe torqueret, opetæptetium non eſt viſum. Prudenter enim Nicetas in veſtibulo, ſeu præfatione operis ſui, qua hiſtoriam eximie, ſi quiſquam alius, commendavit. *Quidquid enim non apertum eſt, atque in promtu poſitum, hiſtoria abominatur: quidquid ſimplex & naturale eſt, & intelligentiæ obvium, libenter admittit*. Protoveſtiarius ipſemet undecim libros Nicephori Gregoræ in ſex prima capita libri primi, quaſi in anguſtiſſimum carcerem nimia propemodum brevitate coarctata compegit. Quæ ipſa capita, quod erant longiuſcula, nos in multa diduximus: & alioqui in capitum numero longitudineque per totos libros conſtituenda ac definienda noſtro judicio paruimus. Et quoniam epitomen conficiebamus, adhuc alia quædam omiſimus, cum preſertim involutiora eſſent, de quibus ſuo loco. Ter quater libro primo ad ſupplementum pauxillum verborum ex Gregora & Laonico aſperſimus. Atque hic te, lector, monitum volo, ad ea quæ libro jam nominato traduntur ubetius cognoſcenda, lectionem Gregoræ, nec hujus tantum, ſed & Joannis Cantacuzeni, ſuperiore anno a nobis in latinum converſi, multaque aliter, quam ille narrantis magnopere profuturum. Utinam edi in lucem potuiſſet hiſtoria Georgii Pachymerii, quam a Michaelis Palæologi tyrannide irchoatam, uſque ad Catelanorum ab Andronico defectionem perduxit. Quantum enim ea ipſa Gregoræ profuerit, & nobis ad hæc illuſtranda prodeſſe potuiſſet, patet ex capitum ſummis, & cujuſque libri locis memorabilibus a VVolfio excerptis e codice Auguſtano, quem ait alicubi carie confectum, & aliquot foliis paſſim exſectis mutilum eſſe. Quas ob cauſſas converti in latinum non potuerit.

Poſſem jam quamvis longus eſſe in exponendis, quæ mihi Protoveſtiarium interpretanti moleſta, tantumne? immo & perdifficilia occurrerunt. Sed faciam breve, animus enim meminiſſe horret. Non ſcripturam duntaxat codicis, ſed ſermonem etiam mirabiliter depravatum & corruptum, magniſque toties obſcuritatibus implicitum inveni, ut ad ſenſum eliciendum multa agitatione mentis, & quaſi quibuſdam machinis opus fuerit. Cui rei idoneus teſtis eſſe potuerit Jacobus Greſerus noſter, qui hærentem me, conjecturis ſuis non ſemel expedivit, cum ſæpe horas plures σύζητῶν una ſederemus. Nec ſolum voces portentoſas, veteriſque Græciæ inauditas, & nuſquam fortaſſe inveniendas, aliaſque immutatas, & truncatas, ſed conſecutionem quoque caſuum, temporum, modorum, quid multis opus eſt? Grammaticam ibi neglectam, aut certe ignoratam perſpicias. Quæ quanquam ita ſunt, nihilominus deſiderium non vulgare res ad cognitionem præclaras in publicum proferendi, me in hoc velut ergaſtulum, & in priſtinam detruſit. Quod in me fuit, quantumque hac prope jam decurſa ætate præſtare potui, id fideliter impigreque a me præſtitum tibi confirmare poſſum. Alius codicem ſinceriorem, ac meliorem nactus, aut etiam cui cum neoteriſmis, barbariſmis, ac ſolœciſmis, & iſtiuſmodi ornamentis orationis, & omnino cum tenebris hujuſmodi palpabilibus arctior conſuetudo, & amicitia diuturnior

nior interceſſit, mea corrigat. Apud æquos rerum æſtimatores ad veniam impetrandam ſatis mihi reor fore, nullam curæ & diligentiæ partem prætermiſiſſe. Utinam inveniretur, qui Lexicon ἰδιωτοβάρβαρον conficeret; magnum utique ſcriptores Græcorum recentiores legentibus & interpretantibus lumen præferret, apud quos non ſolum vocabula multa nova, ſed antiquorum etiam notiones, & ſignificata alienata, & detorta videas.

Duo cum te adhuc monuero, caput iſtud finiam. Unum, Græcos initium anni, non ut nos a Januario, ſed a Septembri ducere, quo tempore, autumnali nimirum, quidam mundum a Deo conditum opinantur. Alterum, nos anno mundi annum Chriſti ſemper adſcripſiſſe, quoties vel in contextu, vel in margine a lectore quopiam adſcriptum reperimus. Ex quo curioſior qui fuerit, ſibi eundem ratiocinando deducere poterit, ubi adſcriptum non reperiet. De perpetua autem adſcripti veritate nihil affirmo, præſertim cum annos alii aliter digerant. Cæterum annos ab orbe condito longe plures Græci, quam Latini faciunt, ut videbis, nec ea de re mihi nunc diſputandum cenſeo. Annos item Palæologorum alii aliter numerant, ac digerunt.

De auctore, ex ſcriptis ejus.

GEorgius Phranzes Byzantii, loco nobili natus eſt, Imperatore Manuele Palæologo, Joannis F. anno mundi, ut Græci numerant 6909. die Auguſti menſis triceſimo. E ſacro fonte ſuceptus eſt a Thomaide religioſiſſima fœmina, cujus vitam lib. 2. percurrit. Manuelis primum puer honorarius, poſtea Cubicularius, & Secretarius fuit; eidem perfamiliaris & dilectus, quem proinde ſub mortem Joanni filio & ſucceſſori præ cæteris miniſtris ut fideliſſimum commendavit. Dilexit eundem deinde etiam Joannes, & ab ſe disjungi ægre paſſus eſt. Chariſſimus tamen extitit Conſtantino, qui Joannem fratrem excepit. Omnium ejus, etiam intimorum conſiliorum particeps, functus eſt legationibus creberrimis, præfecturas geſſit multas: ut uno complectar verbo, prora & puppis, manus ejus dextra, ut vulgus loquitur. Quamvis autem homo eſſet πολιτικώτατος, tamen armorum quoque tractandorum haud imperitum, & ſpiritus in eo militares animadvertes. Ac tum præſertim periculorum contemptorem animum demonſtravit, cum objectu corporis ſui Conſtantinum ad Patras in prælio ſervavit, ac pro eo & ulnera excepit, & captus, atque in carcerem teterrimum projectus, multorum dierum ærumnam fortiter ſuſtinuit. Vxorem habuit e familia imperatoria nobiliſſimam, Alexii Palæologi Examplaconis Præfecti Caniclei filiam, nomine Helenam, quæ & Conſtantinum de ſacro fonte ſucepit; σύντεκνους enim ejus appellat, quo vocabulo Compatres, & Commatres indicantur. Ex hac tres filios, unam filiam ſuſtulit. Mortuis autem duobus filiis, & Conſtantinopoli a Turcis debellata, cum conjuge, & Joanne filio, & Thamar filia, viro ſummæ nobilitatis jam deſponſa, in hoſtium poteſtatem venit. Conjugem poſtea, ipſe liber factus (qua ratione, nuſquam commemorat) Adrianopoli redemit. Filia in Saraio Bizantii (quo nomine palatium Principis, aut alioqui am-

plum ac ſplendidum ædificium vocatur) ubi in obſeqnio Sultaninæ ſcilicet pro pediſſequa erat , ut conjiеimus , peſte extincta eſt , annos nata quatuordecim & menſes quinque , Joannem adoleſcentulnm pudicitiam ſibi proſternere conſtantiſſime recuſantem , Mahometes Sultanus ſua manu obtruncarat . Vixit annos quatuordecim , & menſes decem. Protoveſtiarius denique fortunis ereptis , amiſſa patria & liberis , reliquam ætatem in Peloponneſo apud Palæologos contrivit. Quibus inſuper a Mahomete everſis, in Italiam venit . Venetias luſtravit : quam urbem propter cujuſque generis magnificentiam ſatis laudare & obſtnpeſcere nequit. Luſtravit item Romam , exactis ibi diebns ſex ſupra quinquaginta , ſanctorumque ſepulchra , & ſacros cineres veneratus eſt . Inde in Græciam rediens , cum uxore monachiſmum eſt complexus ; & quod more fiebat , pro Georgio Gregorium ſe nominavit ; illa ſe Eupraxiam dixit. In tanta autem rerum neceſſariarum egeſtate & ante, & poſt ſuſceptum monachatum verſatus eſt, ut ne panis quidem qnantum naturæ ſufficeret , inveniret. Toto corpore ſenio & morbis fracto ac debilitato deceſſit , octogenatius propemodum. Etenim lib. 1. cap. 21. ſe perſcripturum promittit , quæ ab anno mundi 6910. (quo natum affirmare poſſumus , quando non niſi biduum inter hunc, & præcedentem interfuit , ſi a Septembri annum novum inchoari ponamus) uſque ad octogeſimum ſextum memoranda contigerint. Poſt quem unum adhuc , alterumve in vivis manſiſſe, non eſt incredibile. Vir fuit , quod cognoſces, πρακτικώτατος, rerum agendarum ſciertiſſimus. De tribus autem Imperatoribns , Manuele , Joanne, Conſtantino, quibus ſervivit, ita meritus, ut nemo magis.

EXPLICATIO DIGNITATUM,

ET OFFICIORUM, ETIAM TURCICORUM,

Quorum in his libris fit mentio, ex Curopalata & aliis.

PRotoveſtiarius regio veſtitui præerat . Sæpe rebns maximi momenti adhibebatur , & per enm res haud vulgares gerebantur . Non fuit theſaurarius, ſeu theſauri præfectus, quia βεστιάριον ſit ærarium, ſeu theſauri repoſitorium , ταμιεῖον, quod qnidam voluerunt, quibus nondum extante Curopalata & aliis, iſta dignitatum vocabula adhuc ignora fuerunt : quanqnam ne nunc quidem omnia ſatis nota ſunt : quædam etiam ignorari penitus neceſſe eſt.

Deſpota. Hoc nomen Imperatori , filiis ejus , fratribus , & generis tribuebatur generatim. Proprie ab Imperatoria majeſtate ſecundus ſic dicebatur , qui in Galliis olim Major domus . Græcorum Impp. exemplo ſe quoque Deſpotas vicini Principes , & nxores Deſpœnas appellari voluerunt, præſertim Bulgari & Servii.

Magnus Domeſticus. Varia hujus officia apud Curopalatam videas licet . Nomen Domeſtici ad plures dignitates pertinebat , quæ adjnnctó diſcernebantur. Domeſticus menſæ, Domeſticus regionum, Do-

Digitized by Google

meſticus ſcholarum , &c. Magni autem Domeſtici præcipuum fuiſſe munus, nomen ipſum Magnus declarat: quale eſt hodie Præfectorum aulæ, aut ſi quod eſt in aula officium inſignius.

Sultanus eſt Dominus ſeu Princeps, quem penes eſt univerſum imperium, & rex regum. Mahomero II. hunc titulum Laonicus tribuit libro nono. Itali in quotidianis ſermonibus Turcarum Principem il gran Signor vocanr. Græcis recentioribus eſt Apbenris, vel megas Aphentis, veteri vocabulo nonnihil corrupto, quod eſt αὐθέντης, de quo infra: Apud Perſas & Tartaros reges & principes etiam minorum genrium Chanes dicuntur, Kerai Chanes, Kriuski Chan, Precop Chan. Maximus autem Tartarorum Chan, cui ſubiectis Chanes cæteri, propter excellentiam qua cuncti præſtat Ulu Chan, hic eſt magnus, vel potius excelſus Chan nominatur.

Magnus Contoſtaulus. Comes ſtabuli. Ubi, ſi ſtabulum pro equili accipias, erir Comes ſtabuli, vel qui præeſt omnibus copiis equeſtribus: vel qui præeſt equitatui Imperatoris aulico. Apud recentiores Græcos eſt dux copiarum auxiliarium, quæ ex Gallia, Sicilia, Italia factura ſtipendia orientem petebant.

Cæſar. Dum Imperator βασιλεὺς, σεβαστὸς, καῖσαρ dictus eſt, uno eodemque hos omnes titulos obtinente, dignitates officiis, non titulis æſtimatæ ſunt. Poſtea vero Imperatores luſerunt titulis, & honoraria dignitatum nomina imperriti ſunt, ſine officiis, arbitratu ſuo. Ac primum quidem ſecundus ab Imp. Cæſar fuit appellatus (ut hodie rex Romanorum eſt in occidentali imperio) & obtinuit hoc ad Alexium Comnenum uſque. Poſtea Sebaſtocrator ſecundus ab Imp: & Cæſar tertius eſſe cœpit, cum Alexius Comnenus Iſaacium fratrem diceret Sebaſtocratora. Poſtremo Deſpotes, ſive Dominum ab Imp. ſecundus eſſe cœpit Alexius Palæologus, cum idem Alexius Comnenus filiis maribus carens Irenen filiam primogenitam ei deſpondit, eumque tirulo Deſpotæ ornavit, futurum nempe hæredem imperii, niſi prius morte ſublatus eſſet.

ΑΥΘΕΝΤΗΣ, & αὐθεντόπωλος idem ſunt, nec aliud quam Dominum ſignificant. Heſychio eſt ἐξουσιαστὸς qui pro arbitrio & auctoritate ſua quidvis agendi poteſtatem haber. Budæo αἴτιος, αὐτουργὸς ἐπιστάτης.

Chartophylax, Præfectus chartis, qui tabulas habet chartaceas, ad jura Eccleſiæ pertinenres, chartarum cuſtos, qui privilegia & ſimilia aſſervar, Præfectus ſcriniorum, judex idem cauſſarum eccleſiaſticarum, & quæſtionum matrimonialium; defenſor in clericorum cauſſis, veluti manus ſummi ſacerdoris dextera. Hinc μέγας χαρτοφύλαξ.

Magnus Dux. Quemadmodum Magnus Domeſticus Princeps & caput eſt ad univerſum foſſatum (exercitum terreſtrem) ſic etiam hic ad univerſum mare. Habet ſubjectos ſibi Mag. Drungarium claſſis, Ameralium, &c. Vide Curopalatam:

Protoſtrator abſente magno Domeſtico fert Imperatoris ſpatham. Cum itaque Imperator eſt conſcenſurus equum, Comite equorum Imperatoris adducente, & tenente equum, poſtquam aſcendit Imp. Proroſtrator prehendens frœno deducit equum ad quartam, aut quintam uſque portam aulæ palatii. Deinde recipiens eum Mag. Chartularius, deducit frœno ad portam uſque aulæ. Plura Curopalata.

Logorbeta. Cancellarium vocari Latinis, qui Græcis λογοθέτης, ait Nicetas.

Nicetas. A quibuſdam exponitur magiſter rationum, qui expenſas & reditus computat: Oeconomus ſive Procurator, quod magnum erat officium & politicum.

Ameras. Emit cognominatus eſt Soleimanes primogenitus Baiazetæ Gilderunis, ſive Lælapis auctoritatis majoris gratia. Emires enim appellati ſunt Præſides ac propagatores imperii Maometis, quaſi ſuperiores (Gulielmus enim Tyrius Satrapas, ſeu principes majores interpretatur) quos Græci Amires, & Amiradas vocarunt, de quibus non recte Ameres, vel Amerades, vel Amiratos, vel Admirates, vel Admiraldos fecerunt Beluacenſis, Cedrenus, & alii, nec hodieque nomen iſtuc ipſi Turcarum Sultani aſpernantur.

Deſpoena. Deſpota & Deſpœna eſt quod apud nos; *Ihr Majeſtet*, *ihr Durchleucht*. Tituli eorum perpetui quibus tribuuntur, etiam ſi κύριοι, aut κύριαι, aut aliis inſuper nominibus ſimul appellentur.

Zelebis. Apud Turcas Zelebis ſignificat nobilem. Quam vocem eorum monarchæ honoris cauſſa in ſucceſſoribus ſuis nominandis; imitatione Romanorum uſurparunt, quorum ſucceſſores appellabantur Cæſares, & nobiliſſimi Cæſares: Mahometi autem II. & ſucceſſorum filii non Zelebes, ſed Sultani cœpti ſunt nominari, quo nomine ab Agarenis dominus indicatur.

Baſſa Turcis eſt caput. Hoc tempore iis primum datur hoc nomen, qui Vezirum dignitatem obtinent, deinde Beglerbegis Baſſæ præcipui bellorum duces ſunt. Filii Chriſtianorum hodie, ut putatur.

Magnus Architriclinus Franciæ) Non ipſius regni, ſed regiæ potius in Francia officium ſignificari puto: ejus ſcilicet, qui victum regium curat. Germani *Ruchelmeiſter*, vocant.

Sebaſtocrator. Quæ hujus dignitas fuerit, ſatis poterit intelligi ex his, quæ ſupra de Cæſare dicta ſunt.

Vezires ſunt conſiliarii ſecreti, vel arcani. Supremus autem Vezirazem nominatur, quæ, quæ dignitas apud Saracenos etiam in uſu, & exiſtimatione præcipua fuit. Cedrenus & alii Protoſymbulum interpretantur.

Drungarius. Drungus eſt globus. Vopiſcus in Probo. Triumphavit de Germanis & Blemiis, omnium gentium drungos uſque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. Vegetius lib. 3. cap. 16. Scire debet dux hoſtium, contra quos drungos, hoc eſt globos hoſtium quos equites oporteat ponere. Hinc Drungarius Biglæ, Drungarius claſſis, qui præſunt globis vigilum, & claſſiariorum.

Begus eſt dominus. Oſtendit hoc Beglerbegus, quod interpretantur dominus dominorum.

Protoſpatharius. Officium fuit in aula Conſtantinopolitana, cui qui præerant, judicandi munere fungebantur. Vide plura apud Briſſonium de ſignif. verborum juris.

Comites. Quam late paruerit Comitum dignitas, docebit optime Briſſonius, in eo libro, quem jam nominavi.

Protoſebaſtus. Primauguſtus latine, nullam functionem habet, quia non eſt miniſterium, palatio militans: ſed dignitas honoraria, quam non miniſterii, aut ordinis neceſſitas facit, ſed Imperatoris εὐδοκία.

Magnus Protoſyngelus. Per ſyncopen dictum eſt ſyngelos, pro συνά-

γιλος, nempe (quod hodie magis receptum eſt, cœnobita. Sed in eis cœnobiis Archimandritæ ſunt Abbates ſeu Patres, Protoſyngeli vero ſenes quique in ſuo ordine. Ita Scholiaſtes Curopalatæ.

Ηγύμενος τῆς σεβασμίας βασιλικῆς. Quid dignitatis fuerit, nondum comperi. Latine reddas, Præfectus venerandæ regiæ.

Janitzari. Quidam ſcribunt Geniſari, a pago nomine Saro appellatione derivata. In Annalibus Turcicis de eorum origine & nomine ita legimus. Fuit & ab Eurenoſe Bego poſtulatum, ut in uſum magiſtratus ſupremi quintum quodque mancipium Chriſtianum a ſuis repeteret, ac Imperatori traderet. Si quis vero non quinque, ſed quatuor duntaxat mancipia poſſideret, ut ab eo ſingulorum nomine aſpri 25. exigerentur, eaque pecunia fiſco Imperatoris cederet. Hac nimirum occaſione deinceps ille mos inolevit, ut ex omni mancipiorum numero liberalioris formæ pueri pro Sultano delecti retinerentur; quæ quidem in hunc modum exacta tenerioris ætatis mancipia, deinde ad Imperatoris portam deducta, Murati offerebantur. Is vero pueros in Anatoliam tranſportatos, inter Turcas diſtribui jubebat; ut apud eos diſciplinæ pariter, ac laboribus aſſueſcerent, & Turcice diſcerent. Exactis autem duobus apud illos, vel tribus annis, jam ad labores condoctefacti, linguæque Turcicæ periti ad Portam reducebantur, Genitzarorum ordinibus adſcribendi. Genitzari vero Turcarum ſclopetarii ſunt, & inde ab illis uſque temporibus nomen hoc Genitzarorum adepti retinent. Quidam ajunt, Janitzarorum nomen ad notionem revocatum a janua deduci, cum Turcicis jannam aulam dici conſtet, adeoque vulgo notum eſt, aulam Sultani (Romani veteres comitatum Principis appellabant) a Turcis vocari portam Oſmanicam, quod portæ nomen, idem eſt fere cum janua. Sed hi cogitare debebant, Turcis portam dici ſuam Capi, de quo vocabulo derivari non Janitzarorum vel Genitzarorum nomen poteſt, ſed Capiſilarorum. Verum etymon hoc eſt. Genizeri Turcis novos homines, ſeu novos milites ſignificat, ſeu latina voce veteri Tyrones, cujus etymi ratio patet ex iis, quæ ex annalibus adduximus. Paulus Jovius lib. de viris bellica virtute illuſtribus, Amurates II. inquit, Othomannorum primus phalangem peditum inſtituit, imitans veteres Macedonas, quod equites oppugnandis oppidis parum ſint idonei. Janitzaros appellavit (ex patribus Chriſtianis ereptum genus) hoc eſt novæ gentis milites. Quos in aula educatos prætoriæ cohortis perpetuos corporis ſui cuſtodes & ſtipatores effecerat. Hi jam ſunt boni ſclopetarii. Summus eorum dux vocatur Aga id eſt baculus. Videt Laonicum etiam lib. 5.

Drungarius biglæ. βίγλαν ex latino vigiliam appellant Græci recentes. ἡμεροβίγλιον diurnas vigilias. Etiam verbis βιγλίω & βιγλίζειν utuntur. De Drungario ſupra dictum eſt.

Præfectus Caniclei Curopalata. ἐπὶ τοῦ κανικλείου ἦν ὁ συμπένθερος τοῦ βασιλέως ὀχούμενος. *Canicleo ſocer Imperatoris præerat, atque vehebatur*. Erat autem Canicleum arx & monaſterium in urbe Conſtantinopoli, cujus præfectura illuſtris admodum, fuitque alterum palatium Conſtantinopoli, quod ſocero Imper. ſi eſſet, honoris ergo dabatur incolendum. Et is coram Imperatore genero vehebatur, nec tenebatur coram eo in pedes procidere, & ire pedibus, ut alii omnes;

qui in dignitate erant, Imperatoris beneficio. Ita Scholiaſtes Curopalatæ.

ΜΕΣΑΖΟΝΤΕΣ, mediatores, quorum opera Imperatores utebantur plurimum, & qui ab eorum latere pœne nunquam diſcedebant. Frequens vocabulum in Cantacuzeni hiſtoria, nec recte exponitur Præfectus aulæ, aut Comes rerum privatarum: quamvis nos quorumdam errorem ſecuti, ita reddiderimus. Quidam eruditus μεσάζοντες οἱ μεσῖται intercesſores, διοικηταί, μελεδωνοί, μεσάζοντες, curatores, qui ſemper in conſpectu regis verſantur, juſſa ejus exequentes. In eandem ſententiam Proroveſtiarius noſter lib. 3. Verba ſunt Conſtantini Imperatoris ἐπεὶ χρὴ ποιῆσαι κἀμὲ δύο τῶν ἀρχόντων συμβούλους, ὡς καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ ἀδελφός μου εἶχεν, ἵν' ὦσι μετ' ἐμοῦ δι' ὅλου τὴν ἡμέραν ἐν τῷ παλατίῳ, τοῦ προβλέπειν, διορθώνειν, καὶ πράττειν τὰ ἀναγκαῖα δουλείας τε, καὶ ὑποθέσεως τῆς βασιλείας. *Nam me quoque exemplo fratris mei duos de nobilitate creare conſiliarios oportet, qui toto die mecum ſint in palatio, qui provideant, conſtituant & agant, quæ ad imperii gubernationem ſpectant.* His verbis τοὺς μεσάζοντας deſcriptos exiſtimo.

Magnus Logotheta. Diſponit mandata & bullas aureas, quæ ab Imp. mittuntur ad Reges, Sultanos, Toparchas. Atque hoc quidem proprium eſt magni Logothetæ miniſterium. Addunt alii, eſſe etiam libellorum magiſtrum archivi Præfectum: aut tale quippiam. Poteſt etiam intelligi quem nos vocamus Cancellarium.

Magnus Stratopedarcha. Magnus caſtrorum Præfectus. Eſt curator earum rerum, quæ exercitui ſunt opus, videlicet alimentorum, inſtrumentorum, & neceſſariorum omnium. Exponitur etiam princeps exercitus, ut ſit idem, quod στρατιάρχης; nam στρατόπεδον aliquando eſt στρατὸς exercitus.

Magnus Primicerius. Hujus duplex eſt officium, unum in palatio, alterum in foſſato. Sceptrum ab Imper. accipiebat. In foſſato caput erat ordinum aſtantium Imperatori. Cætera ex Curopalata adſcribere non libet. Libet autem addere quæ ſunt de voce Primicerius apud Briſſonium de ſignificat. verborum juris. Primicerius, ut quibuſdam videtur, junctum verbum. Non enim aliud in eo verbo notandum eſt. Itaque bene Svidas, πριμικήριον interpretatur τὸν πρῶτον τῆς τάξεως. Nam qui in quocunque loco primum ordinem obtinet, primicerius vocatur. Proinde non notariorum tantum primicerius dicitur, ſed & primicerius fabricæ, primicerius domeſticorum, protectorum, equirum, menſorum, exceptorum, Auguſtalium, ſcriniorum, deputatorum, ſacri cubiculi, legionum, defenſorum, ſcholæ cantorum. Eadem figura Secundicerius, Tertiocerius dicebatur. Hæc ſtrictim ex Briſſonio.

Magnus Protopapa. Sacerdos primus, cujus munus duplex, in cauſſis cognoſcendis, & in Eccleſia procuranda. Secundas a ſummo ſacerdote ſeu Patriarcha obtinebat.

Lampadarius die natali Salvatoris ante Imp. auream divini cultus ampullam ferebat, cum accenſa lampade. Die palmarum ſimiliter Imper. præcedebat cum lampade, melos quoddam peculiare pſallens.

Primicerius. Vide ſupra in Magnus Primicerius.

Beglerbegus eſt ἄρχων ἀρχόντων, dominus dominorum, ſeu princeps principum, ſub quo præter gregarios milites Spachii, Subbaſſi, Sangiaci, Begi. Horum primus & maximus eſt Græciæ Beglerbegus,

Georg. Phranz. b ij

ſub quo ſunt omnes regiones, quas Turca in Europa habet. In Aſia ſex Beglerbegi ſunt. 1. Anatoliæ. 2. Caramaniæ. 3. Amaſiæ & Cappadociæ. 4. Anandulæ ſeu Aladulæ, montium Armeniæ. 5. Meſopotamiæ. 6. Cairi ſeu Ægypti. Beglerbegus ſub ſe triginta Sangialer, aut Sangiacos habet, id eſt, equitum magiſtros. Sub his tricies mille Spachii ſunt: quorum quilibet meret tribus, aut quatuor equis, ſalario CC. ducatorum annuorum. Et omnes ſunt Azanaglan, id eſt, infantes tributarii, ac ſervi magni Principis. Quidam ajunt eorum officium reſpondere Stratopedarchis, & eſſe Generales campi.

SUMMÆ CAPITUM PER LIBROS.

Libri Primi.

I. ALexii Comneni filiæ neptiſque nuptiæ. Michaelis Palæologi genus, virtus, gratia. Reus majeſtatis, factum juratus inficiatur. Probandæ innocentiæ ferrum ignitum, & prunas poſtulat. Recuſantur ut crudelia. More Romano interrogari petit.

II. Vanitas accuſatorum deprehenditur, quam Michael dato ſacramento convellit. Dignitatem cum auctario recuperat. E Bithynia propter malevolorum obtrectationes, & metum Imperatoris ad Sultanum Konienſem perfugit: a quo benevole exceptus, Chriſtianis militibus præficitur: quorum impreſſione perculſi Scythæ, fugam capeſſunt. Ab Imp. revocatus, honoratur, viciſſimque fidelitatem concepto jurejurando ſpondet.

III. Theodorus Imp. moriens, Arſenium Patriarcham, & Muzalonem Protoveſtiarium filio, & imperio curatores præficit. Hic nobilitati invidioſus, in ipſo templo inter juſta auguſtalia trucidatur. Arſenius Michaelem Palæologum ſibi collegam aſciſcit. Qui ad imperium paulatim prorepit, & Deſpota legitur.

IV. Michael Auguſtus ſalutatur. Arſenius Patriarcha eum, & ſalutatores anathemate a ſe percuſſos abſolvit, jusjurandum adigit, ſuis manibus eidem coronam imponit, tempus imperii definit. De Aetolis, & Epirotis victoria. Peloponneſi Princeps libertatem tribus urbibus redimit. Quantum ea Romanis commodarint. Conſtantinopolis per cuniculum inducto milite, cum cædibus incendiiſque Latinis eripitur.

V. Admiratio & lætitia Imperatoris de recepta Conſtantinopoli. Aguntur Deo gratiæ. Cæſar dux immortali afficitur gloria. Palæologus Imp. ſpreto jurejurando, & ſuperbia ex ſucceſſibus turgidus puerum Imperatorem pupillum curat excæcari. Patriarchæ ob id dolor, & lamentatio; in reos Eccleſiaſtica animadverſio: in monaſterium ſeceſſio.

VI. Legatio ad Papam de redintegranda concordia Eccleſiarum. Capita concordiæ tria. Eccleſiaſtici ſeditionem commovent. Imperator in contumaces animadvertit. Francorum adverſum Byzantios conatus irriti. Inſulas aliquot Latini amittunt. Succeſſio Patriarcharum. In Paphlagonia male pugnatur. Turcæ Romanas provincias depopulantur, & in ſatrapias diſpertiunt. Liberi Palæologi mares & fœminæ, mors, ætas, imperii ſpatium, ſepultura.

VII. Turbæ Andronico ineunte. Ad ſtatum Eccleſiæ in meliorem formam redigendum incumbit. Beco exanctorato, Athanaſius patriarchatum capeſſit. Ep ſcopi a Michaele ſtantes, dignitatr multantur. Andronicus Joannem Laſcarim luminibus orbum viſit, & conſolatur. In orientem pergit. Fratrem tyrannidis ſuſpectum, cum ſodalitio in vincula contradit. Progenies Andronici. Mores Irenæ Auguſtæ, ambitioſæ fœminæ.

VIII. Turcarum Satrapæ provincias Aſiæ lacerant, in Cherroneſum Thraciæ irruunt. Rogerius Latinus pirata, & Picrriotetza cognatus, ſocietate pacta cum Imp. adverſus Turcas, Romanos nihilominus vexant in tranſitu incredibiliter. Rogerius cum comitibus juſſu Michaelis Imp trucidatur. Latinorum perfidia, & cum Turcis conſpiratio. Michaelis pugna infelix. Inter hoſtium duces diſſidium, & in partes diſceſſio.

IX. Michael denuo infeliciter pugnat. Tertio prælio vincit. Athanaſio Patriarchæ abdicanti, Joannes ſublegitur. Idem ſecundum facienti ſuccedit Niphon, & illi Joannes Glycys, & huic Geraſimus, & huic Eſaias. Terræmotus horribilis. De triremibus nec parandis, nec reficiendis ſtolidum conſilium.

X. Michaelis filii & filiæ. Mors indigna Manuelis minoris natu filii, & ſubindr ipſius Michaelis. Avo Andronico nepos arma infert, ad quem Theodorus Marchio, ſenioris filius impie deficit. Oſmanes Turcarum rex in Bithynia fines ſuos propagat. Nepos Byzantium avo ſuperſtite capit.

XI. Cura nepotis ſuper avo. Metochitæ facultates in fiſcum redactæ. Prælium Romanorum & Turcarum ad Nicæam. Hoſtes Romanis tumultuarie fugientibus, & prædæ imperatoriæ, & urbis compotes fiunt.

XII. Chius Martino Genuenſi extorquetur. Phocæenſes fiunt tributarii. Nicomedia fame ſubacta, Orchani ſe dedit. Expeditiones diverſæ. Monſtrum Conſtantinopoli. Barlaami monachi cum Græcis digladiatio. Imperatoris duæ uxores, & ex poſteriore proles quatuor. Moriens Joannem Cantacuzenum Joanni filio tutorem dat. Laus & ſtudia defuncti.

XIII. Cantacuzenus ſibi, & filiis monarchiam conatur aſſerere, unde clades & calamitates. Orchanes reliquum Bithyniæ Romanis eripit. Nobilitas & vulgus in partes ſcinduntur. Ab Orchane Joannes adjutus, ſocerum in exilium pellit, quem tamen imperii rurſus attrahendi cura non deſerit.

XIV. Epiſtola Joannis Imp. qua Cantacuzenum a tyrannide quam occuparat, prudenter & graviter deterrere nititur, magnam illius iniquitatem & ſcelus ante oculos ponens.

XV. Cantacuzenus in bello ſtruendo per-

Digitized by Google

I N D E X

ſeverat. Joannes Imp. ab Amurate auxilium petit, qui juxta proverbium (unumquemque ad ſuum quæſtum æquum eſt eſſe callidum) per ſpeciem allati ſubſidii in Thracia ſuas opes auget. Cantacuzenus res ſuas in deſperatis habens, monachum profitetur. Turcici dominatus in Europa initium. Fœdus cum Amurate. Quatuor filii Joannis: & Manuelis propter Theſſalonicam caſus: qui ab Amurate benevole liberaliterque cum promiſſis ingentibus tractatur.

XVI. D fectio Satraparum Præfectorumve in Aſia ab Amurate. Ejus, & Joannis filius (Moſes nimirum, & Andronicus) adoleſcentes temerarii, & regnandi cupidi a parentibus puniuntur, ille capite, hic oculorum orbitate. Amuratæ in nobiles adoleſcentes, eorumque patres immanitas. Rogatus, Andronico e carcere dimiſſionem impetrat.

XVII. Joannes Imp. a Turcis extrema permetuens, in Italiam ad petendum auxilium navigat. Nihil ibi, nec in Francia obtinet. Aes alienum ingens contrahit: id Manuelis filii opera, & ſollicitudine diſſolvitur: quem præterito Andronico, ut infideli, imperio donat. Andronici furor & querimonia.

XVIII. Andronicus ad Bajazetem cum filio opis cauſſa transfugit. Bajazetes diſcordiis conſanguineorum gaudet, copias attribuit. Joannes cum Manuele filio capitur: urbs occupatur. Conſilium ſceleratum Bajazetis, ad quem Joannes quoque & Manuel opem oratum veniunt: tributum & auxilium inter ſe pollicentur. Urbe recuperata, Manuel coronatur.

XIX. Theodorus Deſpota apud Bajazetem de vi accuſatur. Atroces minæ. Principes defectionem a Bajazete parturiunt, fœdus ineunt. Bulgariæ tractus occupatur. Sigiſmundi Imp. ad Ameram Legati. Ameræ factum callidum, adverſus quem ſollicitantur a Sigiſmundo Principes. Noſtrorum ad Nicopolim contra Turcas adverſum prælium & clades. Byzantiobſidio.

XX. Joannes Andronici filius apud Ameram ut proditor delatus, Conſtantinopolim ad patruum fugit. Patruus Italiam, & Franciam ad conquirenda auxilia fruſtra petit. Mediolanenſium Ducis humanitas in illum & liberalitas. Bajazetes Peloponneſum invadit. Theodorus Deſpota Spartę ditionem Rhodienſibus ex deſperatione vendit. Spartanorum in Procuratores Rhodiorum debacchatio. Epiſcopum pro Principe deligunt, per quem Theodorus reſtituitur.

XXI. Theſſalonicam vendit Venetis Andronicus. Obſidio Byzantii ſolvitur, propter expeditionem Temiris adverſus Bajazetem, & quæ cauſſa hujus. Pax inter Bajazetem & Manuelem. Quo tempore natus ſit hic ſcriptor, unde, & quouſque hiſtoriam perducturus ſit. In iis quæ ante ſe natum, aut ſe adhuc puerulo contigerint, quorum fidem ſequatur.

XXII. Capitur a Tamberlane Bajazetes cum uxore, filio, nobilibus. Tamberlanes quis fuerit: quales item Scythæ. Hiſtoria de Cyro a Tomyri regina obtruncato. Maſſagetę quales, & eorum arma. Παρενθήκη ad narratiunculas de Imperatorum Oſmanidarum propagatione, & rebus geſtis.

XXIII. Comneni Auguſti ex fratre filius quare ad barbaros transfugerit. Filiam Ameræ bene dotatam uxorem ducit. Laudatur a multis rebus: omnibus chariſſimus, ut alter Mahometus. Filium græcis & arabicis diſciplinis imbuit. Ejus ſimiliter apud omnes auctoritas, & gratia. Novellas in Arabicum transfert. Chriſtianis favet. Etruculem Oſmanis partem generat.

XXIV. Sultanus Azatines occulte Chriſtianus manet. Ab Imp. Byzantium veniens auxilium rogat: domum reverſus moritur. Filii contra Scythas, & Turcas in Aſia expeditio. Amurius Satrapa rebellis. Diſtractio Imperii Turcici. Etruculis genus.

XXV. Etruculis ſollertia, magnanimitas, bellica virtus, præclarum de poſterorum ſuorum opulentia, & majeſtate ſomnium. Quos locos deprædatus ſit. Qua exiſtimatione apud ſuos floruerit.

XXVI. Oſmanes provinciarum diviſionem inducit. Quæ cui Satrapæ obtigerit. Ejus in alienis invadendis cupiditas, & avaritia.

XXVII. Orchanes in regno prolatando patrem ſequitur. Quæ aliis ademerit. Sororem Joannis Imp. ducit, cui ad imperium recuperandum armis opitulatur.

XXVIII. Mores Amuratis. Quæ occuparit. Fœdus cum Joanne Imp. Filium Moſen capite punit. Ejus victoriæ plurimæ. Mors ex inſidiis. Humanitas & liberalitas in Principes Chriſtianos.

XXIX Bajazetes quare Gilderun cognominatus. Fratrem Muſulmanum ſtrangulat. Ejus expeditiones. Conſtantinopolim obſidet. Peloponneſum vaſtat. Argos urbs cum civibus hoſtiliter tractatur. Tamberlanes cur Bajazeti bellum fecerit. Faſtus & arrogantia Bajazetis, Tamberlanem deſpicientis. Copiarum utrinque numerus. Conflictus in Phrygia. Bajazetes cum uxore, filio, nobilibus capitur. Ejus quamvis capti arrogantia. Pœna ignominioſa.

XXX. Motus & perturbatio rerum ex diſcordiis filiorum Bajazetæ. Muſulmanus Jeſſe fratrem eliſis faucibus necat. Moſes a Temire donatus libertate, Muſulmanum fratrem pręlio ſuperatum occidit. Obſidionem Byzantii cogitat. Terra marique ab Imp. vincitur. Orchanem fratris filium pugna inferiorem excæcat. Eum Mahometes frater minimus debellatum interficit.

XXXI. Mahometes auget vectigalia. Provinciæ occupatæ. A Venetis navali pugna vincitur. Manuelem & Principes Chriſtianos diligit. Adrianopolis ſedem regiam conſtituit. Ejus mores.

XXXII. Amurates Muſtapham patruum ab ſe victum jugulat. Conſtantinopolim incaſſum obſidet. Theſſalonicam acquirit. Ladiſlaum Hungariæ regem vincit. Valachos irrito conatu invadit, altera pugna victor abit. Provinciæ ab eodem ſubactæ. Ladiſlaum occidit.

Janitzaros quomodo formarit. Ejus ſumma ſeveritas & juſtitia.

XXXIII. *Vezires adoleſcenti Mahometi tantum onus totius imperii committendum negant. Ejus prudentia militaris, eruditio, lectio hiſtoriæ Auguſtorum Romanorum. Byzantium, & Trapezuntem occupat. Aliis provinciis & inſulis imperium exaggerat. A Rhodo rejicitur. Decem regna, urbes ducentas ſubigit. Quinque linguas præter ſuam novit. Digreſſioni ſuper origine, & rebus geſtis Sultanorum Othmanidarum concluſio.*

XXXIV. *Manuel in Peloponneſo inſtaurat Hexamilium, ſive Iſthmum, Aliquando reædificatum a Juſtiniano Imp. Promiſſio narrationis de Creta. Succeſſores Mahometi quomodo regna provinciaſque diſtribuerint.*

XXXV. *Agareni Hiſpania egreſſi, ex inſulis prædas agunt. Cretæ laudes: quam primum depopulati, poſtea incaſſum a Romanis defenſam occupant.*

XXXVI. *Cretę inſulę deſcriptio. Gnoſſum, Gortynam, Cydoniam tres præcipuas civitates Minos conſtruxit. Apochapſus e Creta profectus, inſulas, & Peloponneſum vexat, cui Nicetas patricius cladem apportat.*

XXXVII. *Barbarorum novi motus. A Nicephoro duce Romano longo intervallo in Creta ſub jugum mittuntur, & inſula recuperatur. Diviſio Romani imperii inter Latinos capta Conſtantinopoli. Marchio Montisferrati Cretam ſortitus, eam Venetis pretio vendit.*

XXXVIII. *Iſthmum inſtaurat Manuel Imp. Ejus latitudo, & longitudo. Scriptura in marmore reperta. Peſtis in Ponto, & quorundam affinium Protoveſtiarii funera. Luctus parentum ejus. Inauguratio Joannis filii Manuelis, & nuptiæ cum Sophia Marchionis Montisferrati filia.*

XXXIX. *Manuel pravum conſilium averſatur. Ameras honorifice ab eo excipitur. Ad ejus animum explorandum legatio Imp. in occidentem. Mors Ameræ celatur. Difficilis ſuper ea nuntius Conſtantinopolim. De Muſtapha Imp. cum filio deliberat, utrum occidentem illi ab Amurate petat.*

XL. *Calliopolitæ Romanis ſubeſſe nolunt. Muſtapha Beglerbegum prælio congreſſus occidis. In Oriente ab Amurate vincitur, perimiturque. Ejuſdem Amuratis ira in Romanos, & injuria in Legatos. Byzantium nullo effectu oppugnat. Imperatoris morbus. Muſtaphopulus a fratre in Aſia jugulatur.*

XLI. *Iſthmus capitur. Fuga Thomæ Deſpotæ. Joan. Jmp. Hungariam petit. Legati III. ad Amuratem. Joannes ex Hungaria redit. Manuel diem extremum claudit. Anni vitæ, imperii, fueris celebritas. Joannem Imp. Sophia uxor quare deſeruerit.*

Libri Secundi.

I. J*Oannes Patri ſuccedit. Mariam Trapezuntii regis filiam ducit. Quare in Peloponneſum cum Conſtantino fratre profectus. Manuelis juſſio de palatii inſtrumento diſtribuendo, & de miniſtris, præſertimque de ipſo Phranze. Ejus apud Conſtantinum locus. Qua conditione eundem in Peloponneſum ſecutus ſit. Pactio cum Carolo dynaſta, cui pars Peloponneſi parebat.*

II. *Theodorus Deſpota monachi habitum differt. Conſtantinus Caroli conſobrinam ſibi jungit. Theodorus perſonam deponit. Tria oppida recepta. Joannes Imp. Conſtantinopolim redit. Theodorus Conſtantino Boſtizam donat, & jus ſuum in alia multa, quæ Nicephori Protoſtratoris fuerant. De eodem Nicephoro, ejuſque teſtamento. Quare Meliſſeni in hiſtoriis ϛρατηγοπῦλοι, id eſt, duces cognominati.*

III. *Mors Andronici filii Manuelis. Conſilium Conſtantini de Patra incolenda. Patrenſium Cleri, & vulgi in Conſtantinum voluntas. Præfecti inſtituuntur. Deliberationes, & machinationes de Patra occupanda. Patrenſes mittunt exploratores, & ad urbem tutandam viriliter accinguntur.*

IV. *Ramos geſtant milites die Palmarum. Equites eruptione facta repelluntur. Conſtantinus fugit: equo ex ictu teli lapſo, a Protoveſtiario contra hoſtes defenditur. Idem Protoveſtiarius cum equo vulneratur. Capitur, in turrim compingitur, vinculis arctatur, habeturque peſſime.*

V. *Thomais Aſiatica mulier Conſtantinopolim ducta, a ſorore Cabaſilæ educatur. Cum ea Theſſalonicæ monaſterium S. Theodoræ incolit. Palæologinæ laus. Cypriani cujuſdam uxor fit monacha, Thomaidi ſubeſt, vitam ſancte traducit. Monaſterium Cipriani Conſtantinopoli. Thomais Lemnum abit. Ejus & ſociarum paupertas Conſtantinopoli. Augetur ibidem ejuſdem exemplo monacharum numerus. Earum diſciplina rigida. Thomais in quanta veneratione. Pie moritur.*

VI. *Somnium Protoveſtiarii, & liberatio a carcere. Qua conditione Patrenſes cum Conſtantino amicitiam pepigerint. Protoveſtiarius ſqualore pene confectus, humaniſſime, & cum multis laudibus a Conſtantino accipitur, & donatur.*

VII. *Nuntius infauſtus de Patra. A Conſtantino reſponſum. Conſtantinus cum fratre Patram tendit. Camenitzæ claves oblatas recuſat. Incolæ S. Andreæ eundem auguſte venerantur. Factio Metropolitæ ut hoſtem e ſuperiore loco appetit. Indigenæ ſacramento ſubjectionis ei ſe adigunt. Protoveſtiarius oppidi Præfectus renunciatur.*

VIII. *Protoveſtiarius cum duobus Turcis Legatis ad Conſtantinum redit ex itinere. Metropolita Patrenſis de re Patrenſi certior fieri ſtudent, Naupacto ſuccedit. Protoveſtiarius ibidem cur diem amplius manſerit. A Præfecto urbis convenitur, & cum vulpe vulpinatur: qui aſtus fabella quadam declaratur. A Legatis vino ſepultis litteras aufert. Quid reſ-*

Digitized by Google

ponſum ab Amera. A collega ut inutilis, & damnoſus reprebeuditur.

IX. *Caroli dynaſtæ obitus. Sponſalia Thomæ Palæologi cum filia Principis Zachariæ Censurionis. Regina Theodora ſpiritum finit. Nuptiæ Thomæ. Protoveſtiarins ad diſſidium componendum advocatur. Capitur, & venditur. Imp. Ameram ab obſidioue Theſſalonicæ conatus revocare, ſurdo canit. Conſtantinus Patram ſubigit; Catelani Glarentzam, quam ei vendunt. Legati Joannis Imp. a Papa redeunt. Protoveſtiarius Præfectus Patreuſis decernitur. Macarins moritur. Ejus elogium. Muri Iſthmi evertnutur. Patræ peſtilentia conflictantur.*

X. *Legatio Protoveſtiarii. Ditiunculas Conſtantinus & Thomas permutant. Mors Cleopæ reginæ. Rurſum triplex legatio. Imprudentia puerorum Deiparæ templum Conſtantinopoli incenditur. Antonii Comneni Dynaſtæ abitus e vita. Mariæ illuſtriſſimæ fœminæ dos, & patrimonium, a qua locorum quorundam commutatio petitur. Turachanes Turcicus Satrapa Thebas capit. Conſtantinus Venetas triremes exſpectat. A Turchane reſponſum. Incommoda apnd Euripum noctu a Conſtantino & ſociis tolerata.*

XI. *Demetrins Deſpota jungitur nxori. Theodorus Conſtantinopolim quare venerit. Conſtantinus in Peloponneſum redit. Theodorus cum copiis ſequitur. Magni bellorum motus inter fratres. Legati Imp. ad arma compeſcenda iterum miſſi. Conſtantinus Conſtantinopolim ex pactis conventis contendit.*

XII. *Diſputatio Hebræi cum Imperatore Joanne, & Matthæo Hieromonacho ſuper his capitibns. De partu Virginis. De morte Chriſti voluntaria. Adhuc de partu virgineo, explicatio loci Iſaiæ. Cauſſa adventus Eliæ, & Enoch ante diem judicii De Antichriſto. Quatenus Chriſtus mortalis. De deſcenſu ad inferos, reſurrectione, aſcenſione, adventu ad judicium. Judæi ad Chriſtianam legionem tranſitus, baptiſmus, nomen Emmanuel.*

XIII. *Joannis Imp. profectio in Italiam propter Synodum. Manuelis ad Joannem filium oratio de timore Turcarum, & Synodo non cogenda. Eam filius parvipendit. A patre arrogantiæ reprehenditur. Ameræ humanitas in Joannem. De itinere Imp. deliberatio. Conſtantinopoli oppugnationem Halimbaſſa diſſuadet. Thomas Palæologus ad Imp. nuntius legatur.*

XIV. *Joannes Venetias appellitur. A Duce & Senatu perhonorifice ſalutatur. Singulari magnificentia in urbem introducitur. Deſcriptio bucentauri navis Venetorum. Alia deſcriptio quadriremis, quæ regia dicebatur. Laus Venetiarum, Civium plauſus & gratulatio ad Imp. ingreſſum. Iterum laus urbis a ſplendore ædificiorum. Admirationes denique quibus hoc caput refertum eſt.*

XV. *Ferrariam diſceditur. Imperatori ab equitatu obviam miſſo ſalus dicitur. Urbem eques cum nobiliſſimo comitatu intrat. A Pontifice Rom. honorifice & paterne excipitur. Cum eo ſecreto de pace Eccleſiarum agit. In diverſorium regifice inſtructum deducitur.*

XVI. *Navis Patriarchæ deducendo miſſa. Pompa item, qua Ferrariæ exceptus fuerit. A Pontif. Rom. cum oſculo pacis ſalutatur.*

XVII. *Protoveſtiarii connubium. Filius ejus primogenitus Joannes. Principum fœminarum interitus. Græcorum a Synodo ex Italia Conſtantinopolim reditio. Joſephus Patriarcha, & Gardicenſium Metropolita in Italia defuncti. Beſſario Romæ remanens, Cardinalibus allegitur. Filius alter Protoveſtiario Alexius, & filia Thamar naſcuntur. Demetrius Deſpota invitis fratribus, & matre uxorem ducit. Legatio ejus ad Imp. ſuper reditu Conſtantini in Traciam. Arma in Imp. comparat, Conſtantinopolim a Turcis adjutus obſidet. Filia ejuſdem. Conſtantinus cum conjuge Conſtantinopolim petit. In Lemno a Turcis invaditur. Conjux partu abjecto extinguitur. Filius Protoveſtiarii tertius, Alexius. Selybria Conſtantino datur, cui regendæ, & contra inſidiatores tuendæ, Protoveſtiarius mittitur.*

XVIII. *Protoſtratoris Francopuli Conſtantinopolim adventus. Conſtantinus, Joannes Imp. Theodorus germani ad pactionem veniunt. Conſtantinus in Peloponneſum navigat Theodorus Conſtantinopolim: a quo Protoveſtiario præfectura locorum Peloponneſi defertur. Papæ Legatus ad Imp. Protoveſtiarii propter bellum regis Hungarorum in Turcas legationes. Marci Epiſcopi Corinthiorum laudatio. Hungarorum cum Turcis conflictus. Rex a pugna per ſe conſerenda deterretur. Janci ſummi ducis animoſa pollicitatio. Rex ipſe fortiſſime præliatur. Cadit. Hungari diſſipantur. Virtus Janitzari. Ab Amera honoribus colitur.*

XIX. *Calores maximi. Greg. fit Patriarcha. Filio Protoveſtiarius beatus, creaturque Præfectus Spartani Principatus. Teſtimonium de ipſo Conſtantini, & præcepta politica. Filia Thomæ Lazaro Serviæ Deſpotæ nubit. Ameras Iſthmum occupat, Patras igni vaſtat. Legatio Protoveſtiarii Conſtantinopolim. Mors Theodori Deſpotæ apud Selybriam. Mors filii Protoveſtiarii. Mors Joannis Imp. ætas, tempus imperii.*

Libri Tertii.

I. T*homæ Deſpotæ adventus Conſtantinopolim. Demetrii ambitionem comprimit, cui populus minime favet. Conſtantinus imperio dignus judicatur. Populi judicium Ameræ ſuffragio confirmatur. Legati ex Peloponneſo cum Thoma. Legati rurſum in Peloponneſum ad Conſtantinum coronandum, qui Byzantii ſumma lætitia & gratulatione excipitur. Thomæ fratri Peloponneſi deſpotatum tradit. Thomas & Demetrius de finibus mutuo non invadendis, inter ſe fidem & jusjurandum dant. Protoveſtiarius in Iberiam, & Trapezuntem*

Digitized by Google

zuntem legatur tum illuſtri comitatu, & varii generis muſicis. Inſularum quarundam iu India ex cœli temperamento fertilitas. De origine & incremento Nili. De alio fluvio, & bellua ejuſdem vaſtiſſima. De variis illorum locorum beſtiis: omuia ex narratione ſenis, qui ibidem captivus fuerat, & quomodo evaſerit.

II. *Naufragium Protoveſtiarii. Obitus Irenes Auguſtæ, uxoris Manuelis. Mors Ameræ Amuratis. Pax inter eegem Trapezuntis, & Ameræ filium Mahometem. Dolor & lamentatio Protoveſtiarii de ſucceſſione Mahometis, propter tyraunicos ejus ſpiritus, & timorem futuræ obſidionis Conſtautinopolitanæ. Ejuſdem dona, & litteræ ad Imperatorem Trapezunte. Cnm Ameriſſa conjugium Imperatori ſuadet, & quatuor oppoſitiones diſſolvit. De Legato ad Deſpotam Serviæ conjugii nomine mittendo.*

III. *Aprorum venatio. Ex ejus litteris triſtitia & lætitia Imp. Manuel Palæologus ad Deſpotam Serviæ Legatus ſuper nuptiis filiæ Ameriſſæ. Ejus votum caſtitatis. Protoveſtiarius redit Conſtantinopolim. Mos Iberorum nuptialis. Locus Cæſarii de legibus ſcriptis, & non ſcriptis apud varias gentes. Dos ampliſſima, una cum filia ab Iberiæ rege Conſtantino promittitur. Filiam Protoveſtiarii filiæ ſuæ adoptat.*

IV. *Conſtantini iu Protoveſtiarium, ut adminiſtrum fidiſſimum animus gratiſſimus, & eximia ejus commendatio. Narratio Couſtantiui de connubio Serviauo. Bulla aurea ſuper ducenda regis Iberiæ filia, quam Protoveſtiarius ſit adducturus. Timor Ameræ Couſtantinopoli. Conſilium de advocando fratre ex Peloponneſo, qui ad Principes Chriſtianos in occidentem pro corrogandis auxiliis mittatur, ſi res ita flagitet.*

V. *Dantur mandata Protoveſtiario de navigatione in Peloponneſum. Denuntiantur aliæ binæ iu Cyprum, & Iberiam. Faceta illius propter uxorem excuſatio. Imp. reſponſio humaniſſima. Diguitatem vicariatus illi promittit, qua Notaras Magnus Dux cedit. De filia Protoveſtiarii cum Nicolao Meliſſeno dynaſta Peloponneſi conjungeuda promiſſio Imp. De ſequeſtro fratrum in Peloponneſum mittendo anceps Imp. cogitatio. Cauſſa in Cyprum mittendi Protoveſtiarii.*

VI. *De Phranze novis honoribus ornando. Deliberatio ejuſdem cum amicis de filiæ connubio. In Peloponneſum & Ciprum abire parat, adjuncto filio duabus de cauſis. Fit Magnus Logotheta invitis æmulis. Mentio honoris ejus in literis Imperatoris facienda. Imeras Adrianopoli contra Byzantium ducit.*

DE EXPUGNATIONE, ET VASTATIONE

CONSTANTINOPOLIS.

VII. *Quid moverit Mahometem ad hanc obſidionem. Propoſitum tegens, juxta Aſomatum in faucibus caſtellum conſtruit tribus de cauſſis. Imperatoris conſilium de impedienda ædificatione quare nou proceſſerit. Suburbani a Turcis capiuntur. Caſtellum abſolvitur. In eo tres turres; earum latitudo. Præſidium impoſitum. Exercitus in Peloponneſum ad Deſpotas ab auxilio ferendo impediendos. Iſthmum Turachanes occupat. Magua utrinque ſtrages. Ad Corinthum, & ſinum Meſſeuiacum, & Mantineam progrediens, obvios capit, ſpoliat, ſervitute multat. Matthæus Aſanes a Deſpotis miſſus, multos interficit. Turachanis filius capitur. Thomas Princeps filio augetur.*

VIII. *Urbs obſidetur. Turres extra urbem, & in vicis ante evertuntur. Ibidem latentes quid paſſi. Apparatus bellicus advehitur. Adventus Ameræ, locus tabernaculi, caſtrorum ſitus, multitudo navium, catena portui obtenta. Naves intra catenam hoſtibus oppoſitæ, & aliæ auxiliares. Oppugnantium, & reſiſtentium ardor. Magna helepolis diffracta iu fruſta diſſiliens multos necat. Dolor Ameræ. Plurium navium acceſſio. Earum ſtatio. Numerus navium & militum iu terra. Propugnatorum paucitas. Subductus a Protoveſtiario defenſorum armorumque numerus.*

IX. *Imperatoris gemitus. Laus Joannis Juſtiniani Genuenſis. Honor ei habitus ab Imp. Sævitia oppugnantium. Induſtria propuguantium. Foſſæ complentur. Turcæ multi a ſuis vivi operiuntur. Cuniculus infœlix. Deſcriptio novæ machiuæ. Labor utrinque certantium. Juſtiniani laus. Imperatoris in foſſa evacuanda labor. Ameræ ex machina inflammata triſtitia & pudor. Iterum ejus, conſiliariorumque ex conſtantia & invicta virtute Byzantiorum mœſtitudo.*

X. *Quatuor onerariæ a Turcicis invaſæ, fortiſſime ſe tuentur. Magnanimitas Phlautanelæ uavarchi qua dictis, qua factis. Ameras ſuos de iguavia e litore increpans, in undas cum equo procurrit. Militum iu ejus periculo timor, & auſus imitatio. Redintegrata pugna, & quatuor onerariarum præclariſſima victoria. Drungarii claſſis pœna. Ira, dolor, furor Ameræ de ſiniſtris eventibus. Quædam machinę novæ, & pons ab eo conſtructus.*

XI. *Timor civium. Ad defenſionem urbis regionum diſtributio. Imperatoris in proſpiciendis neceſſariis indefeſſus labor. Sacra vaſa Eccleſiæ in pecunias ad ſolvenda ſtipendia re-*

diguntur. Conatus ad triremes Turcicas, & pontem incendendum irritus. Quadraginta fortiſſimi, & pulcherrimi juvenes Ameræ juſſu trucidantur. Conſtantinopolitani Turcis captivis præcipitandis par reponunt cum fœnore.

XII. Diſſidentes inter ſe Ligures & Venetos, ad concordiam revocat Imperator. Ameræ arrogantia, & voluntas perdendarum navium, pro quibus Galatæi ſupplicantes fruſtra ſunt. Incaſſum tamen, & claſſiariis incolumibus quanquam infeſtiſſime oppugnantur. Mœnia a propugnatoribus deſerta, unde a Turcis corbes detrahuntur. Purgatio deſertorum. Ad contumelias patientia Imper. Ejuſdem in muris redintegrandis ſedulitas. Magni ducis, & Juſtiniani alterna convitia. Oratione Imp. reconciliati, officio funguntur. Juſtiniani inconſtantia & timiditas, qua ſua decora fœdavit.

XIII. Falſi rumores per Turcas diſſipati de auxiliis ſummiſſis ex Italia, & Hungaria. Maledicta in Ameram. Ejus, & conſiliariorum mœſtitia ex tribus cauſſis. Luminis ſupra urbem noctu apparentis duplex augurium. Ejuſdem poſtremo apparentis verum augurium. Halimbaſſa cur mœrorem ſimularit foris, cum gauderet intus. Ejus oratio ad Ameram de obſidione relinquenda. Sogambaſſæ contrarium conſilium, cum inſectatione ſtultitiæ & inconſtantiæ Principum occidentalium. Ameras dicta probat cum voluptate. Galatam, ad Galatæos trajectu ad urbem tuendam prohibendos cuſtodiam mitti imperat.

XIV Dolor Halimbaſſæ de repudiato conſilio. Imp. Conſtantino rem ſignificat, cum a fortunæ mutabilitate ad ſpem cohortatur. Turcæ jejunantes, & aqua ſe expiantes Deum victoriam precantur. Oratio Ameræ ad ultimam impreſſionem hortatoria. Voluptates ex Alcorano in prælio cadentibus: vivis, & victoribus duplicatum ſtipendium ac prædam pollicetur. Clamores lætantis exercitus. Supplicationes per urbem ad Deum cum lachrymis. Oratio Imp. ad fortiter pugnandum, cum laudatione Deiparæ, Conſtantinopolis, Venetorum, Genuenſium.

XV. Fletus Imperatoris & militum, promiſſa item utrorumque. Ultimum vale inter milites. Imperator, & multi præterea in templo S. Sophiæ Eucharistiam ſumunt. Veniam ab omnibus in palatio petit. Lamenta, & lacrymæ ibidem. Obit mœnia: cuſtodias perluſtrat. Strepitus extra urbem, unde expugnationis initium, circa ſecundum galli cantum. Cur Ameras belli inexpertos, juvenes, ac ſenes primam facere impreſſionem juſſerit. Fervor pugnantium. Eodem tempore, & hora, terra marique urbs oppugnatur. Chriſtiani prævalent. Hoſtes feſſi a ſuis reſpirare prohibentur. Audacia aſcendentium per præcedentium humeros. In aditu murorum atrox pugna. Theophili Palæologi, & Demetrii Cantacuzeni virtus.

XVI. Imperator milites ad pugnam confirmat. Juſtinianus accepto vulnere turpiter a ſe deficit, & certamine excedit. Ad preces Imp. ſurdus Galatæ moritur. Chaſanis Janitzari ſtrenuitas. Propugnaculo capto, Turcæ turmatim in muros evadunt. Imperatoris lachrymæ, & obſecratio ad Deum, & milites. Leoni comparatur, ſua manu fortiter dimicans. Franciſci Toledi, Theophili Palæologi, & Joannis Dalmatæ virtus, & mors glorioſa. Apud portam S. Romani prima in urbem irruptio.

XVII. Cretenſium nautarum pro turribus propugnantium laus. Ameræ in eos beneficium. Duo fratres Itali commendantur. Eorum capta urbe gemitus. Tempus captæ Conſtantinopolis. Enumeratio calamitatum, quas a Turcis pertulit. Templi S. Sophiæ epitheta.

XVIII. Ameras ſerio de vita Imp. requirit. Cadaver repertum honeſtiſſime ſepeliendum curat. Aetas ejus. Notaram ſimulatorem & mendacem quomodo deluſerit, & cum filiis duobus capite puniverit, ut item alios viros nobiles. Veneti quidam pecunia numerata, ac promiſſa necem effugiunt. Galatæi multi trucidantur: contra fidem datam fiunt tributarii: Halimbaſſa propter conſilium de Conſtantinopoli non oppugnanda necatur.

XIX. Annorum numerus a Conſtantino Magno ad Heraclium, ſub quo Mahometus extitit. Turcarum tria nomina. Tempus ab Heraclio ad Conſtantinum Palæologum. Quamdiu is, & quamdiu Palæologi imperaverint, & quamdiu imperii Romani domicilium Conſtantinopoli fuerit. Ameræ capta urbe triumphus. Chriſtianis bene cupit. Patriarcha novus eligitur. Imperatores quid novo Patriarchæ, & qua cærimonia donare ſoliti. Eam ex parte ſervat Ameras, & Patriarcham tractat humaniter, ac honorifice. Synodus in Trullo. Cur Mahometes tantam in Chriſtianos humanitatem finxerit. Colonias Conſtantinopolim deducit. Prærogativas & immunitates Patriarchæ impertit.

XX. Protoveſtiarius, uxor & liberi capti, venditique. Liberos Ameras ab Hippocomo emit. Ameræ ad Principem Serviæ de pace inter Hungaros & ipſum Ameram concilianda legatio. Connubium filiæ Ducis Veneti cum Conſtantino a nobilitate Conſtantinopolitana quare contemptum. Cur a Venetis auxilium negatum. Cardinalis Ruſſię patriarchatum recuſat. Quæ pro patria tuenda fecerit Imp. & a quibus ei fides ſervata non ſit. De divina providentia locus Cometæ viſi augurium. Noctibus ſerenis fulgura. Terræmotus, æſtus ingentes.

XXI. Motus Albanitarum in dominos, quibus Turachanis filius ſuppetias venit, fratreque captivo in munus accepto abit. Filium Protoveſtiarii muliebria perpeti nolentem Ameras interficit. Protoveſtiarius fit domeſticus Thomæ Deſpotæ. Iter ejus in Serviam impeditur. Alia itinera. Uxorem pecunia redimit. Turachanes Albanitas Principibus legitimis ſubjicit. Filius Thomæ naſcitur. Protoveſtiarii filia captiva perit. Proſpera ejus ad Venetos Legatio. Ameras a Janco & aliis pellitur.

XXII. Mortes Principum. Ameriſſa quare ad Ameram confugerit, qui ſubdere ſibi Serviam conatur. Loca ab eo vaſtata & occupata. Corinthus ei traditur. Plura oppida a The-

by Google

ma Ameræ deduntuc. Demetrii filiam uxorem petit. Thomas ad bellum Demetrio faciendum ſollicitatur. Quæ oppida illins invaſerit. Diſcordiæ fraternæ moliſtorum reprebenſio.

XXIII. *Quæ oppida fratrum alter alterius obſederit, quoſque conſiliorum ſocios babuerit. Albanitarnm improbitas, & infidelitas. Inter eos, & Romanos prædationes mutuæ. Turcarum inſolentia. Nicolai Meliſſeni junioris deploranda conditio. Georgius Raulus vir illuſtris Demetrio ſe adjungit. Vota pro pace, & concordia fratrum. Ameras Dei carnifex. Irruptio Turcarum, a quibus Thomas obſidetur. Ad Demetrium amicum Spartam abeunt. Fratces Deſpotæ pacem ſacrificio durantc ſanciunt, quam Demetrius frangit. Mutua rurſum bella.*

XXIV. *Ameras utrumque Deſpotam oppugnatum venit. Demetcius cum Sparta capitur. Dicterium Ameræ in captum. Ejus filiam ducit, omnia ſuo arbitratu adminiſtrat. Monembaſiotæ deditionem detrectant. Eorum virile ac pium reſponſum, cum laude urbis uberiore, a natura, a civium & magiſtratuum præſtantia, ab bonoribus quos ei Imperatores impertiverint. Privilegium ab Andronico juniore.*

XXV. *Ameras Demetrii filiam ſibi deſponſam mittit Conſtantinopolim. Bocdonienſium primorum timiditas. Caſtritzenſium deditio, & Ameræ perfidia. Leontarim a civibus deſertam occupat, quos Gocdica recepta, quo confugerant, omnes cum uxoribus & liberis interficit. Buchalcorum in Beglerbegum animus ingratiſſimus. Georgii Palæologi fortuna adverſa. Crocontelus Toparcha ſe cum duobus filiis dedit. Thomas deſpota, & ejus uxor, & liberi quo loco. Cujuſdam Palæologi miſera mors. Ameras urbes occupat: Peloponneſo excedit. Iter Protoveſtiarii in monaſterium, quo Deſpota cum aliis conceſſerat. Ameræ in Præfectum Calabrytæ, & urbanos crudelitas. Alia loca ab eodem ſubacta.*

XXVI. *Ameras cum Thoma Deſpota pacem facere cupit. Nuntius ad Papam. Expectatio Deſpotæ. Legati ab Amera vincti, & ſoluti rurſum. Ameras ad ſe mitti vult Deſpotæ filium, cui benefaciat. Thomas Deſpota ad Poutif. Rom. navigat: caput S. Andreæ offert: ab eo monaſterium ad babitandum, & redditus accipit. Deſperato auxilio comites, & apud Corcyram domeſtici ejus flentes diſperguntur. Meliſſenus in Cretam fugiens, uxorem ducit. Thomas Venetiis Romam redit, filia Epidaurum proficiſcitur; uxor Corcyræ diem obit.*

XXVII. *Sinopium, Ceraſus item & toparchiæ a Turcis occupantur. Demetrius Adrianopoli vivit, attributis ab Amera locis aliquot pro redditibus. Similiter fit regi Trapezuntis, quem ex cauſſa non vera facultatibus denuo ſpoliat. Lesbum occupat, Turachanis filius Naupactum in circuitu vaſtat, Venetis damnumdat, qui ſe ulciſcuntur. Iſthmum capiunt, & muniunt. Fruſtra Corinthum oppugnant. Monembaſiam ſubjugant. Lemni oppidum Palæocaſtrum traditur Venetis. Lauredanus Leſbum fruſtrà conatur occupare. Thomas Deſpota liberos ad ſe Romam vocat, ubi, antequam eos viderct, de vita exit.*

XXVIII. *Filii Thomæ Deſpotæ accitu Papæ Romam veniunt, paternis vectigalibus fruuntur. Andreas primogenitus ab eodem bonoratuc. Mors Dorotbei Patris ſpiritualis. Itinera Protoveſtiarii inopia cogente. Romæ ſanctorum ſepulcbra viſit, & colit. Vaſtatur Epirus & capituc Scanderbegus. Venci Imbrum inſulam, & Athenas occupant, Patrenſem agrum populantur, Turcas ſubſidio accurentes cum ſtrage repellunt. Temeritas Præfecti Veneti in boſtibus perſequendis. Ejus & collegæ ſupplicium. Metropolita Patrarum ſuſpectus Turcis, palo ſuffigitur. Jacobus Lauredanus fit navarcbus.*

XXIX. *Matthæi Aſanis mors. Deſpota vacationem petit. Ameras parte penſionum, & famulorum ei relicta, reliquos Conſtantinopolim tcausfert. Suſpicio Ameræ de deſpota, & pœna inflicta. Obviam ſibi procedentem miſeratur, in equo ſecum Adrianopolim ducit, redditus reſtituit. Peſtilentia ſævit multis locis. Multæ myriades pereunt, in bis Ameriſſa Deſpotæ filia. Protoveſtiarius victum annuum quærit. Albanitiæ partem regulo mortuo occupant Veneti, partem ex ſorore uepos. Protoveſtiarius fit monacbus, appellaturque Gregorius. Similiter uxor jam monacba, dicitur Eupraxia. Fidem ortbodoxam pro conſuetudine recepta uterque profitetuc. Symbolum Nicænum ad verbum e ſacris literis bauſtum Protoveſtiarius demouſtrat.*

XXX. *Helena Palæologa Venetiis prædatores accuſat. Terræmotus ingentes. Aenum Veneti capiunt, Boſtitzam inſtaurant. Nivium copia in Peloponneſo. Turcæ Lemnum occupant. Navarcbus Venetorum de Euboea deſerta reprebenditur. Inſulam Turcæ armis, vicinas præterea deditione voluntaria accipiunt. Beglerbego urbes Peloponneſi ſe dedunt. Nicolaus Decanalis cum filio, & ſcriba vinctus mittitur Venetias. Mors Demetrii Deſpotæ & uxoris. Gravis morbus Protoveſtiarii. Beſſario in reditu e Francia moritur, corpus Romæ ſepelitur. Zuchaſanes Ameram vincit, & ab eodem vincitur. Helenæ Palæologæ, & Hierotbei Patris ſpiritualis obitus. Ameras Capham ſubjugat, in Valacbia rem infeliciter gerit. Catarcbus & gravedo Protoveſtiarii: ejus querimonia ſuper miſeriis ſuis, & bumilis confeſſio peccatorum, & precatio ad Deum. Ameras contra Naupactum, & S. Mauram nibil proficit. Operis totius concluſio.*

PROOEMIUM

SCRIPTORIS.

Quam eſſet eximius, & multiplex hiſtoriæ fructus, complures ante nos hiſtorici declararunt, & quæ illis dicenda occurrerunt, eadem nobis quoque in medium afferre liceret. Quid enim novi ſuper eo excogitemus, de quo jam adeo multi diſſeruerunt, & quidquid de ejus laudibus præclare conſcribi potuit, id omne literis ſuis comprehenderunt? Quod porro nos ſuſcepimus & dignius eſt, de quo verba faciamus, de eo ſane agamus. Suſcepimus vero res novas ac tecentiores, a nemine adhuc hominum memoriæ commendatas, quarum incorruptæ veritati per vulgus dimanans fama non reſpondet. Eæ ubi ſincere, penituſque perceptæ fuerint, etiam novæ utilitatis fructum conciliabunt. Qui igitur res Byzantinas explicare inſtituerunt, alii aliunde principium cœperunt. Quidam etenim inde uſque ab orbe condito, nonnuli ab imperio quopiam illuſtri ac memorabili, Perſarum, Græcorum, Romanorum, aut alius gentis cujuſpiam videlicet exordium duxerunt, ſinguli opus ſuum ad finem & ſcopum animo deſtinatum accommodantes. Quam viam in hac rerum geſtarum commemoratione nos ſimiliter tenere omnino decrevimus: quando quidem prima illa naſcentis mundi ſæcula nec a paucis, & ſæpe tractata ſunt, de quibus perſcribere haud eſt animus. Jam, qui regum Imperatorumque hiſtorias ad poſteros monumentis evulgarunt, eorum plerique opinionum diſſenſione in diverſa abierunt, mutationes regionum atque urbium, præliorum contentiones, ſervitutes, victorias, pugnas infœlices, & quæcunque ſimilia confunderunt. Et magna ineſt profecto in rebus Principum varietas, quam nec ipſi fortaſſe qui gerunt ſatis cognitam perſpectamque habent; nedum ut eas perquirentibus facile ſit veri notitia ad liquidum potiri: qui quæ communi fama feruntur ac prædicantur, ea ſolum coguntur ad ſcribendum ſumere, niſi male de veritate meruiſſe videri velint: ut qui nummos circumcidunt, aut adulterinos cudunt. Nec quenquam vel ad gratiam, vel ad invidiam, vel ad odium, vel ad amicitiam ſcribere oportet: ſed res ipſas tantummodo exponere, ea mente, ut ne oblivione (quam longinquitas temporis inducere conſuevit) deleantur: & ut hiſtoriam tanquam vivam & animatam, loquentemque linguam, & citharam dulci ſtrepitu innumerabilium annorum ſpatia penetrantem relinquat. Ad hunc modum ego quoque Georgius Phranzes, & Protoveſtiarius, & Gtegorius cognominatus (ubi ad monachos me aggregavi) iſta conſcripſi de iis, quæ memoria mea acciderunt, & de nonnullis calamitatibus ſpeciatim, quæ partim ante, pattim poſt ſubactam Conſtantinopolim nos exercuerunt. Ac primum quidem de occaſionibus, & cauſſis imperii Palæologorum ab initio narrationem contexam, dicamque quot, & qui, quæve ex ea domo, quam penes hucuſque ſceptra fuerunt, Deſpotæ, ac Deſpœnæ extiterint: & de bello quod in Peloponneſo inter fratres Deſpotas, Demetrium, inquam, & Thomam conflatum eſt. Alia inſuper non parvi momenti, & memoratu egregia non ſilebo.

Li

Digitized by Google

LIBER PRIMUS,

SEX IMPERATORES
PALÆOLOGOS
COMPLECTENS,

I. MICHAELEM.	IV. ANDRONICUM JUN.
II. ANDRONICUM SEN.	V. JOANNEM.
III. MICHAELEM F.	VI. MANUELEM.

SUMMA LIBRI.

MICHAELIS *Palæologi genus, laus, accuſatio de tyrannide, quam arripere moliatur. Defenſionem adverſarii rejiciunt, litem perdunt, Michaeli dignitas redditur. Sultano Iconienſi ſalutem ſuam credit, ab eo Hypoſtrategus dicitur. Scythæ Chriſtianorum manu perterriti fugiunt. Palæologus humaniſſime ab Imp. revocatur, & tractatur. Mors Imp. Tutoris filii Arſenius Patriarcha, & Muzalo Protoveſtiarius: atque bujus ob invidiam miſera cædes. Palæologus pro eo imperii rectionem capeſſit, largitiones facit, & viam invadendo imperio paulatim ſibi munit. Deſpota, mox Imperator appellatur. Arſenii mutabilitas. Peloponneſi Princeps tres urbes libertatis recuperandæ donat. Byzantium Græci a Latinis, favente fortuna, recipiunt. Alexius Cæſar vindex, exquiſitiſſimis honoribus decoratur. Palæologus fortuna ſecunda ebrius, creditum ſibi pupillum, Laſcaris filium, & deſignatum Imp. luminibus exuit. Patriarchæ dolor, queſtus, lacrymæ, vindicta in auctores ſceleris. In monaſterium ſe abdit. Michaelis ad Papam legatio de Eccleſiarum conſenſione. In tria capita convenitur. Refractarii graviter puniuntur. A Francis Byzantii fruſtra laceſſuntur. Inſulæ receptæ. Pro Arſenio Germanus Patriarcha conſecratur, quem excipit Joſephus, & hunc Beccus. In Aſia res Romana peſſumit. Filii & filiæ Palæologi, obitus, ſepulcbrum. Andronici ſucceſſoris de Eccleſia tranquillanda, & emendanda ſollicitudo. Epiſcopi honoribus ſpoliantur, milites donativa accipiunt. Andronici in Joannem Laſcarim cæcatum mira humanitas, & benignitas. Cur in Orientem proceſſerit. Conſtantinum fratrem, ut inſidiatorem imperii cum conſpiratis cuſtodiæ tradit. Liberi Andronici e binis uxoribus. Turcarum per Aſiam, & Cherroneſum incurſiones & latrocinia. Duorum Catelanorum in Romanis vexandis atrocitas. Rogerii & comitum in Thracia cædes. Latinorum a Romanis defectio. Michaelis And. F. & collegæ conflictus infauſtus. Diſcordia inter duces hoſtium. Secundus & tertius Michaelis conflictus. Athanaſius Patriarchatu abit, eumque rurſus init. Terræ tremor inuſitatus. Triremium neglectus male evenit. Michaelis liberi. Manuel minor filius, & pater ipſe qua occaſione perierint. Cur Andronicus nepos avo bellum fecerit. Theodori Marchionis erga patrem impietas. Oſmanes occaſione ad fines prolatandos utitur. Conſtantinopolis ab Andronno nepote occupatur. Ad Nicæam Romanorum cum Turcis congreſſus. Imperatoris vulnus. Romani fugiunt. Nicæa concedit in poteſtatem. Urbes & populi, quos ſubegerit Imp. Monſtrum quoddam. Barlaami monachi Calabri dogma, & cum eo diſputationes. Imperatoris uxores, liberi, mores, elogium. Cantacuzeni dominatio. Diverſæ populi, & nobilitatis voluntates. Orchanes Joannem armis adjuvat. Depulſus imperio Cantacuzenus, exercitum novum in generum conficit. Epiſtola dehortatoria Joannis ad eundem nihil impetrat. Amurates per cauſſam auxilii ſibimet in Thracia complura ſubigit. Cantacuzenus vitam ingreditur monaſticam. Filii quatuor Joannis. Ex his Manuel ab Amurate quam benigne acceptus & dimiſſus. Amurates, & Joannes filios ob regnum affectatum puniunt. In ſocios ipſorum adoleſcentes, & patres eorundem ſævitur. Joannis in Italiam, & Franciam pro ſubſidio inanis profectio. Æs alienum patris Manuel filius diſſolvit: ob id repudiato Andronico Imperator creatur. Andronicus Bajazetis Ameræ opibus urbem obtinet. Manuel eodem Bajazete navante operam, denuo fit Imp. Bajazetis in ipſum, aliosque principes comminatio. Sigiſmundi Imp. ad Bajazetem propter Bulgariam legatio. Ad Nicopolim a noſtris accepta clades. Byzantium diu obſidetur. Joannes Andronici F. apud Bajazetem delatus, ad patruum ſe clam proripit. Manuel in Italiam, & Franciam opem rogatum venit, & ſpe fruſtratus, Byzantium remeat. In Peloponneſum Bajazetis expeditio. Theodorus Deſpota Spartæ principatum Rhodiis equitibus vendit: in quem poſtea ipſe per Epiſcopum ſub conditione reſtituitur. Obſidionem Conſtantinopolis Bajazetes ſolvit; ad Tamberlanem excipiendum ſe in Aſia comparat. Quando natus ſit ipſe Protoveſtiarius. Unde & quouſque narrationem perducat. Tamberlanes, item Scythæ, & Maſſagetæ gentes deſcribuntur. De origine domus Oſmanicæ narratio duplex, deinde de Ertucule, Oſmane, Orchane, & aliis ordine 7. Turcarum Principibus. Creta ab Agarenis inſeſſa, a Romanis recepta, a Venetis obtenta. Ejus deſcriptio. Achaps e Creta Saracenus inſulas diripit, quem Nicetas patricius compeſcit. Nicephoro duce Romano inſula recuperatur. Imperii inter Latinos diſtributio. Iſthmi longitudo & latitudo. Coronatio, & nuptiæ Joannis, filii Manuelis. Ejuſdem Manuelis conſtantia in fide hoſti data. Mors Ameræ. Deliberatio de Muſtapha occidenti præficiendo, a quo Bajazetes Beglerbegus occiditur: ipſum viciſſim Amurates comprehenſum interficit. Ejuſdem in Romanos propter Muſtapham furor. Conſtantinopolim fruſtra obſidet. Morbus Imperatoris. Iſthmus capitur. Thomas Palæologus e Peloponneſo in Hungariam fugit, eodem tranſit Joannes Imperator. Litteræ de ejus fœlici reditu Conſtantinopolim. Manuelis ad plures commigratio, anni vitæ & imperii. Quamobrem a Joanne Imp. uxor Sophia domum in Italiam refugerit.*

CAPUT I.

Alexii Comneni filiæ neptiſque nuptiæ. Michaelis Palæologi genus, virtus, gratia. Reus majeſtatis, factum juratus inficiatur. Probandæ innocentiæ ferrum ignitum, & prunas poſtulat. Recuſantur ut crudelia. More Romano interrogari petit.

ALexius Angelus Comnenus Imp. qui fratrem Iſaacium luminibus orbavit, tyrannidemque invaſit, & per quem Romanum imperium ab Italis tot tantiſque cladibus affectum atque afflictum eſt, nulla virili ſuſcepta ſobole, filias duas generavit: quarum natu grandiorem, Irenen vocabulo, purpurea induere ſandalia juſſit, quod illam, & cui deſponderetur, ſucceſſores & hæredes poſt obitum ſuum fore conſtituiſſet. Quam cum Alexio Palæologo in matrimonii communionem dediſſet, mox eundem ad deſpotatus honorem extulit. Et tenuiſſet is imperii gubernacula procul dubio, ſocerumque exceptſſet, niſi eum præmature mors de medio prius abſtuliſſet. Hic unicam tantum, & fœmineam ſtirpem moriens reliquit: eam viro tempeſtivam, Irene mater Andronico Palæologo conjugavit (quem poſtea Theodorus Laſcaris Auguſtus, qui juniorem Alexii Auguſti natam duxerat, Magni Domeſtici dignitate cohoneſtavit) ex qua ille ſuſtulit filios tres, Michaelem Comnenum (*quod nomen cæteri quoque Palæologi deinceps propter maternam originem aſſumpſerant*) Conſtantinum & Joannem, qui omnes ab utroque parente erant *διπλοπαλαιολόγοι, dupliciter Palæologi*. Hinc igitur tam clari generis ſui primordium initiati ſunt. Poſtquam Michaeli primogenito Andronici matura ætas adoleverit, inter proceres aulicos ſupra alios hilaritudine in vultu, jucunditate in congreſſionibus, elegantia in moribus, liberalitate in largiendo excelluit. Propter hujuſcemodi virtutes, & Gratias diligebatur a multis, & bene illi cupiebant, trahebanturque ejus facilitate duces, centuriones, plebeii, & optimates magno numero. Quæ res eum in ſuſpicionem captati imperii, cui per id tempus Theodorus Laſcaris junior præſidebat, per calumniam vocavit. Qui porro Comneno ſic obtrectabant, amici ejus numerabantur: quo factum eſt, ut Imperator quæſtionem in caput ipſius decerneret: ei quæſtioni Arſenius Archiepiſcopus ſive Patriarcha, cujus tum apud Imperatorem plurimum valebat auctoritas, nec non alii quidam honorati viri judices præerant. Adductus in judicium Michael multa interrogatur, multa audit, & tacet: quem tandem Epiſcopus his vocibus compellat. „Homo nobilis, & nobilibus oriunde, an tu maleficiorum compertis iſtam veniam concedi exiſtimas, ut taceant, ac ſuper patratis nec verbum edant? Age, vir honoratiſſime, interrogami reſponde, & veritatem enuntia. Quinam tecum conſpirarunt, tibique conſilii iſtius conſcii, approbatores, & conſuaſores fuerunt? Dic quod res eſt. Ita me Chriſtus ſervator meus amet, illi ſoli ex legibus pœnas dabunt: tu ab omni ſupplicio immunis ac liber abibis. Tum Michael hunc in modum ſuſcipit. Equidem antea tibi dixi, quod nunc itero, iſtuc me nunquam cogitaſſe, nec tale facinus menti meæ aliquando colliboiſſe: nec quenquam ſeu modicum, ſeu magnum quippiam in hoc negotio mecum communicaſſe, nec communicet opto in ſæcula ſempiterna. Teſtes invoco Deum Opt. Max. omneſque angelos, qui eum inaſpectabili modo circumſiſtunt. Quod ſi criminatores mei aures Imperatoris mendaciis adverſum me famulum ejus confictis onerarunt, nec mihi inficianti fides habetur, non habeo præterea quod dicam: nec eſt alius, quem innocentiæ meæ teſtem implorem. Quod ſi hoc non eſt ſatis, obſecro te, Domine, hoc mihi da, ferrum ie camini flam-

A mas conjectum, & etiam atque etiam vehementerque candens manibus complectar, prunaſque in ſinum immittam, ſperans, Deum, qui tres pueros in camino ignis liberavit, & oculum illum omnia contuentem, ſemperque vigilem, *qui ſcrutatur corda & renes*, quique novit, nec cogitaſſe, nec concepiſſe me, de quibus interrogor, illæſum, ſi ei placuerit, ab aduſtione ſervaturum." Occurrit Epiſcopus, Romanis, & ſapientibus Græcis nec in lege, nec in more poſitum eſt, ad reos, præſertimque nobiles, ut tu es, interrogandos tormenta adhibere: quia mos barbaricus, nefaſtus, planeque ethnicus. Hic Comnenus, quoniam, ſancte Domine, Romani iſtuc quod volui nec legibus, nec moribus in uſu habent, ut affirmas: ſed barbari, & ethnici duntaxat, & ego Chriſti munere humilis Romanus ſum, ſi vobis ita complacitum

B eſt, me ſecundum leges, & mores Romanos explorate examinateque. Ac ſiquidem pœnam legitime videbor commeritus, nullam cauſſam dico, quin ea mulcter. Sin autem, nec me damnatote, & quam inique, ac præter rationem, ex invidia nimirum & æmulatione a calumniatoribus oppugner cognoſcite.

CAPUT II.

Vanitas accuſatorum deprehenditur, quam Michael dato ſacramento convellit. Dignitatem cum auctario recuperat. E Bithynia propter malevolorum obtrectationes, & metum Imperatoris ad Sultanum Iconienſem perfugit: a quo benevole exceptus, Chriſtianis militibus præficitur: quorum impreſſione perculſi Scythæ, fugam capeſſunt. Ab

C *Imp. revocatus, honoratur, viciſſimque fidelitatem concepto jurejurando ſpondet.*

HIs auditis, Epiſcopus ad Imperatorem cuncta refert. Accuſatores denuo inſtare, & aliunde idem crimen intendere. Cæterum veritatem proloqui non ſunt auſi, & inanis, atque commentitia apparuit accuſatio: tametſi poſtmodum oblata occaſione Michael talis compertus eſt. Veruntamen Imperator mandavit, uti hæc meras eſſe calumnias, & nunquam ſe imperium voluiſſe invadere (quod ſycophantæ aſſeverabant) adjuraret. Quo facto, eum & condemnatione, & ſuſpicione omni liberat, priſtiniſque honoribus reſtituit, ac mutata ſententia, Nicææ præfecturam in illum confert. In Bithynia non ita diu moratus, ad Sultanum Iconii aufugit. Fugit au-

D tem, quod videret ac ſciret, non paucos quotidie multas & multimodas contra ſe technas, machinaſque apud Imperatorem ex invidentia ſtruere, & aures ejus ſuſurrationibus multis, ac ſermonibus malevolentiſſimis opplere: & quo pacto ſuppliciis dederetur, perpetuo cum animis volvere. Quamobrem nullam partem quietis capere poterat, mœſtiſque cogitationibus opprimebatur, quod præcipitem Imperatoris furorem, ſævitatemque & inclementiam, citra ullam manſuetudinis, & miſericordiæ ſpem magnopere timeret ac formidaret: ſiquidem inimici criminationes, & machinationes ſuas ad ſummum faſtigium perduxerant, & pectus Imperatoris penitus occuparant. Quare antequam funeſta pateretur, fuga ſaluti ſuæ providendum conſtituit. Iconium ut venit, Sultanum copias contra Scythas, e quibus ei arma inferebantur, ſtudioſe comparantem of-

E fendit. A quo magna lætitiæ ſignificatione acceptus, & quem centuriaverat e Chriſtianis exercitui (jam pridem enim Romani quidam ei ſerviebant) Hypoſtrategus, ſeu minor dux, ſeu ſubimperator præpoſitus eſt: juſſitque Sultanus, uti Romanum ac peregrinum habitum geſtarent, quo hoſtibus terrorem incuterent: arbitraturis ſcilicet, recentia auxilia ſubmiſſa fuiſſe: nec aliter contigit. Videntes enim Scythæ, eos concitato gradu (quod non putabant) contra venire, in fugam

præcipitem ſe tradiderunt. Iconii res ita habuit. Nicæni de fuga Palæologi Imperatorem per litteras certiorem faciunt, ex qua ille triſtitia non mediocri tractus, & animo nimium quantum perturbatus, brevi tempore intermiſſo, eundem per epiſtolam ad reditum invitat, ſummam ei charitatem, omnia tuta, addita ſacramenti religione promittit. Hoc tandem modo Romana tellus Palæologum Comnenum redacquirit, qui æque ut prius, horrendo ſacramento confirmat, in fide Imp. & obedientia ſemper manſurum, nec imperii arripiendi voluntatem habiturum, quandiu communi ſpiritu frueretur: ſed benevolentiam & amorem non vulgarem cum ipſi, tum ejus filio Joanni, cæteriſque ſucceſſoribus præſtiturum. Hinc rurſus eum Imperator Magnum Contoſtaulum renuntiat, quo honore etiam antea fungebatur.

CAPUT III.

Theodorus Imp. moriens, Arſenium Patriarcham, & Muzalonem Protoveſtiarium filio, & Imperio curatores præficit. Hic nobilitati invidioſus, in ipſo templo inter juſta auguſtalia trucidatur. Arſenius Michaelem Palæologum ſibi collegam aſciſcit. Qui ad imperium paulatim prorepit, & Deſpota legitur.

B

His curis diſtentus Imperator, morbo correptus graviſſimo naturæ concedit, cum paulo ante mortem monachi habitum induiſſet, Procuratoreſque, & Adminiſtratores rerum imperialium Arſenium Patriarcham, & Georgium Muzalonem Protoveſtiarium juſſiſſet, quoad filius Joannes (qui tum annum non plus ſextum agebat) C ex ephebis exceſſiſſet. Patriarcha optimates ſive proceres conventu indicto alloquitur: omnes qua decent fide ac ſtudio in filium Imperatoris ſe futuros, & Muzaloni parituros jurant. Paucis diebus elapſis, quidam nobilitate & magiſtratuum honoribus illuſtres, Muzalonis fœlicitati invidentes, res novas incœptant. Dies ab obitu Imp. nonus illuxerat, cum quantum erat nobilium matronarum in Soſandrium monaſterium, ubi corpus ejus compoſitum jacebat, ad defuncti memoriam ſollemni luctu cohoneſtandam confluit. Primores, ac plebeii ſacris interſunt. Cumque adhuc liturgiæ, ſeu miſſæ ſacrificio daretur opera, ſtringuntur enſes, & Muzalo, licet ad ſanctam divinamque menſam confugeret, crudeliter perimitur. Matronæ, & reliquus populus deſertis ſacris piacularibus trepide ſe foras ejiciunt: ſtrepi- D tus ac tumultus ingens cietur. Proh, heri primum ſacramentis, & diriſſimis execrationibus ſe devovebant: hodie eas nec pili faciunt. O Chriſte rex, miſericordiam, & patientiam tuam. Patriarcha ſolus relictus, nec ad tantam gubernationem ab uſu rerum, & prudentia ſatis inſtructus, curis ac ſollicitudinibus inſolitis æſtuabat, ipſiuſque pueri, & ſummæ reipub. pericula ſecum reputans, affligebatur, angebatur, & mente irrequieta circumſpiciebat, quis potiſſimum e principibus navim cum vectoribus in tot tantiſque fluctibus, & mari ſic tempeſtuoſo ſine aliqua offenſione, demerſioneque moderari ac regere poſſet. Occurrit Michael Comnenus, de quo diximus, cujus ope ſe adjutum iri confidebat. Et erat is domo nobilis, & vulgo conſpicuus, famaque apud omnes inclytus, atque ut ſupra docuimus, apud E plurimos gratioſus. Nec ab ejus amore Patriarcha abhorrebat: verum, ſi non amplius, at certe non minus hominem quam alias quiſquam complectebatur: cui ſoli claves fiſci imperatorii credebat: &, ſi quando militi ſolvenda eſſent ſtipendia, aut alioqui ob communem neceſſitatem impendenda pecunia, ab ipſo exigebatur. Qua ratione ad meditata quondam impoſterum perficienda, & finem jam pridem rumore jactatis celeriter imponendum opportunitatem nactus eſt oportuniſſi-

Georg. Phranz.

A mam. Adeptus enim tantæ pecuniæ tractandæ libertatem, eam in nobiles, & militum greges profundabat: nec non in eos, quorum linguæ plebem demulcere, atque impellere facile poterant. Per ſe quoque intelligentia, & experientia rerum cujuſquemodi ad imperium, populoſque regendos idoneus erat, & in dicendo pollebat maxime. Quid multa? omnium puncta ferebant. Quocirca & Patriarcha ejus amore incenſus, ſententiam ſuam ad univerſorum ſuffragationes adſcripſit: nempe, uti Michael Palæologus imperii procurandi auctoritatem omnem haberet, donec Imperatoris filius togam virilem ſumpſiſſet. Ex hoc gradu Michael ad imperii culmen aſcendit. Secundum dies aliquot rurſum aliam ingrediuntur viam, qui eum ad regni ſpeculam extollere nitebantur. Nam collatis in concilio judiciis, non inter ſe modo, ſed in compitis quoque palam di- B ctitabant, non decere, nec æquitati conſentaneum videri, eum qui ſuis humeris totam imperii molem ſuſtentaret, multarumque gentium legationes audiret, non etiam dignitatem imperatoriæ proximam obtinere: id quod primum ad amplitudinem Romanorum, deinde ad acta cum exteris gentibus confirmanda pertineret. Hanc ob cauſſam, & ſimulatam ab ipſo benevolentiam, populo, Patriarcha, & infœlici præterea hærede approbantibus, Deſpotæ dignitate inſignitur.

CAPUT IV.

Michael Auguſtus ſalutatur. Arſenius Patriarcha eum, & ſalutatores anathemate a ſe percuſſos abſolvit, jusjurandum adigit, ſuis manibus eidem coronam imponit, tempus imperii definit. De Ætolis, & Epirotis victoria. Peloponneſi Princeps libertatem tribus urbibus redimit. Quantum ea Romanis commodarint. Conſtantinopolis per cuniculum inducto milite, cum cædibus incendiiſque Latinis C eripitur.

Per ea tempora imperii domicilium Nicææ in Bithynia erat, ibidemque Patriarcha degebat, propterea quod regina urbium in Italorum, ſive Latinorum dominatu eſſet. Poſt ſpatium haud ita longum cujuſque generis malorum fabricatores & architecti, cum aliis quibuſdam auctoritate, nobilitate, & nominis ſplendore excellentibus, Michaelem in clypeum ſublatum Imperatorem declarant. Jam iniqua declaratione comperta Arſenius Patriarcha gladium præacutum, ut ita dixerim, ſibi in præcordiis defigi ſentit, & tam ap- D pellatum Imperatorem, quam appellatores a piorum communione carmine horrifico ſecludit, ut qui perfidioſe & ſcelerate in alienum imperium irruiſſent. Poſtmodum re apud ſe deliberata, & cum proceribus nonnullis, Eccleſiaſticis profaniſque communicata, conſultius fore decernit, ſacroſanctum eos juramentum poſcere: neque inſidioſe manus violentas puero allaturos: neque de imperio illi eripiendo quidquam ſecum agitaturos: itaque factum eſt. Nondum menſis totus exierat, cum ipſemet Patriarcha ſacrorum civiliumque primorum conſenſu impulſus, ſuis manibus diademate imperiali Michaelem exornat. Nec tamen poteſtatem illi perennem largitur: ſed quoniam neceſſitas ita flagitaret, eo uſque, dum hæres & ſucceſſor legitimus ætatem maturiorem contigiſſet. Dum denique ſolio, & omnibus inſignibus imperatoriis ſe abdicaret. Ea res ſanctiora E quam antea jurejurando firmatur. Compos jam imperii, Ætolos, & Epirotas bello magno domuit, Deſpotamque cum duobus ejus generis, * ac Peloponneſi & Achajæ Principe in poteſtatem adduxit. Vi & virtute Romanis conſtitit victoria, feceruntque captivos multos, in quibus Peloponneſi & Achajæ Princeps redimendæ libertatis Romanorum Imperatori donavit Peloponneſi urbes munitiſſimas tres, Monembaſiam, Leuctrum ſive Mainam (quæ antiquitus Tænarium, a Tæ-

Digitized by Google

A naria vicino promontorio dicebatur) & Spartam Laconiæ caput. Sic Romani Peloponneſo rurſus pedem intulerunt, urbiumque nominatarum commoditate uſi, univerſam inſulam receperunt: niſi quod modica pars ariſtocratiæ Venetorum remanſit. Alia inſuper victoria, eaque magna, præclara, & omnibus ſæculis toto terrarum orbe memoranda ei obtigit. Alexium enim Cæſarem, cognomento Strategopulum, qui externam Romanis victoriam, & triumphum pepererat, Ætoliæque & Epiri Deſpotam Michaelem perfidioſum, cum generis ejus ſubegerat, uti ſupra meminimus, denuo mittens Imperator, partem quandam copiarum illi tradit, Bithynos equites circiter octingentos, & globum peditum. Cæſar noctu cum copiolis ſuis Byzantium propius acceſſurus, in ſenem quendam forte incidit, quem interceptum milites ei ſiſtunt. Cui Cæſar, unde venis? aut B quo pergis? Et grandævus, ex urbe venio. Falſum narras, inquit Cæſar: nox enim cum ſit, quo pacto mœnibus es egreſſus? Hic ſenex, cuniculus eſt vetus per domum meam, portæ contiguam, præter me nemini, at mihi jam pridem cognitus, per quem quoties liber, nullo impedimento egredior ingrediorque. Hoc intellecto Cæſar gaviſus, ſeni munera multa daturum recipit, ſi locum ſibi demonſtret. Demonſtrat, quinquaginta ingreſſi, vigiles occidunt; porta effracta reliquis aditum pateſaciunt. Cæſar ignem ædibus injici jubet. Illico locis multis furit æſtus ad auras, & Aquilone adjuvante, flammæ urbem late populantur, militeſque lætis clamoribus VICTORIA ROMANIS ingeminant. Latini repentino tumultu exciti, hoſtibus & incendio conſpectis, mirifice conſternantur: plerique nudi e C cubilibus ſe corripiunt. Inertia corpora paſſim ſternuntur: Romana res citra difficultatem fit ſuperior. Tali modo urbs ampla illa, & urbium imperatrix, auxilio Dei omnipotentis, & Cæſaris peritia, ſollertiaque militari ab Italorum Latinorumve manibus vindicata, ad Romanos tandem, poſt annorum novem & quinquaginta, menſium trium, dierum quatuor intervallum rediit.

CAPUT V.

Admiratio & lætitia Imperatoris de recepta Conſtantinopoli. Aguntur Deo gratiæ. Cæſar dux immortali afficitur gloria. Palæologus Imp. ſpreto jurejurando, & ſuperbia ex ſucceſſibus turgidus, puerum Imperatorem pupillum curat excæcari. Patriarchæ ob id dolor, & lamentatio; in reos Eccleſiaſtica animadverſio: in monaſterium D ſeceſſio.

ALlati de tam nobili victoria Nicæam ad Imperatorem nuntii, fide ob admirationem caruerunt. Quo pacto enim cum perexigua manu Cæſar talis, ac tantæ urbis potens evaderet? Sed poſtquam nuntius alter, etiam cum literis a Cæſare ipſo conſcriptis ſupervenit, iis viſis dubitationem ab ſe amovit, Deoque gratias egit, & Patriarcha, totoque ſenatu aſſentientibus agi præcepit, propter victoriam adeo admirabilem, & facta Cæſaris ingentia, quibus Romanum imperium amplificaſſet. Quin etiam Imperator, omnes provinciæ, Patriarcha, univerſa Eccleſia in ore habebant, & cœlo laudibus æquabant Cæſarem: in divinis præterea, ac ſacris liturgiis, in omnibus item ritibus, & officio ſanctarum Ec- E cleſiarum clara voce ejus mentio fiebat. Inſuper ornamenta, ſive inſignia Cæſaris geſtabat quotidie, quavis hora & loco, donec vita ſuppeteret. Ad hæc triumphos illi eximios inſtituebant, ſicut hujuſcemodi victoribus inſtituere mos eſt. Poſthæc tam fortunata victoria inflatus Imperator, & tum optimatum quorundam, tum plurimorum civium erga ſe propenſionem, fidem, & charitatem non ignorans, ac ſpiritus tollens, nec venerandorum, terribiliumque Sacramentorum, quæ

A coram Chriſti tribunali ediderat, rationem ducens, ſucceſſorem patris ſui & hæredem imperii Joannem Laſcarim miſerabiliter viſu ſpoliat, atque ita omni ſuſpicione metuque vacans, imperium ſibi conſtituit. Patriarcha ubi infœlicis excæcationem hæredis didicit, manibus pectus plangere, & cor (ut ſic loquar) gladio ſauciari, terræ ac cœlo ſceleſtum facinus conqueri, & elementa ipſa ad ulciſcendum invocare, gemitus & lachrymas fundere, barbam vellere radicitus, & ſaxo aſpero pectus ac genua pulſare, caput demittere, & lugubriter exclamare, o ſol horreſce, o tellus ingemiſce, & concuſſa atrociſſimum crimen, inſidias, ſævitiam immanitatemque deteſtare. Quia vero aliud non poterat, ipſum Imperatorem, conſcios, & adminiſtros anathemate inſolubili conſtringit, ac throno Eccleſiæ relicto, B in aſceterium ab ſe ædificatum ſecedit. Hoc maxime modo imperium ad Michaelem ex Palæologis Imperatoribus primum pervenit, quod utinam ne unquam perveniſſet.

CAPUT VI.

Legatio ad Papam de redintegranda concordia Eccleſiarum. Capita concordiæ tria. Eccleſiaſtici ſeditionem commovent. Imperator in contumaces animadvertit. Francorum adverſum Byzantios conatus irriti. Inſulas aliquot Latini amittunt. Succeſſio Patriarcharum. In Paphlagonia male pugnatur. Turcæ Romanas provincias depopulantur, & in ſatrapias diſpertiunt. Liberi Palæologi mares & fœminæ, mors, ætas, imperii ſpatium, ſepultura.

C MIchael Auguſtus in urbem poſtliminio recuperatam ingreſſus, audiens regem Balduinum in Franciam fugiſſe, & cum Carolo rege Francorum, aliiſque Principibus per civitates fœdus pepigiſſe, ubi eorum armis terreſtribus ac maritimis reſtitueretur, & urbis vaſtitatem ruinaſque contemplans, cum quid ageret non videret, ad Alexandrum IV. Pontificem ſuper Eccleſiarum pacificatione Legatos ire juſſit, modo is Caroli expeditionem impediret. Pontifex legationem benigne admiſit, & quod peteretur, facturum ſpopondit. Concordia capitibus tribus circumſcripta ac definita eſt. Primum fuit, ut in ſacris hymnodiis Papa cum quatuor Patriarchis nominaretur. Alterum, ut integrum eſſet, Romam, tanquam majus tribunal appellare. Poſtremum, ut Papæ in omnibus concederetur principatus. Sed quo- D niam ſuper hoc novo incœpto ſacrum Eccleſiæ collegium celatum fuerat, non quievit, populumque concitavit, ut magna inde ſeditio exiſteret, & turbarum fluctus altiſſimi exſurgerent. Imperator ſe tueri ac dicere, nihil ſtudio novitatis inducendæ, ſed adminiſtratoria quadam providentia facta omnia. Præcavendas enim eſſe impendentes calamitates. In hanc ſententiam plura locutus, cum alios ſedaſſet, alios non item, vim adhibuit, multoſque flagris ſubjecit: alios alia via afflixit: non paucos exilio multavit. Hæc omnia moliens, nullum operæ pretium efficiebat, nec res fœliciter ibat. Nihilominus, cum Carolus, & Balduinus amplum exercitum contra imperium Romanum adduxiſſent, & conſertæ manus eſſent, inexpugnabilis noſtra virtus Latinos re infecta, & cum damno atque ignominia domum E remiſit: quodque a Davide dictum eſt divinitus, verum apparuit, *maledictus omnis qui confidit in homine*. Mari quoque Romanæ naves Caroli claſſem diſſiparunt. Poſt egreſſus Imper. etiam Ægæi maris inſulas levi oppugnatione in priſtinum vindicavit, puta Rhodum, Coum, Chium, Lemnum, & quæcunque demum Latini antea occuparant. In Arſenii porro locum, qui ſedem reliquerat, Germanus Archiepiſcopus Adrianopolis eſt ſurrogatus. Rurſum Germanus auditione accipiens, ſe maledictis conſcindi, ut qui Arſenio etiamnum

vivo thronum ejus involaſſet, eum velentibus reliquit. Succeſſit Joſephus, qui præfuit annos tredecim. Deiu Becus, magnæ Eccleſiæ Cartophylax. Regnante hoc Imperatore, propter bella in Europa cum Latinis, calamitatum imperii Romani in Aſia a Turcis jacta ſunt fundamenta. Nam in Paphlagonia labefactata res ſummopere. Fugam hoſtes ſimularunt non ſemel, ut aciem Romanam perturbatam diſtractamque adorirentur: ſed plurimis ſuarum partium amiſſis, partim captis, tandem continenter fugam dederunt. Quos dum Romani ultra flumen perſequuntur, in improviſas inſidias, curſu & æſtu enhelantes, & in recentes atque integros fatigati incurrunt. Unde hinc numeroſo exercitu, inde flumine intercluſi, paucis demptis, nulla re memorabili geſta, ad unum occubuerunt. Turcæ velut foribus jam apertis ſecuri, ac nemine prohibente, Romanas provincias uſque ad amnem prædabundi percurſant, & quantum terrarum ceperant, e mari Pontico, & Galatia, uſque ad mare Lycium, & Carium, & Eurymedonte fluvium, in ſatrapias dividunt. Hoc bellum everſi poſtea imperii Romani initium, cauſſe & occaſio fuit. Imperator feſſus tantis malis, ripas fluminis frequentibus oppidis communivit, ne ipſa quoque Bithynia Turcæ potirentur. Procreavit autem filios duos, Andronicum Imperatorem, & Conſtantinum Porphyrogennetam: filias tres, Irenen, Eudociam, & Annam. Cum ad bellum Theſſalicum proficiſcens, in locum quendam Pachomium inter, & Allagem veniſſet, dolor eum cordis arripuit acerrimus, ibidemque biduo poſt animam exhalavit, anno ab orbe condito 6791. Indictione XIV. (*ut quidem Græci numerant. Ut autem Latini 5265. anno poſt partum Virginis* 1283.) ætatis octavo ſupra quinquageſimum, imperii tertio & viceſimo. Filius autem & Auguſtus Andronicus, qui cum præſens aderat, conſueta Imperatoribus ſepultura uſque adeo patrem non decoravit, ut ne plebeja quidem, & inopum dignaal voluerit. Tantum paucis quibuſdam mandavit, ut noctu procul a caſtris cadaver elarum multa terre obruerent, ne auguſtale corpus a beſtiis dilaniaretur. Cauſſe fuit, quod ſinceram (imo ſchiſmaticam) Eccleſiæ doctrinam deſeruiſſet, id quod eum feciſſe demonſtravimus.

CAPUT VII.

Turbæ, Andronico ineunte. Ad ſtatum Eccleſiæ in meliorem formam redigendam incumbit. Beco exauctorato, Athanaſius patriarchatum capeſſit. Epiſcopi a Michaele ſtantes, dignitate multantur. Andronicus Joannem Laſcarim luminibus orbum viſit, & conſolatur. In orientem pergit. Fratrem tyrannidis ſuſpectum, cum ſodalitio in vincula contradit. Progenies Andronici. Mores Irenæ Auguſtæ, ambitioſæ fœminæ.

POſteaquam deinceps Andronicus filius patrem in imperio eſt ſecutus, tumultem non vulgaris omnia permiſcuit, & res ad novitatem, defectionem, rebellionem ſpectare ſunt viſæ. Ipſe vero, ut vir intelligens, futurique proſpiciens, fluctus illos, & offenſiones prudenter temperabat, omnia Epiſcoporum voluntate metiens. Ac primum quidem Eccleſiæ corrigendæ, & componendæ providentiam laboremque adhibuit (patre enim vivo cogitationes ſuas minime aperiebat) & imperatoria decreta, edictaque circummittebantur, quibus iſta correctio, & diſciplina præſcribebatur: quique ob ejuſdem Eccleſiæ ſtudium exilio multati fuerant, revocari jubebantur. Becum Patriarcham mox ſede ſua depulſum, monachus quidam, Athanaſius nomine excepit. Hic a puero vitam coluerat aſceticam in Ganis montibus, e Peloponneſo oriundus, patria Andruſa, cujus epiſcopatum auctoritate Imp. & ſuffragio ſynodi gerebat, ac Monembaſiæ metropoli ſuberat. Poſt exauctorationem vero, & relegationem Beci, omnes Epiſcopi, qui cum Imperatore demortuo, & Patriarcha communicaverant, loco ſuo cum dedecore moti ſunt. Alia item mali exempli, & lamentis proſequenda in Eccleſia ab iis deſignata ſunt, penes quos tum epiſcopatus honores erant. Hoc officio perfunctus Andronicus, militum in tuenda repub. fervorem ſedulitatemque pro conſuetudine libens remuneratus eſt. Inde ſubditos omnes lætitia pervaſit. Cum porro in urbem veniens, recordatus eſſet facinoris, quod pater in adoleſcentem Joannem Laſcarim (cui potius imperium debebatur) perpetraſſet, conſcientia ſtimulatus, moderationemque virtutibus reliquis anteponens, ad eum, qui ipſius cauſſa oculos perdiderat, in oppidulo quodam Bithyniæ habitantem inviſendum acceſſit: quem in monaſtico humilitatis habitu reperiens, oratione conſolatoria permulſit, veniam petens, quod ſe ignorante pater in illum crudeliter conſuluiſſet. Quod ſi poſſet, & ipſi placeret, etiam dimidium imperii ſe illi ceſſurum oſtendit, ut ad amplam poteſtatem rediret. Præterea ad vitam degendam neceſſaria illi omnia affatim, quoad ſuperaret, ſuppeditavit. Hæc cum feciſſet, & ut fierent imperaviſſet, inde hilaris orientem verſus proceſſit, certis de cauſſis ibidem commoraturus: tum ut rei militaris uſum conſequeretur: tum ut præſentia ſua terrorem barbaris afferret, ne impune, quoties, & quo liberet, in Romanos fines graſſarentur. Per idem tempus criminationibus appetitus eſt Conſtantinus Porphyrogenitus Imperatoris frater germanus, quaſi tyrannidem meditaretur. Miſit igitur Imper. qui eum cum familiaribus omnibur comprehenderent: quorum principem locum tenebat divitiis, generis claritate, & bello ſpectatiſſimus Michael Strategopulus Meliſſenus. Hos omnes in carcerem includit, plurimamque facultatum Meliſſeni fiſco addicit. Suſtulit filios Andronicus ex prima conjuge Hungarorum regis filia Michaelem Imperatorem, & Conſtantinum Deſpotam. Ex altera, nempe Irene Lombardica, filia ſororis regis Hiſpaniæ, & nepte Marchionis Montisferrati (qui Theſſalonicam ſibi uſurpavit, & Theſſaliæ rex fuit, quando Latini ad tempus non ita longum Romanorum provincias obtinuerunt) ex hac, inquam, illi nati ſunt Joannes, Theodorus, Demetrius, & Simonis puella, quam Serviæ Deſpota uxorem eſt adeptus. Ac Joannes quidem conjugi copulatus, abſque liberis deceſſit. Auguſte Irene maxima zelotypia adverſus Michaelem primogenitum laborebat, ut eſt novercarum videlicet ingenium, maritoque Imperatori nec diebus, nec noctibus exhibere moleſtiam deſinebat, uti quos ipſa peperiſſet, conſortes imperii faceret, & illud inter ipſos æqualiter diſtribueret. Imperator affirmare, ſuſtineri neutiquam poſſe, ut monarchia Romanorum ad polyarchiam redigeretur. Ubi multa rebus ac verbis experta, ſpe ſua decidit, ira & dolore furens, Theodorum filium cum grandi pecunia in Lombardiam mittit, & patriæ ſuæ Marchionem inſtituit. Ibi is e familia Spinularum aſcita uxore, utriuſque ſexus liberos progeneravit.

CAPUT VIII.

Turcarum Satrapæ provincias Aſiæ lacerant, in Cherroneſum Thraciæ irruunt. Rogerius Latinus pirata, & Picerlotetna cognatus, ſocietate pacta cum Imp. adverſus Turcas, Romanos nihilominus vexant in tranſitu incredibiliter. Rogerius cum comitibus juſſu Michaelis Imp. trucidatur. Latinorum perfidia, & cum Turcis conſpiratio. Michaelis pugna infelix. Inter hoſtium duces diſſidium, & in partes diſceſſio.

IMperante quem diximus Andronico Auguſto, diriſſimum calamitatum pelagus in Aſia erupit. Etenim Turcarum Satrapæ (inter quos etiam

Oſmanes) conjunctis viriam opibus omnia loca iterum uſque ad mare Ægæum incurſarunt, & victoria feroces, per Heliſpontum in Cherroneſiam Thraciæ ſe effuderunt, ubi omne genus maleficii deſignantes, & latrociniis ac vaſtitate magnam partem adeo deformarunt, ut anno toto, & menſibus decem nec arari, nec ſeri, nec pes extra urbes efferri poſſet. Tam quoque Latinus quidam Catelanus, cui Rogerio nomen, actis ex inferiore Iberia delectibus, & triremibus quatuor impletis, piraticam, in qua erat exercitatiſſimus, libere faciebat. Non enim onerarias duntaxat aggrediebatur: ſed amplas quoque inſulas depopulabatur, mareque inferum infeſtum habebat. Viſum itaque huic dynaſtæ, legatione ad Andronicum miſſa, ſocietatem cum illo contra Turcas paciſci. Eam legationem Imp. non invitus audivit. Movens ab Heſperiis Rogerius, Byzantium cum bellicoſa juventute duum millium advenit. Imp. eum Magni Ducis officio cohoneſtat. Paulo poſt alius Catelanus, vocabulo Picerioteta, Rogerii conſanguineus auxilio ſubiit. In horum veſtes, donativa, annonam Andronicus ſumptum erogat liberaliſſime. Non multum interceſſit temporis, cum in Aſiam expeditio ſuſcipitur. Sed de hoſtibus illi parum ſolliciti, Romanos premunt mirum in modum. Quid ego memorem, quantas in tranſitu clades intulerint? quantum Chriſtianis tum viris, tum fœminis incommodaſint? quos nihilo mitius quam mancipia tractarunt, nullius lacrymas miſerati. Gravius utique, quam ſi hoſtes eſſent, Romanos attriverunt, homines impietate perditiſſimi. Nec ſolum Chriſtianos diripiebant; ſed inſuper filias illorum virgines, & uxores conſtuprabant, ſenes & ſacerdotes vinciebant, & flagellabant. Quæ ut reſcivit Michael Andronici filius Imperator, ira rabeſcens, qua via his malis occurreret, ſecum diſquirebat. In Thraciam cum copiis ad oppidum Calliopolim tranſire jubetur Rogerius. Relicto itaque Calliopoli milite, ad Michaelem, Oreſtiade cum exercitu morantem cum ducentis adventavit, ut & conſtituta ſtipendia poſtularet, & ſi opus foret, etiam minis extorqueret. Ea re Imperator vehementius exardeſcens, quam ante exarſerat, ſatellitibus ſuis & ſtipatoribus mandat, uti Rogerium, & comites obtruncent: quorum major pars evadens, Latinis Callipoli acta renuntiat. Deficiunt, & oppidum operibus probe communientes, pro perfugio & receptaculo habent: conſpiratione que cum Turcis facta, in aperta latrocinia, ac rapinas erumpunt. Michael cum Thracis, & Macedonicis copiis in eos invadit: pugna congreſſus fruſtra eſt: immo vero cum damno & jactura pedem refert. Deinde duces hoſtium ſtudia in contraria verſi, alii ad partes Imperatoris, alii ad Turcas ſe applicant: alii populationibus & latrociniis vivunt, donec poſtremo omnes conſumpti perierunt.

CAPUT IX.

Michael denuo infeliciter pugnat. Tertio prælio vincit. Athanaſio Patriarchæ abdicanti, Joannes ſublegitur. Idem ſecundum facienti ſuccedit Niphon, & illi Joannes Glycys, & huic Geraſimus, & huic Eſaias. Terræmotus horribilis. De triremibus nec parandis, nec reficiendis ſtolidum conſilium.

Michael Imp. rurſum coacto exercitu, Cherroneſum in Turcas ducit, tantamque ſpe ſua labitur, ut repente ab hoſtibus circumfuſus, tabernaculo, & pecunia, & omnibus imperii inſignibus relictis, fugam faciat. Tertio manum comparat, cui ipſe cum non adeſſet, ducem Philem Palæologum, Protoſtratoris honore prius inſignitum præponit. Is in Agarenos ſive Turcas movens, conflicta vincit, multos cædit, multos capit: qui reſtabant, male multati Cherroneſo pelluntur. Cæterum Athanaſius Patriarcha, annis octo in munere ſuo exactis, tandem per libellum honorem deponens, in aſceterium, ſeu monaſterium ab ſe conſtructum, quietis perfruendæ receſſit. In ejus locum Joannes Sozopolitanus aſcendit: qui cum haberet uxorem, & ex ea liberos, illa mortua ad monachi pallium confugerat. Cujus virtuti cum tempus incrementa dediſſet, Patriarcha Conſtantinopolitanus eſt renuntiatus: & eum thronum aliquandiu illuſtraiſſet, eo volens poſtmodum & altero ceſſit, iterumque Athanaſius in eo eſt locatus. Hic poſtquam clavos Eccleſiæ octo annos tenuit, rurſum ſcandala emerſerunt. Sic cui quies amica ſemper fuerat, ſedem Patriarchicam valere rurſum jubet, & ei Nipho Cyzici epiſcopus ſubſtituitur: nec diu ea poteſtate uſus, dejicitur, & in ſpecula patriarchali Logotheta Dromi conſtituitur: qui & ipſe uxorem & filios habebat: ſed uxor ſtatim monaſticum complexa eſt habitum. Cumque corruptus humor non ita multo ante certis anni intervallis ejus articulos occupaſſet, graviſſime cruciabatur, & judicio præſcriptoque medicorum carnibus ei veſcendum erat. Hujus ergo monaſticus habitus ei negatus eſt, quem ardenter expetiverat. Quia igitur ob adverſam valetudinem adminiſtrare provinciam ſuam commode nequibat, eam ſponte reliquit: in cujus locum Geraſimus monachus e Manganio monaſterio ſuffectus eſt, canus quidem capillos: ſed moribus nauci neque inutilis. Hic cum ad exiguum tempus Eccleſiæ præfuiſſet, ſedem volens nolens dimiſit: cui ſucceſſit Iſaias, vir ſenex & venerandus, e monte Atho, cum forte Conſtantinopolim veniſſet. Per idem tempus terra contremuit motibus inſolitis, multæque domus magnificæ, & ſanctorum templa alia quidem procubuerunt, alia vitiam fecerunt: complures item ſtatuæ de columnis deciderunt. Andronico huic Auguſto de proceribus nonnulli ſuaſerunt, triremium numerum ne augeret: neve aut novas parari, aut veteres refici curaret: alioqui impenſam in naves factam fore ſupervacaneam, quæ propemodum nulla magis ærarium exhauſiſſet. Eorum ille conſilio obſecutus, triremium curam abjecit: quæ tempore procedente partim fatiſcentes diſſolutæ, partim ſummerſæ ſunt. Poſtmodum cum eas uſus & neceſſitas poſtularet, nec remiges, nec triremes apparuerunt, & conſilii ſtoliditas Romanos multis gravibuſque detrimentis mactavit.

CAPUT X.

Michaelis filii & filiæ. Mors indigna Manuelis minoris natu filii, & ſubinde ipſius Michaelis. Avo Andronico nepos arma infert, ad quem Theodorus Marchio, ſenioris filius impie deficit. Oſmanes Turcarum rex in Bithynia fines ſuos propagat. Nepos Byzantium avo ſuperſtite capit.

Michael Imperator genuit filias duas, Annam & Theodotam: filios item duos, Andronicum Imp. & Manuelem Deſpotam. Andronicum avus habebat longe chariſſimum, quem in regia educari juſſit. Is ubi adoleviт, per laſciviam noctu ad mulierem egregie formoſam, quæ illi erat in deliciis & amoribus, itare conſuevit. Cumque zelotypia arderet, circum ædes meretriculæ cuſtodiam cum gladiis, & arcubus diſpoſuit. Nocte quadam Manuel frater fratrem quæritans, forte ad illius ſcorti ædes devenit. Speculatores eo viſo, & per tenebras haud ſatis agnito, ſed amatorem quempiam mulieris ſuſpicati, tela in miſerum crebra conjiciunt, quorum ictibus interiit. Id cum parens Michael Theſſalonicæ accepiſſet, ex ira & mœſtitudine morbo diriſſimo implicitus, vitam finivit. Ubi dies luctus exierunt, avus nepotem Andronicum accerſit, lacrymans objurgat, & officii admonet: quemadmodum facere parentes liberis amantiſſimis

ſnlent. Adoleſcens præ pudore vulta humi dejecto obmuteicit. Iratus autem, & metuens, ne propter necem fraternam, & juveniles inſolentias ſuas ab avo imperio privaretur, idqne in Conſtantioum patruum transferretur, cum qnibuſdam æqualibus, & conjuratis fugiendo Adrianopolim petivit, collectiſque copiis arma adverſos avum tulit: ac multis præliis civilibus, & cædibus factis, nunc pacem cum eo compoſuit: nunc levi de cauſſa pacta conventa reſcidit, non ſine pluſimis ſcandalis atque offenſionibus. Eodem tempore ſenioris Andronici filius Theodorus Marchio, qui quondam in matris ſuæ ditionem paternam miſſus fuerat, uti ſupra narravimus, poſt illius obitum ad patrem viſendum, relictis domi liberis & uxore profectus eſt. Qui & animo, & religione, & cultu & raſa barba Latinus penitus, & ſollicitudinis omnis ac benevolentiæ, paternæque in ſe beneficentiæ, qua univeſum æs illius alienum diſſolverat, oblitus, Judam illum imitasi, & patrem imperatorem prodere maluit, omnique depoſita erga eum reverentia, & omnibus acerbior hoſtis factus, ad juniorem Auguſtam, Michaelis fratris ſcilicet ſui filium tranſivit, & tem mali enempli pejorem reddidit. Ex hoc civili bello, & rerum perturbatione Oſmanes, qui Bithyniæ dominabatur, commoditatem nactus, de parte reliqua Romanorum non parum abraſit, intravitque junior Imp. Byzantium, ſibi a duobus ex pacto proditum: quorum alter Caſtellanus, alter Camaris dicebatur; erantque excubitores in loco quodam urbis, ad portam quæ Adrianopolitana vocatur. Noctu itaque adveniens exercitus, eodem loco ſcalas mœnibus admovet, per quas in urbem multi ſe promunt, reſerataque porta ſocium agmen cum Imperatore accipiunt: qui ſubito concione advocata ſeveriſſime interdicit, ne quis aut manu quemquam occidat: aut lingua contumeliam jaciat, ſive in Imperatorem ſenem, ſive in alium quemlibet. Non enim ipſi hujus victoriæ auctores ſumus, inquit: ſed Deus eam nobis largitus eſt: fuitque de avi ſalute & incolumitate ſollicitus. Quamquam urbis & imperii jam plane compos, eum ut latro, & tyrannus ejecit. Imperavit ſenior Andronicus cum filio Michaeln, annis quinque & quadraginta, donec a nepote imperio extarbaretur, id quod ſactum eſt anno ab orbe condito 6836. a Chriſto nato 1328.

CAPUT XI.

Cura nepotis ſuper avo. Metochitæ facultates in fiſcum redactæ. Prælium Romanorum & Turcarum ad Nicæam. Hoſtes Romanis tumultuarie fugientibus, & prædæ imperatoriæ, & urbis compotes ſiunt.

POtitus urbe & imperio junior Andronicus, eo modo quo diximus, & conſummatam rerum poteſtatem adeptus, avo de victu, & vita commode agunda, qua decebat cura proſpexit: patruum vero Conſtantinum comprehenſum, in carcerem tenebroſum detruſit, & Metochitæ Magni Logothetæ (qui quondam monaſterium Chriſti ζωδότου *vitæ datoris*, quod Chora nominatur, partim renovavit, partim extruxit) facultates omnes, pecuniaſque fiſco addixit. Deinde miſericordia commotus, ipſi, & aliis ut bene eſſet providit. Verna tempeſtate contra Orchanem Oſmanis filium in Bithynia regnantem copias trajicit, & Nicæam urbem primariam ab equitatu peditatuque circumſeſſam, extremeque laborantem cernens, prælium conſerit. Pugnatum eſt a Romanis a mane ad veſperam uſque præclare & fortiter, ut Turcæ propemodum terga darent, & Ameras, ſive rex eorum, timore percelleretur. Ubi non prælium diremit, corpora quieti data. Imperator in certamine levi ſagitta pedem vulneratus eſt. Qui cum Philocrenen oppidulum in proximo ſitum curandi vulneris concedere inſtitueret, ex errore non parvo milites ei obtrectare, cauſſam facti ignorantes, & præ timiditate ipſum fugere arbitrantes. Quamobrem univerſi, nullo ordine, magna contentione, nemine perſequente ad fugam incumbunt: fugiendo invicem per tenebras conculcant: non pauci læduntur graviter: pars in foſſas oppidi confuſe præcipitant: alii naviculas in littore ſtantes arripiunt, quibuſcum omnia vehentium multitudine gravatis multi ſummerguntur. Speculatores Orchanis, equites prope trecenti, adeo ſparſim, ac tumultuatim fugientes aſpiciunt, & clamoribus duntaxat inſequuntur: tabernaculum Imperatoris cum omni præda equorum ejus, pretioſarumque veſtium, præter ſpem, & citra ſudorem præclaram conſecuti victoriam diripiunt. Imperator in oppidulo illo triduo conſumpto, ingenti mœſtitudine, lacrymiſque inconſolabilibus Romanorum fortunas accuſans, Conſtantinopolim repetivit. Ameras paucis diebus Nicæam ſubjugavit.

CAPUT XII.

Chius Martino Genuenſi extorquetur. Phocæenſes ſiunt tributarii. Nicomedia fame ſubacta, Orchani ſe dedit. Expeditiones diverſæ. Monſtrum Conſtantinopoli. Barlaami monachi cum Græcis digladiatio. Imperatoris duæ uxores, & ex poſteriore proles quatuor. Moriens Joannem Cantacuzenum Joanni filio tutorem dat. Laus, & ſtudia defuncti.

AUtumno ingrediente, conductis in unum quotquot erant triremibus, & Romano milite impoſito, contra Martinum Chii Præfectum ſolvit. Inſulam abſque labore ac defatigatione recipit; ipſum Martinum captum, in vinculis Byzantium mittit. Hinc Phocæenſes Latinos claſſe adoriens, obſidum loco eorum filiis acceptis, vectigales facit. Hoc eodem Imperatore Nicomedia item Bithyniæ metropolis intolerabili fame vexata, Orchani ceſſit. Duxit præterea in Acarnanas, & Ætolos ſubjecitque ſibi Epirum, & Illyrios: nec non caſtella quædam a Bulgaris cepit. Per id tempus Conſtantinopoli naſcitur puer, ab imis pedibus umbilicum tenus continuus, inde diſcretus, humeris videlicet, pectore, ſpina dorſi, cum duobus capitibus, & quatuor manibus, atque intra dies paucos moritur. Tum quoque monachus quidam Calaber dictus Barlaamus, ex Italia Conſtantinopolim venit, qui in dogmatis Latinorum exercitatus, & ad ea defendenda diſertus admodum, & eloquens ſibi videbatur. Aſſerebat idem, lumen illud in monte Thabor creatum eſſe, noſtroſque ad diſputandum ſuper hoc axiomate provocabat. Negotium imperator Georgio Palamæ dedit, qui tunc Theſſalonicenſem Eccleſiam moderabatur. Cum diu inter ſe velitati eſſent, perſuaſibilia verba, & nugas Calabri Palamas velut aranearum telas diſcuſſit. Quod Joanni Chryſoloræ eadem ſentienti, dicendique ac diſputandi ſimiliter bene perito, perinde fecit. Andronicus ex Iraen. Alemana nullis auctus eſt liberis. Qua defuncta, aliam, cui parentes Annam dixera nomen, duxit, quæ illi filias duas enixa eſt (quarum majorem Myſorum Principi nuptum dedit: quibus nuptiis firma pax inter Myſos & Romanos convenit. Alteram poſtea Orchanes Ameras uxorem eſt ſortitus) mares duos, Joannem Imperatorem, & Manuelem. Diſceſſurus e vita, filium Joannem adhuc impuberem, & ſummæ reipub. adminiſtrandæ necdum idoneum intuens, Joannem Cantacuzenum Magnum Domeſticum ei curatorem ac tutorem, & eundem imperii rectorem deſignavit. Is homo auctoritate & opibus præpotens, ab Imperatore ſecundus erat, & regebat omnia, quoad Joannes filius adoleſceret: cui pater Cantacuzeni filiam jungi matrimonio mandavit. Fuit Andronicus eximia oris dignitate, & humaniſſimus,

Digitized by Google

A lætus, alienaque mala ſentiens. Turbam circum ſe non ferebat. Venationis cupidiſſimus: qua de cauſſa alebat canes amplius mille quadringentos: aves ſive accipitres ſupra mille: quos qui curarent, propemodum totidem numerabantur. Extinctus eſt anno ab exordio mundi 6849. nimirum ab ortu Chriſti 1341. Vixit annis quinque & quadraginta, imperavit viginti. (Sed enim ab anno mundi 6836. quo imperio deturbatus eſt avus, uſque ad 6849. & ab anno Chriſti 1328. uſque ad 1341. non niſi 14. anni, non autem 20. colliguntur, ut Protoveſtiarium in numeris erraſſe neceſſe ſit.)

CAPUT XIII.

Cantacuzenus ſibi, & filiis monarchiam conatur aſſerere, unde clades & calamitates. Orchanes reliquum Bithyniæ Romanis eripit. Nobilitas & vulgus in partes ſcinduntur. Ab Orchane Joannes adjutus, ſocerum in exilium pellit, quem tamen imperii rurſus attrahendi cura non deſerit.

B DEmortuo Andronico juniore Auguſto, Cantacuzenus univerſo jure, & imperii gubernatione ſuſcepta imperat, Imperatorque proclamatur, conjugemque, ut Dominam coronat, & Matthæo filio natu maximo calceos purpureos ferre dat. Minorem Manuelem, Spartæ Deſpotam ſeu Principem creat. Et quoniam imperium totum ſibi, & filiis proprium ac peculiare efficere ſtudebat, Joannem Imperatorem generum ſuum flocci pendebat. Qui jam ævi maturior, ut germanus hæres ſucceſſorque patris ſui, illud de manibus ſoceri recipere poſtulat. Recuſat ſocer, ſibique ac filiis pro hæreditaria poſſeſſione aſſerit. C Ex quo diſſidio bella civilia, & prælia multa, magna calamitas, pernicies, lamenta, fletus inter miſeros ſubjectos extiterunt. Et Orchanes cumulatam licentiam, commoditatemque reperiens, loca quæ Romanis etiamnum in Bithynia tributum pendebant, ſub ſe redegit: iterumque in Thraciam Cherroneſum trajiciens, oppida nonnulla & caſtella ad principatum ſuum adjunxit. Et ſane honorati quidam, ac nobiles, nec non de plebe Palæologum pro ſucceſſore, & hærede legitimo imperii agnoſcebant, eumque potentia ſua adjuvandum ſuſcipiebant, & ejus cauſſa laborabant. Inveniebantur e diverſo, qui irent in alia omnia, ac dictitarent, quæ Michael Joannis abavus in Joannem Laſcarim deſignaſſet, dum ei oculos cum imperio eripuiſſet, ea nunc abnepotem ejus ab aliis perpeti oportere: & qua D menſura majores ejus aliis menſi fuiſſent, cum imperium nefarie involaſſent, eadem illi nunc remetiendam eſſe. Palæologus conſilii inops, & rebus ſuis diffiſus, ad Orchanem Turcarum Ameram confugit, ejus arma ad paterna regna vindicanda implorat, ſororemque illi ſuam uxorem ſpondet. Orchanes ea petitione, & inprimis oblata affinitate gaviſus, in Thraciam tranſmittens, oppida quædam recipit, & fratri uxoris donat, ac veluti in manum dat, prout ille voluerat. Inde Joannes Byzantium adortus, Cantacuzenum ſocerum expellit, & majorum ſuorum regnum obtinet. Cantacuzenus ut exul in Serviam, ad generum ſuum, ejus regionis Principem ſe confert, ubi ab Orchane tutus quieſcit: ſemper tempus opportunum quærens, quo revocatus, imperium ſibi denuo uſurparet. Audito autem Orchanem obiiſſe, filiumque Amuratem ſceptra exce- E piſſe, ex Servia, & Bulgaria exercitum, adhuc in generum moturus congregat. Joannes re comperta, legatum ad ſocerum cum epiſtola mittit, cujus exemplum infra ſcriptum eſt.

CAPUT XIV.

A *Epiſtola Joannis Imp. qua Cantacuzenum a tyrannide quam occuparat, prudenter & graviter deterrere nititur, magnam illius iniquitatem & ſcelus ante oculos ponens.*

"SÆpenumero mecum ipſe volutans admiratus ſum, quomodo conſcientia, ſenſus communis, & ſenectus ipſa te non admonuerint, ut de morte tua cogitationem ſuſciperes, & judicium judicis illius perpenderes, qui perſonam non reſpicit: in quo omnes nudi & aperti ſiſtemur, ut unuſquiſque juxta actiones, & opera ſua mercedem adipiſcatur. Oportebat enim te, ut hominem cordatum, & rerum uſu tritum, & in ſcripturis ſanctis apprime verſatum, & ad omnia habilem atque idoneum (ut tu quidem gloriari ſoles) tanto intervallo cogno- B viſſe, ac perſpexiſſe, quid eſſet, quod a me peteres, & num juſtum, legitimum, canonicum, Romanorumque inſtitutis & moribus conſentaneum foret. Nec uſque hodie ſatiatus es tot offenſionibus, tot bellis civilibus, cædibus, ſanguinis effuſionibus, ſervitutibus civium, & Chriſtianorum fratrum noſtrorum tanta pernicie, tamque multis ærumnis, quæ ad imperio noſtro parentes permanarunt. Patere (per miſericordias Dei omnium clementiſſimi) Chriſtianos humiles, miſeros, & infelices a cladibus, & doloribus aliquantum reſpirare & quieſcere. In Aſia quidem, ut noſti, peſtis maxima, & bellua Othmanica gens omnes peſſundedit, perdidit, delevit. Qui tempeſtates illas calamitatum effugere potuerunt, quique hic remanſerunt, ſinamus, quæſo, ambos ſpiritum C ducere. Quod ſi ſanctus David de gentibus, quæ legem non habent, rogat, ut diſſipentur quæ bella volunt: quanto rigidius judicium nos manet, quos Chriſtus Deus noſter ex miſericordia inexplicabili, ſanguine ſuo mercatus eſt, & legem ac mandata nobis donavit, & pacem charitatemque mutuam præſcripſit, idque primum ac præcipuum ſignum dilectionis erga ſe habiturum diſcipulis affirmavit? Hoc nec te fugit, quod ignotum eſt nemini. Et pater meus Imp. te ex obſcuro ad tanti muneris amplitudinem evexit: mortique jam vicinus, uſque ad imperatorium nomen te honoravit. Recogita quam ſingulari animo, & amore erga te exarſerit: quomodo miſerum me & infelicem in manus tuas tradiderit: & generis conjunctionem imperans, ut ea in poſterum quoque inter D noſtram, veſtramque familiam intercederet, decreverit: & omne tum imperii, tum mei regendi arbitrium tibi uni commiſerit. Tu vero non ut verus omnium paſtor, ſed contra ut lupus, & fur, & latro te geſſiſti: nec ita te gerendi modum facis; & nihil prætermittis, quo me, ſi poſſis, hæredem atque ſucceſſorem, & quatuor Auguſtorum nepotem, imperio mulctes, & ex Imperatore privatum, te viciſſim ex privato Imperatorem efficias. Ego vero injuriam quam intuliſti mihi, & infera, teque omnium ſcandalorum auctorem inexpugnabili potentiæ committo. Quod rectum eſt coram domino, fiet."

CAPUT XV.

Cantacuzenus in bello ſtruendo perſeverat. Joannes Imp. ab Amurate auxilium petit, qui juxta pro- E *verbium (unumquemque ad ſuum quæſtum æquum eſt eſſe callidum) per ſpeciem allati ſubſidii in Thracia ſuas opes auget. Cantacuzenus res ſuas in deſperatis habens, monachum profitetur. Turcici dominatus in Europa initium. Fœdus cum Amurate. Quatuor filii Joannis: & Manuelis propter Theſſalonicam caſus: qui ab Amurate benevole liberaliterque cum promiſſis ingentibus tractatur.*

HIs literis ſibi redditis, Cantacuzenus nulla religione tactus, nec cor ejus emollitum eſt: ſed

ſed bellum adornare continenter inſiſtebat, Ameram ſuppetias laturum confiſas. Imperator autem Joannes, ut inſtructas ſoceri copias in ſe ira intellexit, cum ad reſiſtendum viribus neceſſariis deſtitueretur, ab Amurate miſſis legatis auxilium contendit. Amurates, ut erat homo verſipellis, & verbis occultare ſententiam ſciebat, legationem libens ac lætus audit, duodecimque millibus ad ſubſidium Joanni afferendum præmiſſis, ipſe deinde cum militari copia Abydo in Thraciam navigat: verbo, ut Imperatorem adjuvaret: re ipſa, ut, ſi faveret occaſio, quemadmodum fecit, in Europa urbibus & regionibus acquiſitis, ditionis ſuæ fines proferret. Cantacuzenus cum Serviis, ac Bulgaris in Palæologum tendens, cum Ameræ dolum animadverteret, fortunæque ſuæ diffideret, deſertis omnibus, monachum induit, ac pro Joanne Joaſaphi nomen aſcivit. Tenuit imperium, donec a genero exutus eſt, bellumque geſſit annos ſex, menſes ſeptem. Porro Amurates cum jam in Thracia exercitum tam frequentem, & ſub ſignis haberet, & opportunitas non deeſſet, rebus Romanis propter bella civilia ſummopere afflictis ac perturbatis, & ad vim arcendam minime validis, oculum adjecit. Tum primum Othmanidarum genus in Europa; atque adeo in Thracia dominationem invaſit, & præter Callipolim loca non pauca, urbeſque & caſtella tam Romanorum, tam aliorum Chriſtianorum dynaſtarum ſub jus ſuum ſubjecit: ſicuti paulo poſt in Imperatorum Turcicorum vita exponemus. Traduxerunt ſe & alias in Europam Turcæ, ut docuimus, in Cherroneſum Thraciæ videlicet: ſed conſiſtare non potuerunt: nec tot loca, oppida, caſtella, ac nunc, ſubjugarunt. Quippe ſæpius virtute bellica repulſi: ſæpe, cum ut latrones irruptionem feciſſent, rurſus aufugerunt. Poſthæc Amurates Adrianopolim quoque, & magnas partes Macedoniæ, Bulgariæ, Serviæ ſubegit. Tandem fœdus quoad viveret, cum Imperatore, intercedentibus utrinque ſacramentis, & ſponſione mutui auxilii fecit. Joanni filii fuerunt Andronicus Deſpota, Manuel (qui poſt patrem imperavit) Theodorus Porphyrogenitus, & Demetrius Deſpota. Horum natu maximum, ac ſucceſſorem, in urbe manere juſſit: Manuelem gubernare Theſſalonicam: Theodorum poſt obitum filii Cantacuzeni Spartam cum poteſtate miſit. Theſſalonicam Manuel ingreſſus, cum magiſtratibus, & primoribus civitatis pacem, amicitiamque firmavit: qui habita conſultatione, Turcis, cuſtodibus arcis interemptis, urbem illi dedere ſtatuerunt. Conſilium illud Ameram haud latuit. Quocirca ingentem militum manum Caralimbaſſa duce adverſus Theſſalonicam, & Manuelem mittit: cui mandat, caveat redire, ni ſubacta urbe Manuelem vinctum adducat. Re intellecta, Manuel contra tantum exercitum nihil ſe poſſe cernens, animum ad timorem ac deſperationem adducit: nec ſciens quo ſe vertat, fuga ſalutem petit, Byzantiumque ad patrem reverti decernit. Pater metu Ameræ ſe filium recipere non audere oſtendit, & potius graves minas intentat. Confidens igitur apud Lesbi dominos locum ſibi fore, eo tranſmittit. Illi ſimiliter Amuratem metuentes, palam eum videre, & cum eo colloqui detrectant: ne id ipſis fraudi ſit. Ergo etiam hac ſpe evaneſcente, & nuſquam perfugio ſe oſtentante, Pruſam ultro abeundi, Amuratis conveniendi, atque ab eo veniam poſcendi conſilium capit. In ejus itaque conſpectum admiſſus, quæ neſcius patraſſet, confitetur omnia. Hic impius ille, non ſtultus tamen, Manuelem ſe ita abjicientem, & ſponte ſupplicatum venientem aſpiciens, magna commiſeratione motus, hominem amplectitur, & oſculatur, ejuſque præſentia mirifice exultat. Dies aliquot in epulis, compotationibus, hilaritatibus, & longis collocutionibus ponunt. Beneficia item, & victum e regia quamdiu vellit, Ameras illi promittit. Abituro jam, Domine Manuel Zelebis (*id eſt, nobiliſſime, aut deſignate Imp.*) hoc tibi dictum tolle memor, inquit. Quia te tantopere ſummiſiſti, ut me adires, coram me, & Deo, qui abditiſſima mortalium perſpicit, peccata in me tua confiterere, perſuaſiſſimum habeto, te mihi non ſecus charum eſſe quam filium. Veruntamen cave, ne quid in poſterum hujuſcemodi: non levis quippe ſequitur offenſio, & me, patremque tuum amicos ac fratres eſſe noſti: nec fas inter nos diſcordias, & pugnas, ſed amicitiam potius, & charitatem vigere. Tu porro prudens, & moratus adoleſcens, quovis dicto, aut facto opus ſit ſciens, & natus ad omnia, regna in tuis, aliena ne concupiſcas. Quod ſi vel pecunia, vel alia quapiam re indigebis, ad gratificandum tibi me ſemper paratum fore polliceor. His cum alia multa adjeciſſet, magnificentiſſime donatum ab ſe dimiſit, deditque ad Imperatorem literas, quibus illum hortabatur, uti filium paterne ſuſciperet, amaret, & quæ per ignorantiam deliquiſſet, ignoſceret. Caralimbaſſa occupata Theſſalonica, & defectoribus in ſervitutem redactis, plurimam gloriæ apud Amuratem invenit, cum antea quoque plurimum apud eum polleret.

Georg. Phranz.

CAPUT XVI.

Defectio Satraparum Præfectorumve in Aſia ab Amurate. Ejus, & Joannis filius, Moſes nimirum, & Andronicus, adoleſcentes temerarii, & regnandi cupidi a parentibus puniuntur; ille capite, hic oculorum orbitate. Amuratæ in nobiles adoleſcentes, eorumque patres immanitas. Rogatus, Andronico e carcere dimiſſionem impetrat.

AMurates Adrianopolim transfretat, Hungaros bello domiturus. Accipiens autem quoſdam de Satrapis ſive Præfectis ſuis in Aſia deſciviſſe, miſſo apparatu illo, ſocio Joanne, ut amico & confœderato, ad eos compeſcendos cum exercitu trajicit. Aderat patri Manuel. In expeditionem abeuntes, filios relinquunt, Ameras, Moſan Zelebem, qui interim omnia Europæ loca vectigalia in officio contineret: Joannes Andronicum Deſpotam primogenitum, qui rem Romanam procuraret. Juvenes præcipites opportunitatem iſtam nacti, amicitiam arctiſſimam conjungunt: crebro in colloquium veniunt, & inter ſe ab illa hora alter alteri tanquam fratrem fore, & mutuum adjutorem in omnibus, dato viciſſim ſacramento recipiunt. Ita a patribus deficiunt; regiones & urbes obeunt: libidini ſuæ repugnantes, debitamque parentibus eorum fidem, & benevolentiam conſervantes diripiunt: indeque captivos in ſervitutem rapiunt. Hoc ubi ad Amuratem, & Joannem in Aſiam perlatum eſt, dolore & iracundia exarſerunt. Cæterum Ameras Imperatorem in ſuſpicionem vocans, ne forte ejus voluntate impulſuque iſta defectio contigerit, eidem iratus ſignificatum mittit, videret, quonam modo Andronicum filium puniret, & ſic fidem ſibi minime dubiam faceret, ſe hujus molitionis ignarum eſſe. Si aliter faxit, & ipſum, & domum ejus, & totum Romanum imperium experturum quid egiſſet. Imperator ſe facinoris nequaquam conſcium eſſe reſpondet; idque jurejurando teſtificatur. Si filium adipiſcatur, ſecluſa omni miſericordia pœnas exacturum. Rebus in Aſia compoſitis, & ad tranquillitatem revocatis, in Europam renavigant, ſtatimque indicto bello, inſtructum contra filios perduelles exercitum mittunt. Ameras milites illorum blanditiis, nummiſque corrumpit. Illi dominos inſidioſe deſerunt, atque ad oppidum Didymotichum præſidii cauſſa confugientes comprehendunt, patribus pro honorario offerunt. Ameras ſuum confeſtim decollari jubet. Imperator ictus metu Ameræ, ſuum volens nolens luminibus privatum, turribus juxta

Blachernas (quæ Adamanides dicantur) includit. A Alii præterea illuſtrium ac nobilium tam Chriſtianorum, quam Turcarum filii, duorum illorum coævi, & culpæ conſortes ſimiliter capti, Amuratæ ſunt traditi. Eorum patres præſentes, & collachrymantes, unuſquiſque filium manu ſua jugulare juſſi ſunt. Qui noluerunt, eos cum filiis colligatos in præterfluentem demerſit. Tam inhumanam crudelitatem Amurates alioqui in regenda republica ſemper, & per omnia laudatus perpetravit. Aliquanto poſt, nonnulli ſpectati & nobiles, tum Chriſtiani, tum Agareni, ſive Turcæ, Amuratem rogaverant, uti Andronicum Deſpotam e vinculis auctoritate ſua liberaret: quorum ille precibus locum reliquit.

CAPUT XVII.

Joannes Imp. a Turcis extrema per metuens, in Italiam ad petendum auxilium navigat. Nihil ibi, nec in Francia obtinet. Æs alienum ingens contrahit: id Manuelis filii opera, & ſollicitudine diſſolvitur: quem præterito Andronico, ut infideli, imperio donat. Andronici furor & querimonia.

Rerum ſtatus hic erat. Animadvertens autem Joannes, Romanum imperium omnimodie vileſcere, & in anguſtum redigi, ac triduo, quod ajunt, delatum iri, Turcicum contra ad ſummum creſcere & amplificari, comparatis aliquot triremibus in Italiam ad flagitandum illic a Principibus opem curſum inſtituit, ne Romanorum regia (Conſtantinopolis) victa & ſubacta ab hoſtibus, poſthac nulla eſſet. Interea dum reverteretur, B Andronico Deſpotæ filio rurſum urbis & imperii procurationem concredit. Ac primum Venetias, C urbem pulcherrimam appulſus, & totius ſenatus gratulatione exceptus eſt. De ſuppetiis tamen nec loqui, nec audire ſuſtinebant. Inde ad Carolum regem Francorum profectus, nihil obtinuit, quod principes factionibus & bellis inter ſe diſtracti eſſent: tantummodo grandem pecuniam inutiliter abſumpſit, & æs alienum grave ſuſcepit, quod immodicos in Italia ſumptus tolerare cogeretur. Venetias rediens, ſcribit, & per dromonem (*genus navigii eſt celerrimum; Latini celocem vocant*) ad filium Andronicum mittit, ut is quoquo modo pecuniam ſibi curet, qua & nomina expediat, & ad reditum utatur. Filius, cui imperium in deſideriis ſemper fuerat, cum id jam intra ungues haberet, quid pater vellet, nihili penſi habere, & ejus juſſa in aqua, ut quiſpiam dixerit, ſcripta exiſtimare. Hæc alter filius Manuel Theſſa- D lonicæ comperiens, ſtudio ac providentia ſingulari, non contemnenda auri argentique vi conquiſita, & ut poterat, triremibus adornatis, in Italiam ad patrem cucurrit, eoque venerabunde, cum oſculis manuum ac pedum ſalutato, creditoribus pecuniam quanta debebatur numeravit, acceptumque Conſtantinopolim revexit. Ob cauſſam hanc, & ſubjectionem iſtam Manuel ab eo, univerſoque procerum cœtu maximopere diligebatur: Andronicus e diverſo & ipſi patri, & omnibus ingratus atque inviſus erat. Qui abdicato, ſuffragante nobilitate Manuelem Imperatorem creat: in urbe manere jubet: cocco tincta calceamenta concedit, ſucceſſorque ab omnibus agnoſcitur. Deſpota Andronicus & cæcus ira invidiaque inſanire, & injuriam ſibi irrogatam vociferari, atque iſtam deſpicientiam ferre acer- E biſſime, contendereque & inſtare, Romanis legibus, moribus, inſtitutis ſibi ac filio ſuo, ut primogenitis, imperium deberi. Nihilominus pater Manuelem, & natu poſteriorem præferre, & ſucceſſorem deſignare maluit. Andronicus pertinaciter in ſententia perſtare, modumque ac viam commodam meditari, qua negotium impediret, & imperium ad ſe, filiumque ſuum Joannem revocaret.

CAPUT XVIII.

Andronicus ad Bajazetem cum filio opis cauſſa transfugit. Bajazetes diſcordiis conſanguineorum gaudet, copias attribuit. Joannes cum Manuele filio capitur: urbs occupatur. Conſilium ſceleratum Bajazetis, ad quem Joannes quoque & Manuel opem oratum veniunt: tributum & auxilium inter ſe pollicentur. Urbe recuperata, Manuel coronatur.

Poſtquam Ameras Amurates diem ultimum vidit, filius ejus Bajazetes Aliſurius regnum excepit. Andronicus itaque exoculatus ille, occaſione oblata, concupitis ſibi potiundum omnino cenſuit: conſultiſque ſuper ea re amicis quibuſdam, & conjugis ſuæ propinquis, & ſocero Marco, (qui adhuc partem Bulgariæ obtinebat) una cum filio Joanne ad Bajazetem ſupplex confugit, cujus potentia & viribus nixi, imperium, quod ad ſe tanquam hæredes & primogenitos, lege conſuetudineque Romanorum pertineret, recipere poſſent: quod pater, idemque avus, per ſummam injuriam ipſis ablatum, minori natu, Manueli nempe, tradere conſtituiſſet. Etiam auri & argenti centena pondo complura in annos ſingulos tributi nomine, & ex urbe immunitates quaſdam atque prærogativas promittunt. Ameras diſcordias & lites eorum cernens lætatur, (ut eſt vulgare proverbium, lupus turbinem videns, gaudio exilit, inquiens, opportunum hoc mihi tempus) & hilariter petitioni annuens, equitum ſena, peditum quaterna millia eis mutuatur. Tum improviſo, & noctu adventans Andronicus, extra urbem in palatio Peges (*id eſt fontis*) patrem cum Manuele fratre rapuit: comprehenſos in domum quandam compingit, diligentiſſimeque cuſtodiri mandat. Hunc in modum ipſe, & filius ejus Joannes urbe, parteque imperii ad annos duos, & menſes ſex potiuntur: quem quidem filium ſæpenumero Imperatorem declarare cogitabat: verum id propter parentem adhuc ſuperſtitem, non erat ut fieri poſſet: quamquam Ameras non raro ſtimulos illi ſubjiceret, uti ipſum, & Manuelem fratrem e medio tolleret, ſi imperium placatum & quietum ſibi optaret. Aſt ille parricidiis ſe contaminare perhorreſcebat. Quodam igitur die Augg. Bulgaris cuſtodibus deceptis, carcere elapſi, ipſi quoque ad Ameram Bajazetem navi deferuntur. Ibi ſenior Imp. cognationis, quæ avo ipſius Orchani cum domo ſua interceſſiſſet, & amicitiæ qua pater ejus ſecum devinctus fuiſſet, eum commonefacit, docetque, non eſſe cum juſtitia conjunctum, nec ulla lege permitti, parentes ſic tractari a liberis. Adhæc Manuel multo amplius tributum quam frater ſe illi penſurum promittebat. Deinde quotannis, verna tempeſtate ad auxilium quocunque vocaverit, cum peditum equitumque duodenis millibus paratum: nec non ejus amicis amicum, & inimicis inimicum fore: quod idem ab ipſo petebat. Horum fidem jurejurando ſtabiliunt. Hæc cum Ameras audiſſet, Legatum Conſtantinopolim mittit, qui judicia, voluntates, & conſilia tum optimatum, tum plebejorum exploret: & utrum e duobus fratribus Imperatorem præoptent. Legatus impenſe officio ſuo fungens, univerſorum ferme civium animos in Manuelem compluribus de cauſſis propenſiores intelligit. Ameras omnibus ſibi renuntiatis, protinus exercitum expedit, quocum Byzantium tendunt. Andronico Deſpota, & filio ejus quid agerent, quove pacto ſe tuerentur non invenientibus, Manuel & pater urbis, & imperii de integro compotes evadunt, nullaque interpoſita mora, juſſu patris filius in templo Apoſtolorum diademate imperatorio a Patriarcha redimitur. Regnavit Joannes poſt pulſum imperio ſocerum Cantacuzenum, donec ſceptrum Manueli dederet, eumque corona indui videret,

ad annum mundi * id eſt, anni * Deſpotæ Andronico Theſſalonicam pro domicilio duntaxat attribuit. Atque ita res Romana conquievit.

CAPUT XIX.

Theodorus Deſpota apud Bajazetem de vi accuſatur. Atroces minæ. Principes defectionem a Bajazete parturiunt, fœdus ineunt. Bulgariæ tractus occupatur. Sigiſmundi Imper. ad Ameram Legati. Ameræ factum callidum, adverſus quem ſollicitantur a Sigiſmundo principes. Noſtrorum ad Nicopolim contra Turcas adverſum prælium & clades. Byzantii obſidio.

CUm aliquando Bajazetes in Macedonia apud Serras metropolim verſaretur, etiam Imperator Manuel ſecundum pacta conventa, ejuſque frater Theodorus, & Conſtantinus Dragaſes, & Serviæ Deſpota Stephanus affuerunt. Eo Paulus Mammonas e Peloponneſo venit, cujus pater Monembaſiam jam pridem gubernandam acceperat: eandem & ipſe poſtea gubernationem Imperatoris juſſu inierat: ac propter diſtantiam loci arrepta occaſione, urbem mancipio vendicarat. Hic Bajazeti jam pridem notus, fratrem Imperatoris apud eum injuriarum accuſavit, quod Monembaſiam e manibus audacia tyrannica ſibi eripuiſſet, indeque cum contumelia, dedecore, & infamia expuliſſet. Ameras ſtomachum erumpens, Imperatorem ſic affatur. An non ſatis eſt vobis pacem habere? etiam ſubjectos meos vexare non veremini. Per Deum juro tibi, me in talia audentes exempla editurum. Alia inſuper dictu aſpera protulit adverſus Manuelem, & Principes Chriſtianos, quos affuiſſe diximus, quæ illis triſtitiam crearunt in medullis. Ex eo occaſionem bonam, & cauſſam probabilem quærunt, qua promiſſa, pacta & ſubjectionem erga Ameram reſcindunt: etiamque inter ſe voluntatum animorumque conſenſionem, & irruptam concordiam uſque ad mortem paciſcuntur. Quo autem firmior eſſet ſocietas, & vinculum indiſſolubilius, ſtatuunt, ut Manuel Conſtantini Dragaſis filiam ducat. Bajazetes Bulgariam invadit, partemque non minimam ſibi ſubdit. Sigiſmundus Germaniæ rex, ubi ſuper ea re nuntium accepit, legationem mittit, cujus ſumma hæc fuit. Non videri ex juſtitia, cum ſint amici, ipſum Bulgariæ manum injicere: jus provinciæ illius ad regni ſui jura pertinere. Bajazetes Legato reſponſum non reddidit: ſed manu apprehenſum in domum amplam, omni genere armorum bellicorum, bene diſpoſitorum præparatorumque refertam deduxit. Tum ſic virum compellavit. Renuntia domino & regi tuo, jus meum, & adminiſtrationem quam habeo in Bulgaria, hæc arma & hunc apparatum eſſe, quem vidiſti. Sigiſmundus hæc a Legato audiens, & ex iis arrogantes Ameræ ſpiritus facile conjiciens, præcipuo quodam dolore angitur, ac ſine cunctatione exercitum a conducticiis non contemnendum conſcribit: ſuos item armat: multos præterea Principes ſuo ipſorum ſumptu ſecum militatum invitat. Gradiuntur nobilia exercitus maxima cum lætitia, generoſi animi, & virilitatis plena: omnia Turcarum caſtella præſidiaria capit, ſubjicit, diripit, evertit: veluti cum flamma in ſegetem, aut aridam ſilvam furentibus Auſtris incidit: idque donec Nicopolim perventum eſt. Sigiſmundus nihilominus aliunde Bajazetem bello laceſſere cupiens, occulte Legatum ad Manuelem, & ad alios Principes, de quibus ſupra mentio habita, mittit, uti ſe ſe ad hoſtem fidei Chriſtianæ funditus, ſi poſſit, extinguendum inſtruant atque comparent. Illi tempus aptum, ut terra ſitiens aquas e cœlo, exſpectantes, Legatum lætabundi excipiunt, bello neceſſaria clandeſtine provident. Bajazetes infeſto Sigiſmundi adventu comperto cruciatur animi, nec metu caret. Copias ſuas celeriter con- A trahere, & armare inſtat: hoſtibus obviam procedit. Exercitibus jam propinquis, Germani, & Galli pugnam primi cient. Verum ex illorum imprudentia & levitate, Chriſtiana res labefactata eſt, & exercitus univerſus diſſipatus periit. Fugiebant ſine reſpectu: multos Turcæ in fuga perimebant, multos capiebant. Nec obſcuri ſolum & gregarii milites, ſed etiam illuſtres, honorati, & nobiles amiſſa libertate adducebantur magno numero, in quibus Dux Burgundiæ, Comes Aberſiæ, & Magnus Archiatriclinus Regis Franciæ. Vix etiam, & ſumma ope rex ipſe Sigiſmundus cum Magiſtro ordinis Rhodienſium (qui crucem pro inſigni geſtant) navigiolo invento, & Iſtro trajecto ſalutem expediverunt. Ameras omnibus impedimentis & ſarcinis acquiſitis, tamque admirabilem victoriam præter opinionem conſecutus, gloria & lætitia redundavit. At enim B videns Manuelem, cæteroſque Principes, de quibus ſupra, conventis non ſtetiſſe, ut ſe ſequerentur, & doctus de omnibus, quæ adverſus ſe deliberaſſent, bellum grave indixit, & anno mundi 6900. CHRISTI 1402. urbi terra marique obſidione admota, omnimodis eam longo tempore oppugnavit. Cum eo cum exercitu pergeret, terram Byzantinam, ſingulaſque regiones graviſſima vaſtitate afflixit: ſuburbanaque omnia diripuit. Et quoniam urbis oppugnatio parum procedebat, reverſus eſt domum, ſingulisque annis miſit exercitus obſidionemque illam toto decennio continuavit.

CAPUT XX.

C *Joannes Andronici filius apud Ameram ut proditor delatus, Conſtantinopolim ad patruum fugit. Patruus Italiam, & Franciam ad conquirenda auxilia fruſtra petit. Mediolanenſium Ducis humanitas in illum, & liberalitas. Bajazetes Peloponneſum invadit. Theodorus Deſpota Spartæ ditionem Rhodienſibus ex deſperatione vendit. Spartanorum in Procuratores Rhodiorum debacchatio. Epiſcopum pro Principe deligunt, per quem Theodorus reſtituitur.*

EA tempeſtate Joannes Andronici Deſpotæ filius, & Manuelis ex fratre nepos, de quo ſæpe verba fecimus, jam pridem apud Ameram aſſiduus, ab eodem victum habebat: eum quocunque iret comitabatur: ab ejus latere non diſcedebat: eratque illi in familiariſſimis, & inti- D mis. Qui ut cognovit quid accidiſſet, & quæ de ſe jactarentur, nimirum apud Bajazetem inſimulatum, quaſi ſecus illi vellet, & inſidias machinaretur: alioqui urbem, & Imperatorem, eundemque patruum ipſius in ejus auctoritate futuros fuiſſe: propter impotentem & inexorabilem viri animum vitæ ſuæ timens, noctu ad patruum Imperatoremque profugit: a quo benigne, & provide, ut munus aliquod pretioſum, cum oſculo etiam acceptus; & pro perſona curari diligenter juſſus eſt. Tempore procedente cupido Imperatorem cepit in Italiam proficiſcendi, & auxilii implorandi, quod a Principibus illis deſperabat, qui in cauſſa fuiſſent, cur Ameras urbem obſediſſet & obſideret: nempe ob miſſum ab ipſis Legatum, ut docuimus, per quem ad Ameræ ſemper adverſandum, & ad mutuam opem atque defenſionem conſpiraverant. Abiturus, Joannem E ex fratre nepotem ad urbem interea regendam, & impetum hoſtium propulſandum relinquit. Ipſe cum Deſpœna conjuge in Peloponneſum ſolvens, Spartæ eam apud fratrem Theodorum deponit, & in Italiam porro navigationem ſubit: ac primum Venetiis exſcendit, poſt ad Ducem Mediolanenſium pergit: a quo honorificentiſſime, ſplendidiſſimeque habitus, & muneribus cultus eſt. Ingens præterea equitum peditumque comitatus ei ad Franciæ regem adjunctus. Spopondit inſuper

Dux, ſi cæteri quoque in eandem voluntatem incumberent, ſemetipſum illi, & imperio Romano ſubſidio ſponte venturum, ac diſcrimen depulſurum. Ad regem Franciæ cum veniſſet, morbo graviſſimo confliċtantem, & mentis impotem offendit; cujus conſiliarii reſponſum ſoli dare ſe poſſe negabant. Iin rebus infectis Conſtantinopolim repetivit. Anno igitur ab ortu Chriſti * Septembris die 13 Ameras Bajazetes Jacupem Baſſam, & Brenezem Peloponneſo occupandæ cum exercitu quinquaginta millium miſit: qui & in ipſo itinere, & in inſula multis incommodis, calamitatibus, ac ſervitutibus Chriſtianos maċtarunt, ut paulo infra in vita Bajazetæ oſtendemus. Theodorus Deſpota rem Romanam tantis fluċtibus agitatam, & urbem imperatoriam tamdiu obſeſſam, tamque dira fame oppreſſam, periculoſum inſuper in Peloponneſo bellum, & Chriſtianorum Principum ſuccurrere velle neminem cernens, omni ſpe abjeċta, una triremi Rhodum navigans, Spartæ principatum ſocietati Joannis Baptiſtæ & Prophetæ vendidit. Ea ſocietas quoſdam Crucigerorum (cruces enim gerebant) eo ad poſſeſſionem adeundam tranſmittit. Quibus incolæ conſpeċtis, & auditis quæ aċta eſſent, horrente iracundia cum ſudibus, & ſaxis ad eos occidendos procurrunt. Aſt Epiſcopus illius loci interveniens, & vulgus de hujuſmodi ſeditione compeſcenda alloquens, efficit, ut diċtis obtemperaſent. Triduum itaque Crucigeris præfiniunt, quibus Spartæ finibus cum pace excederent. Quod niſi exceſſiſſent, malum habituros. Illi, quod apparebat rem non iturum, & tumultum potius excitari atque animos exacerbari, & vitam ſuam in diſcrimen adduci, domum remigrant. Spartiatæ Principis nomine Epiſcopum ſibi præeſſe, & ab eo utramque rempub. civilem, & eccleſiaſticam regi cupiunt. Theodorus ſpe deluſus, pretium ſocietati reddit, quem Spartam in principatum redire ſtudentem, populus verborum contumeliis opertum excluſit. Poſt multos tandem ſermones, & ſeſragationes, Epiſcopo adnitente eum recipiunt, & priſtinum obtinere gradum patiuntur: cum eo, ut jurejurando promitteret, in ſempiternum tempus hujus rei amplius faciendæ in mentem ſibi non venturum.

CAPUT XXI.

Theſſalonicam vendit Venetis Andronicus. Obſidio Byzantii ſolvitur, propter expeditionem Temiris adverſus Bajazetem, & quæ cauſſa hujus. Pax inter Bajazetem & Manuelem. Quo tempore natus ſit hic ſcriptor, unde & quouſque hiſtoriam perduċturus ſit. In iis quæ ante ſe natum, aut ſe adhuc parvulo contigerint, quorum fidem ſequatur.

EOdem tempore & anno, propter eandem cauſſam, quam paulo ante expoſuimus, etiam Deſpota Andronicus Theſſalonicam Venetorum ſenatui quinquagenis aureorum millibus venundedit. Conſtantinopolis porro obſidium hac occaſione ſolutum eſt. Audiens Ameras Temirem (*Tamberlanem alii vocant*). Scytharum & Maſſagetarum regem innumerabiles contra ſe copias ductare, volens nolens ab obſidione diſcedit: pacem cum Imperatore & fœdus ſancit, & in Aſiam tranſnavigat, uti exercitum paret, quem Temiri opponat. Cauſſa, cur Temires Bajazetem armis perſequeretur hæc fuit: Aſianorum Turcarum ducea, ſive Satrapæ, quos ille ſuis ditionibus expulerat, accedentes ad Temirem, precibus eum fatigabant, uti eos ſuis ſedibus reſtitueret. Quoque magis illum moverent, religionem communem, & generis propinquitatem prætendebant: addentes, ſe ipſum ſuæ regionis & patrem & patronum elegiſſe. His adjiciebant, ut cogitaret, ſe propterea Aſiæ regem eſſe, ne nullo modo ſineret ſui generis homines, cum nullas facerent injurias, a quoquam injuriis, & contumeliis affici. Arbitrio autem ejus omnia permittebant, pœnas daturi quaſcunque juſſiſſet, ſi contra fœdera quippiam in Bajazetem commiſiſſe deprehenderentur. Temires Bajazeti non indignabatur, quod haċtenus contra hoſtes Mahometanæ religionis fortiter pugnaſſet, imò cenſebat ei plurimas gratias habendas. Ubi autem a plurimis ad ſe venientibus cognovit, eum neutiquam æquitatis eſſe ſtudioſum, nec contentum Aſiæ regno fore: verum, eum eſſet vehementioris ingenii, ut facile turbini aſſimilaretur, expeditionem contra Syriam, & Ægyptum, & contra Memphiticum regem eum moliri, Legatos miſit, per quos eum aliquo modo ducibus reconciliaret. Miſit etiam per manus Legatorum veſtem, ut moris eſt regum Aſiæ, munus Bajazeti. Irritatus deinde ſuperbo reſponſo Temires, arma in illum ſuſcepit. Cæterum Manuele hoc imperante, dum urbs obſidetur, ego in lucem editus ſum, anno poſt homines natos 6909. (Domini 1401.) die Auguſti triceſimo. Per ſacrum baptiſma regeneratus ſum, ſuſcipiente me ſanċtiſſima matre Thomaide, de qua quam veriſſime poterimus, opportuno loco referemus. A decimo autem anno poſt nongenteſimum, uſque ad oċtogeſimum ſextum, quæ ex multis præcipua evenerunt, & memoria digna videbuntur, perſcribam. Cæterum quæ propter immaturam adhuc ætatem meam probe & explorate per omnia mihi cognita non ſunt, quæque ante me natum contigerunt, partim a fide dignis & eruditis auċtoribus ſumpſimus: partim a proceribus aulæ imperatoriæ, & conſiliariis, & ſapientibus ac prudentibus, & ſenibus audivimus, quæ ſilentio prætereunda non putavimus.

CAPUT XXII.

Capitur a Tamberlane Bajazetes cum uxore, filio, nobilibus. Tamberlanes quis fuerit: quales item Scythæ. Hiſtoria de Cyro a Tomyri regina obtruncato. Maſſagetæ quales, & eorum arma, tranſitus ad narratiunculas de Imperatorum Oſmanidarum propagatione, & rebus geſtis.

VIceſimo oċtavo Julii, Temires Maſſagetarum, Perſarum, & Aquilonarium Scytharum rex, Ameram Bajazetem cum uxore, & filio Moſe, aliiſque aulæ optimatibus non paucia cepit, totumque exercitum illius diſſipavit. Hic qualis fuerit, & ubi regnarit, qualiſque gens iſta Maſſagetarum & Scytharum, Turcarumve, trans fluvium Araxem ad orientem incolentium, dicamus. Gens eſt arcui dedititiſſima, & inhoſpitaliſſima, late ſe porrigens, frequens, & ſtrenua, apud quam Cyrus ille magnus Rex olim, Tomyride regina, cæſus eſt. Quæ poſtquam caput ei amputavit, id in utrem conjecit, eoque conculcato dixit: inſatiabilis Cyre, ſatiare. Maſſagetæ ſunt longe barbariſſimi, in equis expeditiſſimi, prædatores maximi. In bello & pugna armis utuntur hujuſmodi, machæria, loricis, arcubus, ſecuribus, & clavis æreis. Indumenta & cingula ſunt aurea, acie congrediuntur coronati. Equorum item fræna, antilenæ, ſcuticæ, omnia ex auro. Univerſa eorum vita rigida, ſtolida, ferox, & militaris ſemper. Maſſagetarum, & Temiris ipſorum regis vivendi modus inſtitutumque ſic ſe habet. Verum his omiſſis, ad Bajazetem, & majores ipſius curſum reflectamus, diſſeramuſque breviter, unde deſcendant, quidque, & quam fortiter geſſerint. Hic Ameras Bajazetes quintus fuit ex Oſmanica familia Imperator. Primus ſiquidem Ertucules, filius Solelmanis Scachi ponitur. Ertuculis Oſman, Oſmanis Orchan, Orchanis Amurates, Amuratis Bajazetes, &c. De quibus multi aliter ſcripſerunt, atque inter ſe diſſenſerunt: ſed ut quiſque norat, & audierat. Ita & nobis placuit, quæ a viris prudentibus de illorum genealogia, & ſucceſſione

ſæpe audivimus, & legendo didicimus, ſcribendo complecti.

DIGRESSIO,

De origine, ſucceſſione, rebus geſtis Oſmanidarum Imperatorum.

CAPUT XXIII.

Comneni Auguſti ex fratre filius quare ad barbaros transfugerit. Filiam Ameræ bene dotatam uxorem ducit. Laudatur a multis rebus: omnibus chariſſimus, ut alter Mahometus. Filium græcis & arabicis diſciplinis imbuit. Ejus ſimiliter apud omnes auctoritas, & gratia. Novellas in Arabicum transfert. Chriſtianis favet. Ertuculem Oſmanis patrem generat. B

JOannes Comnenus Imp. quodam tempore in oriente fuit, in præfectura Neocæſareæ urbis adverſum Perſas, & Sultanum Iconii bellum adminiſtrans. Complura da Perſis caſtella cepit, Iſaacii Sebaſtocratoris fratris ſui filium ſecum habens. Cum exercitus in locis illis diu hæreret, & equos pabulum deficeret (utpota regione arida, montoſa, & cœlo frigido, vehementerque aſpera, & inſuper hyeme appetente) macie ſuprama conficiebantur. Imperator equis adeo ſtrigoſis metuens, exercitum obit, generoſos colligit, eoſque Romanis & Italis præbet, quos egregia verſare haſtas, & in hoſtem pugnare poſſe ſciebat. Hæc cum ille machinatus eſſet, & jam pugna conſerenda, equitem Italum inſignem aſtare peditem cernens, Joannem nepotem de Arabico equo cui inſidebat, deſcendere, & Italo dare juſſit. Joannes alati, & ſupra modum ferocis animi, Imperatoris & patrui mandatis pugnat, impudentiuique contradicit. Verum quoniam id diu non potuit, exaſperato illo vel invitus equum Italo cedit, & alium aſcendit, mœſtuſque nimium, & cor ira cumulatus, ad Turcas aperte transfugit. Quem quidem libenter, & amanter Ameras, barbarique ſuſcipiunt, & Chriſti fide ejurata, pro Joanne Zelebem (*quod lingua Turcica nobili loco natum ſonat*) nominat. Præterea ipſius Ameræ filia Camero, cum dote locorum, regionum, atque urbium, & grandi pecunia conjugio ei ſociatur. Nec arat juvenis ille græcæ eruditionis expers, & lingua Arabica diſertiſſimus, necnon munificentiſſimus, & laatiſſimus: quod cum omnibus, tum præſertim barbaris gratum accidere ſolet. Exhibebat ſe item ſubditis facilem: quod ſane in ducibus valet plurimum, & in ao ſpes trophæorum ſita eſt. Hinc etiam quod conantur non difficile conſequuntur. Sua faciebat, & dicebat eſſe communia. Omnium neceſſitatibus ſuccurrebat, omnes adjuvabat, in omnes ufficia conferebat, & emergentes controverſias componebat, pacemque concillabat: nec quiſquam ejus vel verbis, vel nutui adverſabatur. A ſocero autem, cæteriſque univerſis tantopere amabatur, ut & illo plane ex voluntate uteretur: & hi ut alterum Mahometum celebrarent. Suſcepit porro ex Camero filium, nomine Solimanum Scachum, quem græcis arabicisque doctrinis inſtitutum, ſibi patri ſimillimum reddidit: quemque barbari colebant, & inprimis reverebantur. Quocunque demum veniret, ubicunque habitaret, pro domino agnoſcebatur, & ſama ejus totam Aſiam pervagabatur. Idem plurimas Imperatorum Novellas in arabicam linguam convertens, ut eas Turcæ complecterentur obtinuit. Adeptus autem occaſionem propter ſeditiones ac tumultus, quos adverſus Romanum imperium Itali concitabant, quidquid ſuo principatui vicinum Romanis parebat, ſub poteſtatem ſuam ſubjecit, nec ullum unquam Chriſtianum lædere

A voluit: quin potius, qui ſuæ ditionis erant, multis prærogativis, & beneficiis, ac donis proſequebatur, & magis imperii ſui terminos dilatabat. Hic Ertuculem Othmanis patrem genuit. Alii ſcriptores in alia opinione fuerunt, Zelebem Ertuculis avum, non Joannis Comneni Imp. ex fratre filium, ſed illi tantum cognomiuem fuiſſe.

Alia narratio ſuper origine.

CAPUT XXIV.

Sultanus Azatines occulte Chriſtianus manet. Ab Imp. Byzantium veniens auxilium rogat: domum reverſus moritur. Filii contra Scythas, & Turcas in Aſia expeditio. Amurius Satrapa rebellis. Diſtractio Imperii Turcici. Ertuculis genus.

SUltanus Azatines (*forte Aladines*) Chriſtianis parentibus ortus, & baptiſmo initiatus eſt. Fortuna autem ita ferente (ut multa fert) Ipſe quoque Sultanus & Ameras, & Turcarum Princeps evaſit, Chriſtianæque pietatis præcipua myſteria occulte coluit, & Conſtantinopolim veniens, auxilium ab Imperatora contra Scythas, & Turcas, quibuſcum illi bellum erat, petivit: ubi & ſacras imagines verebatur, & omnes cærimonias Chriſtianas ſine diſſimulusiona obibat. Iſto tranſito in principatum ſuum reverſus, Melec filio prælenta commune debitum naC turæ perſolvit. Melec igitur in Aſiam trajiciens, a Scythis, & Turcis paternam principatum requirit. Aliis Satrapis omnibus ut dominum ac Principem, & Ameram eum adorantibus, quidam Amurius nomine detrectat, conquiſitaque prædonum manu in eum ſe infert, fugatum uſque ad mare perſequitur. Heracleam Ponti ſalvus devenit. Vera ſe aperiante cum copiis ad Turcas reverſus, paternum principatum redacquiſivit. Nec multo poſt etiam iſte lucis uſuram reliquit, a quibuſdam de conſiliariis, & proceribus aulicis clandeſtine interfectus. Turcarum imperio hunc in modum rectore orbato, & rebus ex ordine, fortunaque ſplendida in confuſionem maximam commutatis, non modo Satrapæ, & quotquot genere, ac celebritate præſtabant, in partes plurimas imperium ſortito ſiD bi diviſerunt: ſed multi nihilominus obſcuri, & ſine nomine, perditorum hominum adjuncta colluvie, vitam in latrocinlis exigere, finitimaſque Romanorum regiones & urbes populationibus divexare ſunt aggreſſi. Ex horum Præfectis unus (ut traditum eſt litteris, & fama conſentit) genera non ita illuſtris erat: ſed a virtutibus & factis eximie celebratus. Valebat enim prudentia & dexteritate, & cum in dicendo, tum in agendo pollebat egregie. Ejus ductum multitudo ſequens e provincia exierat, quæ *dicebatur. Ac, propter intelligentiam, virtutem & juſtitiam non a ſuis ſolum, verumetiam a Turcarum univerſitate impenſius diligebatur: ſubdebantque ſe, & obtemperabant illi reverenter. Hic genuit * qui patri ſuccedens, eum exprimebat omnimodis, & tota Aſia per ora viE rum volitabat, ac multi præterea ſub ejus imperium ultro volenteſque concedebant, eumque benevolentia ſumma comprehendebant, & honore boneſtabant. Principatum ſuum probe adminiſtrabat, & quibus poterat rationibus amplificabat in dies. Sed iſta in medio relinquamus, de quibus diſcendi cupidi, & lectores iudicent: eſt enim propter diverſas hiſtoricorum ſententias ambigua & incerta narratio. Ad Ertuculem redeamus.

Digitized by Google

DE ERTUCULE.

CAPUT XXV.

Ertuculis ſollertia, magnanimitas, bellica virtus, præclarum de poſterorum ſuorum opulentia, & majeſtate ſomnium. Quos locos deprædatus ſit. Qua exiſtimatione apud ſuos floruerit.

ERtucules fuit homo impiger ad omnia, & magnanimus, patre avoque ſuperior, brevi tempore armis excelluit, ac loca nonnulla, & regiones Romanis primo adventu eripuit. Quin propter temporum perturbationem etiam ſatrapia ſuæ gentis caſtella non pauca extorſit, eratque terrori omnibus. Ajunt hujuſcemodi viſum ei oblatum eſſe. Ambulanti forte, maximis ſolis fervoribus, placuit, ut feſſus de via, paulum quieſcere, recubanſque ſub umbra arboris obdormivit. Tum ei non ſine magno dolore viſa eſt de ventre urina profluere ſanguinea, & qua in terram fluxit, repente arbor ſane quam ſpecioſa exſurgere, ramis velut aureis, teneriſque & delicatis prædita, & radice ſolida. Modico intervallo rami iſti adeo in longum ſe propagarunt, ut orbem terrarum ambire viderentur: ſub quorum frondibus omne genus volucrum innumerabilium ſedebat. In harum medio aliquot aquilæ, parvæ & magnæ viſebantur: procul autem, & e regione aliæ quædam aquilæ conſidebant, arboris pulchritudinem contemplantes, quæque illam occuparant volucres, & aquilas quodammodo incuſantes, ac deridentes. A radice flatus vehementiſſimus, & fulgura, & tonitrua, & tempeſtas turbulenta exiſtebat. Aquilæ remotæ, cum procellam ſpiritus, & magnitudinem tempeſtatis ſuſtinere non valerent, volentes nolenteſque ſub frondes admirandæ & belliſſime umbroſæ arboris ipſæ quoque ſe receperunt. Quarum quibuſdam ungues e frigore præmortui ſunt: quibuſdam alarum pennæ deciderunt, ut volatum inire nequirent: quædam omnino perierunt. Expergefactus Ertucules, & perculſus animo, de loco abit: viſum eadem conjectori, aſtrologiæ doctiſſimo enarrat. Is ea planetarum, & ſigniferi orbis, ſtellarumque motibus quid hæc portenderent cognoſcens, ſic infit. Bone vir, qui abs te genus ducent, reges magni in ſpatio brevi numerabuntur, & eorum regnum mire toto mundo propagabitur, alioſque reges ac principes domabunt, in provinciis ipſorum profligabunt, & occident, nationeſque multas tributum ferre cogent, & ſub jugum eas mittent: quos reverebuntur, & timebunt quantum eſt gentium, omne genus hominum, omnia tribus, omnis lingua. His dictis Ertucules nova perfuſus eſt lætitia, & quod agebat, in eo adhibebat ſtudium alacrius, magnaque cum fiducia, & ferocia certamina inibat. Diebus aliquot exactis, navibus prædatoriis, biremibus & uniremibus quæſitis, celeriterque rebus omnibus comparatis, & ſtrenuorum militum numero impoſito, complures de Cycladibus inſulis in Ægæo pelago jacentibus depopulatur, & de indigenis ſervos facit. Trajiciens item in Thraciam, in præfectura Æni, & Peritheorii non paucos Chriſtianos captivos abripit. Deinde uſque ad Euripum & Græciam curſu directo, locis nonnullis damna dat. Ad extremum etiam e Peloponneſo ampla direptus præda, converſa navigatione in Aſiam, cum captivorum multitudine & divitiis redit: acceptuſque eſt a reliquis Satrapis, & vulgo amanter, & acclamatum illi a barbaris. Ex eo præ omnibus Satrapis in ſumma veneratione, & admiratione fuit, & prælatus univerſis: quia navigare, & in mari verſari noſſet, quod per ea tempora gens Turcica navigationis inſolens atque imperita eſſet. Hic Othmanem, ſive Oſmanem procreavit, a quo tota Imperatorum pro-

A pago, atque adeo gens ipſa Othmanidæ, ſeu Oſmanidæ poſtea nuncupati.

DE OSMANE.

CAPUT XXVI.

Oſmanes provinciarum diviſionem inducit. Quæ cui Satrapæ obtigerit. Ejus in alienis invadendis cupiditas, & avaritia.

ERtucule rebus humanis exempto, Othmanes, ut diximus, paternum regnum occipit, anno mundi 6063. Chriſti 1265. Hic aliquandiu cum cæteris Satrapis concordiam amicitiamque ſervavit; bella aliquoties Romanis intulit, quibus ipſe interfuit, ac præfuit. Deinde cum ei conſenſus iſte atque communio, parique
B jure omnes contineri, & neminem differre ab alio diſpliciſſet, parvo momento hujus concordiæ diſturbandæ cauſſam invenit: diſſidioque introducto, ſe diviſuros pepigerunt, quæcunque de Romano imperio abſtraxiſſent, ut quilibet quod ſortitus eſſet, ejus dominus ac princeps agnoſceretur. Ac primum quidem filii Amurii Chaſan & Mahomet, quidquid a Sangari fluvio uſque Paphlagoniam terrarum eſt, acceperunt. Magneſiam, Prienen, Epheſum cum locis adjacentibus Saſan accepit. Quæ inde uſque Smyrnam, & maritima Joniæ pertinent, Sarchanes. Majorem partem Phrygiæ majoris, & inſuper uſque Philadelphiam, & proxima omnia a Mæandro flu-
C vio uſque Antiochiam Taramanus Aliſurius. A Lydia, & Æolide uſque ad Myſiam ad Helleſpontum, omnia Calaſes cum Careſe filio. Finitima Olympi, & Bithyniam Othmanes. Hunc in modum regiones armis ab ſe partas diſpertierunt, & his finibus cujuſque ditionem circumſcripſerunt. Cæterum Oſmanes amplioris imperii deſiderio accenſus, & alieni avidus, non quieſcebat, ſed terminos tranſiliens, aliis locos multos per injuriam eripiebat, eoſque vexabat vehementer, dum partem ſuam & principatum extendere omni ratione niteretur. Deinde Romanos armis adoriens, quæ reſtabat pars Bithyniæ, eam quoque ipſis abſtulit. Bellum inſuper cum Principe Sebaſtiæ, urbis clariſſimæ, geſſit; quo capto & interfecto, eam, & provinciam, & totam illius toparchiam ſibi aſcripſit. Talibus
D ioktis ejus regnum ſtabilitum & illuſtratum eſt. Poſtmodum rurſus ad aliorum Satraparum, ſodaliumque ſuorum provincias converſus, quidquid inde potuit, locos quoſdam & caſtella & cum conditione, & ſine conditione, ut prædo & tyrannus pro ſuo uſurpavit. Expletis demum in regno annis duodetriginta, morte conſopitus eſt, hærede filio Orchane, anno mundi 6801. indictione undecima, nempe anno Domini 1293.

DE ORCHANE.

CAPUT XXVII.

*Orchanes in regno prolatando patrem ſequitur. Quæ aliis ademerit. Sororem Joannis Imp. ducit, cui ad imperium recuperandum armis opi-
E tulatur.*

ORchanes patrem in regno excepit, cujus per omnia imitator, modum & occaſiones quæritabat, quibus patrimonium & regnum ſuum quam latiſſime porrigeret: nec illum dies, aut noctes cura vacuum viderunt, perpetuo bella & pugnas parturientem. Laceſſivit homophylos, quos ſæpe vicit, totamque Myſiam bellica vi acquiſivit, prætereaque Lycaoniam, Phrygiam, Cariam, & uſque ad mare, & fluvium Eurymedontem, & reliquum Bithyniæ (Nicomediam puta Nicæamque) & non pauca oppidula atque urbes, celebratiſſimamque & pulcherrimam Pru-

ſam, ad redices Olympi montis ſitam, quæ adhuc Romanis ſuberant, ſuis provinciis addidit. In oppugnatione Pruſæ, valnetatus eſt pedem dexterum. Copiis item in Cherroneſam Thraciæ tranſductis, aliquot oppidula ſubjugavit, quæ poſtee Joanni Imperatori, ſorore ajus in matrimonium ducta, propter affinitatem altro reſtituit, ut alibi diximus, auxiliſque ſuis adjutum, imperio paterno teddidit. Vitem amiſit, cum regnaſſet ennum ſeptimum & quinquageſimum, menſes novem, dies dundecim; aut, at alii volant, ennos ſexaginta. Surrogatus eſt filius ejus Amurates.

DE AMURATE PRIMO.

CAPUT XXVIII.

Mores Amuratis. Quæ occuparit. Fœdus cum Joanne Imp. Filium Meſen capite punit. Ejus victoriæ plurimæ. Mors en inſidiis. Humanitas & liberalitas in Principes Chriſtianos.

POſt obitum Orchanis Amurates ad faſtigium regni extollitur, anno mundi 6858. indictione duodecima. Quoqun verſum rectum ejus ingenium, animo virilis, cerebroſus, verſutus, & in bellis dexter ſupra omnes majores ſuos. Multa præclara, & nullo obliteranda ſæculo ad incremeotum regni ſui perpetravit. Hic, ut ſupra docelmus, peimus in Europam trajecit, & Calliopolim, nec minimam inſuper Threciæ, & Macedoniæ partem Romanis ademit. Tandem fœdas, & amicitiam cum Joanne Imperatore ſanxit. Quoſdam Satrapas in Aſia a fide deſciſcentes, eo cum eodem concorditer profectus, ad officium adegit. Cum Amurii nepotibus certamine congreſſus, totam Paphlagoniam, uſque ad flumen Sagarim iis victis fugatiſque occupavit. In Europam renavigaturus, ut filium ſuum Moſen cum Andronico Joanois filio perduellam factum didicit, acerbe tulit. Tranſmittunt celeriter, militem in eos expediant, vincunt, fugant, comprehendunt, Ametas ſuo caput cervicibus deſecari. Imperatot ſuum oculis privari jubet. Poſthæc Bulgaros & Servios petens, modica provinciarum parte eos ſpoliavit. Intetmiſſo tempore aliquanto, Lazarum Serviæ Deſporam bello denan aggreſſus, vicit; ejus exercitum diſſipavit, iterumqae erbes & loca Serviæ malta ſubegit. Septem & tiiginte magnis præliis ſemper vicit ac triamphavit. Ad extremam a Lazaro, qeem nominavimus, dolo oecatus eſt, exactis in regno ennis tribus & triginta. Vezires, ſive conſiliarii ejus, clam omnibus filium Bajazetem eccerſierent, qui & exercitus, & totias in Europa atque Aſie imperii jus poteſtatemque accepit. Fuit Amurates in omnes liberaliſſimus, & vita ſplendidus. Chriſtianis dominis ac dynaſtis ſibi ſabditis, & in ejus regla degentibus elimeota benigniſſime, & alia beneficia quotidie tribuebat: nec cum iis accumbere, & vulta hilari quam jucundiſſime verſari deſtnebat.

DE BAJAZETE.

CAPUT XXIX.

Bajazetes quare Gilderun cognominatus. Fratrem Muſalmanum ſtrangulat. Ejus expeditiones. Conſtantiacpolim obſidet. Peloponneſum vaſtat. Argos urbs cum civibus hoſtiliter tractatur. Tamberlanes cur Bajazeti bellum fecerit. Faſtus & arrogantia Bajazetis, Tamberlanem deſpicientis. Copiarum utriaque numerus. Conflictus in Phrygia. Bajazetes cum uxere, filio, nobilibus capitur. Ejus quamvis capti arrogantia. Pœna ignominioſa.

BAjazetes imperium occœpit anno 6881. indictione ſexta. Dictus eſt idiomate Turcico Gilderun, cui voci fulguris ſubjecta eſt notio. Erat enim ed omnia promptus & ſolutus, & qaæ incipiebat, volebat omnia cam celeritata, & impetu fieri. Idcirco hoc ei cognomenti eſt impoſitam. Metueos autem, ne Muſalmanus frater, patris obitu audito rebus novandis ſtuderat, fraudem comminiſcitur. Mittens, eum repente patris nomine accerſit. Is terum ignarus, nec quidquam formidans mali, adeſt; comprebenſo gula ſrengiuat. Ita deinceps ſollicitudine Bajazetes lavatas, vere primo copias omnes io anam condacit, traijcienſque in Aſiam, & in Armeniam impreſſionem faciens, totam ſab imperium ſubjungit, Colchos domat, & Amaſtrim, cujus Ameram expellit. Deinde contra Amerem Sarçbanen ducit, ipſomque vincit, & ingreſſo auctumno Ameram Maedes ſimiliter, hyeme Theloch, & Methenen Ameras oppugnans, victoriam reportat, ipſos fugat, uxores eorum cum liberis in ſervitutem rapit, totius provinciæ dominatum arripit. In Europam reverſas, in Hungaros movet, quibus ſemel iterumque ſuperior evadit. Albaniæ portionem occupat: infeſto agmine in Miltzam Blachiæ ſeu Valachiæ Principem procedit, quem parte regionis non parva exuit. Miltzas dehinc ad apertam dimicationem in locum quendam difficilem prodit. Ameras loci incommoditate abſterritus, pugna relicta diſcedit. Tendem Miltzas ei fit ſtipeodiarius, ita pax convenit. De Bulgaria autem, & Servia partes abſtulit non exiguas. Cum Impetatote item Germaniæ Sigiſmando bello decertavit. Venit Nicopolim uſque Sigiſmundus; occurterunt ſibi exercitus. Veram Chriſtianis ipſorum ſtultitia cladem indigniſſimam peperit, multaqae cum ſtrage in fugam verſi, multi etiam capti ſunt. Poſtea Conſtantinopolim patriam noſtram obſedit; adeoque præceps, & acer eret ad omnie, ut ei unam arbem obſidione premere non ſufficeret: ſed nihilominus Jacupem Baſſam, & Brenerzem cam ſex & quinquagiota millibus in Peloponneſum mitteret, qui omni quo potuerunt genere malaficii inſulam lacerarant. Veneruat etiam Coronam uſque, & Methonem. Inda converſi, vetuſtam, & clari nominis urbem Argos expugnarunt, abductiſque captivoram triginta millibus, in Aſia colonias inſtituerunt, & everſis mœnibus deſertam reliquerunt. Anno mundi 6903. a Chriſto nato 1396. indictione qeiata, Dinus Ameras, & alii quidam ſuis ſedibus e Bajazeta pulſi, ad regem Temirem (Tamberlanem) flentes, calamitatem ſuam conqueſtum edierunt. Temires ſuccurrere miſeris cupiens, legationem ad Bajazetem mittit, in banc ſententiam. Injuſtum videri, homines ejuſdem geotis, & religionis ita affligere. Hortabatur proinde, ut ſuam cuique ſatrapiam redhiberet, ſi ſe amicum ſibi vellet. Ameras inexpiebilis avaritiæ, & moribus turbulentus ac vehemens, orationem iſtam pro nibilo putare, & Temirem ejus dominum & auctorem ludibrio habere, ac ruſticum appellare. Temires ex Legato hujuſmodi Bajazetis in ſe convitia reſciſceus, ejuſque inſolentiam perſpiciens, ſuccenſus ira, & quantum ſuppetebet copiarum contrahens, in illem progreditur. Re comperta Bajazetes ſuis quoque collectis, Temiri feſtinato, viriliter, fidenter, & magno animo occurrit. Conſtabat Ameræ exercitus centum quinquaginta millibus: Tamiris octingenta & viginti milia conficiebat. Adhuc tamen Bajazetæ magnitudo animi Temirem vili pendere non reformidabat. Cum in Phrygiam ab utriſque ventum eſſet, jamque acies in propinquo conſiſterent, ingens turbarem clangor exauditus eſt, dimicatumque fortiſſime. Denique Bajazetis exercitus terga dat: in fuga multi capiuntur: quibus nihil aliud moleſtiæ factum, niſi quod veſtibus & ermis nudati, atque ita dimiſſi ſunt. In fuga præterea Bajazetes cum uxore, & filio Moſe, aliiſque multis eaiæ ſuæ nobili-

bus comprehenſus, atque in Temiris conſpectum adductus eſt. Qui de victoria omnibus incedens lætitiis, Bajazetæ inquit; improbiſſimum caput, cur pravis animi tui cupiditatibus non imperaſti, ne huc devolverere? an neſcis meas copias invictas eſſe? Deinde regificum ejus apparatum & elegantiam, & tentoria illa pretioſa, tantamque aviam venatricum, & canum multitudinem admirans, rurſum, dic mihi, inquit, ſtulte, & delire, quid tibi profuit cum tanto apparatu ſuperbia tua? Tum ille. Satis ſciebam non placiturum tibi, at agreſti Scythæ, & obſcuri generis, apparatum regium, qui te nunquam decuit. At me, ut Amuratis filium, & Orchanis nepotem, & Oſmanis pronepotem, & Ertuculis abnepotem hæc & plura facere, habereque decet. Tam confidenti ſermone irritatus Temires, caveam ferream cancellatam fabricari curat, in qua eum vinctum catenis aureis includit, ac paulo poſt morte afficit. Regnavit annos ſex ſupra viginti, vixit captivus menſes octo.

De quinque filiis Bajazetis.

CAPUT XXX.

Motus & perturbatio rerum ex diſcordiis filiorum Bajazetæ. Muſulmanus Jeſſe fratrem eliſis faucibus necat. Moſes a Temire donatus libertate, Muſulmanum fratrem prælio ſuperatum occidit. Obſidionem Byzantii cogitat. Terra marique ab Imp. vincitur. Orchanem fratris filium pugna inferiorem excæcat. Eum Mahometes frater minimus debellatum interficit.

REbus ſic tranſactis, ut expoſuimus, & Bajazete capto, imperium Othmanicum ob diſſidia, & bella inter filios ejus enaſcentia, confuſione ac diſcrimine magno involutum eſt. Ad quorum aures ubi fama de interitu paterno pervenit, quiſque pro ſe elaboravit, ut in regnum eveheretur. Tranſeunt igitur in occidentem germani quatuor: Moſes enim captivus cum patre factus erat. Ex his Jaſaph Spiritus ſancti radiis illuminatus, Chriſto nomen dedit. Reliqui conceptis inter ſe odiis diſſidentes, armis concurrunt. Jeſſe ad tempus prævalet, cui omnes neceſſitudinea cum Manuele Auguſto interceſſerunt. Idem collecto milite Hungariæ regem adoriens, nihil egit. Similiter Serviæ Deſpotam laceſſens, nullum eſt operæpretium conſecutus. Et cum in Aſiam tranſmiſiſſet, ut in Muſulmanum fratrem iret, eo ſibi in Cappadocia occurrente, ſuperatus fugit. Verum ab inſequentibus retractus, & fratri oblatus, ejus juſſo ſpiritu intercluſo a medio ſublatus eſt, poſtquam imperavit menſes * Ita Muſulmano rerum ſumma ceſſit. Temires poſtmodum fratrem ejus Moſen liberum dimiſit, qui clam in Europam tranſgreſſus, & a Deſpota Serviæ ſufficienti copia adjutus, loca Europæa ſibi ſubjugavit. Hoc cum primum Muſulmanus frater in Aſia accepit, inde abnavigavit, ut per Byzantium fratri ſe objectum iret. Et quoniam eum non vulgaris amicitia cum Imperatore conjungebat, & is Theodori Deſpotæ filiam connubio ei copularat, pauci diebus in urbe commoratus, contra Moſen movit. Prælio commiſſo, Muſulmanus a Moſe debellatus, captus, & necatus eſt. Moſes monarchiæ potens, terreſtrem navalemque exercitum adverſus urbem (Conſtantinopolim) conquirit. Eo comperto, Romanorum Imp. claſſem armat, cui Manuelem ſpurium fratrem pro Drungario præficit. Juxta inſulam Platen claſſes ſibi occurrunt, Moſis periit: pars quippe demerſa, para capta eſt. Pauca admodum navigiola quæ reſtabant, incommode effugerunt; victoria penes Romanos ſtetit. Similem in terra calamitatem pertulit. Quæ ut nuntiata ſunt, cum ignominia receſſit. Imperator denuo arter excogitans, quibus Moſen penitus frangat ac debilitet, in Aſiam mittit, Muſulmani filium Orchanem avocat, & in Europa dominum conſtituit. Collatis ſignis Orchanes inferior diſcedit, a duce ſuo, & primario Vezire Sampana proditus videlicet. Captum Moſes patruus oculis multat. Mahometes porro minimus natu filiorum Bajazetis, fratrum metu perculſus fugiens, cum quodam artifice arcuario, in locum quendam venit, ubi pro mercenario ſervivit, ne a fratribus agnoſceretur. Cum iſta vili conditione ut paulo grandior natu evaſit, ſtatum rerum conſiderans, ipſe quoque fortunæ ſe permittit, & ad Caramanum Cappadociæ Ameram confugiens, auxilium ab eo poſcit. Qui eum amice ſuſcepit, dataque dextera copias adverſus Moſen fratrem ejus eduxit. Ac primo quidem & altero conflictu Moſis exercitus triumphavit, & Mahometis diſturbatus eſt. Tertium adhuc fortunam experiundam ratus, ad Serviæ, Bulgariæque Principem, & Imperatorem ſe conferens, ab iis opem ſubſidiumque flagitat. Qui cum ei dextras, & quantum ſufficeret militum dediſſent, rurſus adverſus Moſen ducit. Prælio inito, Mahometes multos duces & centuriones Moſis pecunia corrumpit; itaque ad eum transfugiunt. Hoc animadverſo Moſes ipſe quoque in fugam ſe effundit, & in loco quodam nemoroſo latet. Quem inventum dux Mahometis, mandatu domini ibidem præfocat. Imperium igitur propter inteſtinas fratrum diſcordias annos tres, & menſes duos laboravit.

DE MAHOMETE PRIMO.

CAPUT XXXI.

Mahometes auget vectigalia. Provinciæ occupatæ. A Venetis navali pugna vincitur. Manuelem & Principes Chriſtianos diligit. Adrianopoli ſedem regiam conſtituit. Ejus mores.

MAhometes totius imperii paterni cum tantis defatigationibus atque moleſtiis poſſeſſionem cepit anno mundi 6927. qui fuit annus Domini 1344. Primum ejus opus fuit Maurovalachiæ, (*Valachiæ nigræ*) & Bogdaniæ tributa augere quantum potuit. Quidquid regionum in Aſia Scythæ, capto ejus patre occupaverant, brevi intervallo recepit, & toparchas ſuæ gentis ac religionis, quos pater fortunis expulerat, & Temires reſtituerat, hic deintegro ejecit; Galatiam, Cappadociam, Pontum, totamque Aſiam ſuperiorem in poteſtatem redegit: Iſmaelem, Sinopli Ameram ſtipendiariam fecit, & a Lydia uſque ad Æolidem, & Myſiam juxta Helleſpontum ſubegit omnia. Cum Venetis etiam prælium miſcuit: quorum claſſis Petrum Lauredanum Præfectum habebat. Claſſes ambæ inter Proconeſum, & Calliopolim obviam factæ. Pugna occœpta, multæ Turcarum naves, & triremes depreſſæ ſunt. Inde pax compoſita. Hic Ameras Manuelem Imperatorem, reliquoſque Principes vicinos Chriſtianos amplectebatur. Et jam animam agens, filio ſuo Amuratæ mandavit, ut eundem Manuelem ipſe quoque diligeret, eique operam navaret. Hic primus Adrianopoli ſedem regiam collocavit, quam majores ejus Pruſæ habuerant. Beneficentiſſimus, & in amicos effuſiſſimus, hoſtibus autem uſque ad obitum infenſiſſimus erat, ſemperque novas rationes meditabatur, quibus male erga ſe animatis perniciem atque interitum afferret. Anno regni decimo ſeptimo vita caruit.

DE

Digitized by Google

DE AMURATE SECUNDO.

CAPUT XXXII.

Amurates Muſtapham patruum ab ſe victum jugulat. Conſtantinopolim incaſſum obſidet. Theſſalonicam acquirit. Ladislaum Hungariæ regem vincit. Valachos irrito conatu invadit, altera pugna victor abit. Provinciæ ab eodem ſubactæ. Ladislaum occidit. Janitzaros quomodo formavit. Ejus ſumma ſeveritas & juſtitia.

MOrtuo Amera Mahomete, qui Cyritzes cognominatus eſt, filius ejus Amurates adveniens, imperii habenas capeſſit, anno mundi 6924. qui fuit annus Chriſti 1416. indictione octava. Autumno ineunte, quanquam hyemem B ſecututam ſciret, non quievit: ſed exercitu conſcripto, patruum ſuum Muſtapham eſt aggreſſus, quem ſtatim parta victoria ſpiritu & vita privavit, præmiſſoque Michaele Bego, ipſe ſuperveniens, urbem (Conſtantinopolim) obſedit, per cauſam, quod Imperatores Muſtaphæ (ut poſt fuſius dicetur) auxilium tuliſſent. Verum cum nihil proficeret, pacis fœdus cum Imperatore percuſſit, cum ſe Domina, novercæ ipſius Amuratis mater pro ſequeſtra interpoſuiſſet. Hinc Thaſſalonicam, tum ſubjectam Venetis, oppugnandam ſuſcipit, & ſuam facit. Hungariæ quoque partem non minimam rebus ſuis adjunxit, prælioque cum Ladislao Hungarorum rege conſerto, victoriam retulit. Tamen in Valachos, & Mauroyalachos irruens, operam luſit, & cum detrimento receſſit. Iterum in eos ducit. Valachi Hungaros ſubſidio vocant. Dimicatur, C Ameras vincit, victi palantes fugiunt. Tenet fama, in pugna illa Hungarorum, Valachorumque amplius triginta millia cecidiſſe, Turcarum perpaucos deſideratos eſſe. Partem veteris Epiri, Ætoliam, Acarnanas, Thebas, Athenas, totam Bœotiam, Helladem bello vindicavit, & Ameram Cæſareæ ad extremum ſibi ſubjecit, delevitque, ac tota illa ditiona, exceptis quibuſdam caſtellis, in montibus altiſſimis, ubi Caramanus habitat, potitus eſt. Ladislaus Rex cum aliis quibuſdam Principibus Chriſtianis conſpiratione inita, iterato Amuratem provocare eſt auſus. Sed apud Varnam oppidum, propter imperitiam bellicam rem male geſſit. Namque certamine devictus & occiſus, & exercitus ejus diſperſus eſt. Poſt hæc Myſiam ſuperiorem ingreſſus, pleramque partem tributariam reddidit, & Boſ- D nam, ac Joannem Caſtriotam penitus ſui juris ac poteſtatis fecit. Hic primus Janitzaris prærogativas impertiit, & quod uſque hodie præſtant munus, ipſis impoſuit. Nam ante id tempus ejus legionis alia conſuetudo, aliud officium, & genus veſtis erat. Juſſit item uxores non ducere, ne illarum, liberorumque cura diſtinerentur: ſed in militia ſoluto ſemper animo verſarentur; voluitque eoſdem filios ſuos appellari. Juſtus admodum in ſubjectos, futurorum providus. Severiter Satrapis ac judicibus mandabat, ne in quenquam injurioſos ſe præberent. Quod ſi quis eorum vel minimum ejus juſſum tranſgrederetur, citra miſericordiam capite pœnas perſolvebat. In bello periculis ſe objiciebat, cui fortuna nunquam non favit. Tandem vitam monaſticam apud Pruſam excoluit. Adhuc ſuperſtes E in minorem filium Mahometem imperii auctoritatem omnem tranſtulit: Aladines enim natu major in venatione ab equo præcipitatus interierat. Sed cum ſuſcepti monachiſmi pœniteret, Halibaſſa inter Conſiliarios fidiſſimo adjuvante, ad gubernationem dolo quodam regreſſus eſt. In convivio apoplexia ex nimia vini copia tactus periit. Regnavit annis quatuor & triginta: aut, ut alii tradunt, duos ſupra triginta.

Georg. Phranz.

A MAHOMETES SECUNDUS, a quo Conſtantinopolis capta eſt.

CAPUT XXXIII.

Vezires adoleſcenti Mahometi tantum onus totius imperii committendum negant. Ejus prudentia militaris, eruditio, lectio hiſtoriæ Auguſtorum Romanorum. Byzantium, & Trapezuntem occupat. Aliis provinciis & inſulis imperium exaggerat. A Rhodo rejicitur. Decem regna, urbes ducentas ſubigit. Quinque linguas præter ſuam novit. Digreſſionis ſuper origine, & rebus geſtis Sultanorum Othmanidarum concluſio.

B CUm Mahometes ex aſſe imperium ſuſcepiſſet, anno mundi 6958. indictione decima quarta, quoniam peradoleſcens erat, quidam ſeniores Vezires Amuratem monuerunt, ne tantam regni molem ætati tam immaturæ committendam putaret; ne ſpiritus juveniles ei periculum aliquod crearent. Mahometes hæc agitari ſentiens, tacitus furebat: multos etiam de his Veziribus poſtea interemit. In acie quidem ordinanda puer ſenex, & ad ſummum peritus videbatur. Apparebat etiam induſtrius & acer in omnibus. Virtutis cultores, eruditoſque homines amore proſequebatur; nec ipſe neſciebat litteras, & in diſciplina aſtrologica progreſſus effecerat non mediocres. Aſſidua lectione delectabatur, legebatque facinora & vitam Alexandri Macedonis, Octaviani Cæſaris, Flavii Conſtantini C Magni, Theodoſii Magni Impp. Conſtantinopolitanorum quærebatque & indagabat rationes, quibus omnium antecedentium gloriam ſuperaret, imperiique fines quam latiſſime proferret, quod etiam præſtitit. Audita igitur morte Amuratis, Caramanus Aliſurius e montibus deſcendens, plerumque regionis occupavit. Juvenis Imperator, comparata manu eum excepit: qui in fugam verſus, iterum montium juga petit, donec aliquanto poſt omnino nullus fuit. A pulſo Caramano Calliopolim, deinde Adrianopolim conceſſit, ubi ſe adverſus Byzantinum imperium inſtruxit, & urbem fama ac prædicatione adeo nobilitatam in ditionem adduxit, noſque inde captivos expulit, & exterminavit. Inde profectus Trapezuntem, illud quoque regnum brevi ſpatio cæteris addidit, & regem ejus Da- D videm Comnenum captivum Conſtantinopolim perduxit, urbemque celeberrimam Sinopium (quam deceſſores ejus tantummodo vectigalem habuerant) hic armis expugnato ejus Amera, penitus propriam effecit. Deinde fracta pace, quæ illi cum Deſpotis firmata erat, in Peloponneſum duxit, eamque pulſis Deſpotis totam, ut & reliquum Serviæ, ejus Deſpota cum matre fugato, ſub imperium ſubjunxit. Chium & Leſbum inſulas citra armorum vim pendere tributum compulit. Poſtmodum Leſbum univerſam ad ſua regna aggregavit. Deinde Cyprum aggreſſus, cum ejus rege de tributo ſibi perſolvendo pactum ferit, atque ita receſſit. Poſtea aliam claſſem contra Rhodum ædificavit, ornavitque. Verum re infecta diſceſſit, amiſſis etiam pluribus, quod claſſis quædam ex Italia E cum auxiliis advenerat. Ipſe ira æſtuans, ut Italis par referret, claſſem magnam paravit, multis peditibus & equitibus, quam in Calabriam, & Apuliam miſit, quæ in itinere Zacynthum & Cephaleniam vectigales fieri coegit. Appulſa claſſe ad Calabriam, & Apuliam, oppidum Hydruntem obſedit, & occupavit. Aliis item oppidis in deditionem acceptis, ultra proceſſit. Ac niſi Deus id providens eum hinc abſtuliſſet, ærumnæ noſtris pares ſubeundæ Italis fuiſſent. At poſtquam Satrapæ, &

duces exercitus atque claſſis de illius obitu certiores ſunt ſacti, cum conditionibus oppida occupata deſerentes, Italia exceſſerunt. Res in Calabria ſic ſe habuerunt. Imperitavit annis duobus & triginta. Acquiſiit bello regna decem, & Chriſtianis urbes ducentas ademit. Quinque linguas præter ſuam noverat, græcam, latinam, Chaldaicam, Perſicam. In congreſſibus cum hominibus eruditis ac prudentibus erat hilaris. Quare etiam Gennadium Patriarcham benevole complectebatur, & audiebat, frequenterque cum eo ſermones conſerebat. Affirmabat, ex aſtrorum converſionibus didiciſſe, ſe reges & loca ſubacturum, quemadmodum eventus comprobavit. Et ita quidem, ut nos compendio explicavimus, Ameræ Othmanis, ejuſque poſterorum genus, uſque ad Mahomatem Secundum ſe ſe habuit, & in vita bella & pugnas iſtas obierunt, atque has victorias compararunt. Nunc ad intermiſſum hiſtoriæ ordinem regrediamur.

Ad interruptam hiſtoriæ ſeriem reditio, cui ſtatim brevis ſubjicitur digreſſio, hoc & ſequentibus duobus capitibus.

CAPUT XXXIV.

Manuel in Peloponneſo inſtaurat Hexamilium, ſive Iſthmum, aliquando reædificatum a Juſtiniano Imp. Promiſſio narrationis de Creta. Succeſſores Mahometi quomodo regna provinciaſque diſtribuerint.

MEnſe Julio anni 6921. qui fuit a Chriſto nato 1415. Manuel Conſtantinopoli in inſulam Thaſſum diſcedens, ſuam fecit. Menſe autem Septembri anni ſequentis rurſus inde Theſſalonicam abiit; deinde in Moream ſeu Peloponneſum, ubi Hexamilium reædificavit eo loco, quo ante conſtructum fuerat, quando Artaxerxes rex cum infinito exercitu ex Aſia contra Græcos trajecit. Poſtmodum neglectam, diuturnitate temporis omnia conſumentis paulatim collapſum fuerat. Inſtauraverat prius Juſtinianus inter Imperatores ſempiterna colendus memoria, non quidem neceſſitate aliqua, cum ei pareret orbis pœne univerſus: Sed quod id laudabile videretur. Et quoniam alia multa ſplendide ſumptuoſeque ædificavit, quibus imperium Romanum cohoneſtavit, placuit ei Iſthmum quoque reædificandum curare. Factum ut juſſit, in loco, ubi quodam tempore Patricius Nicetas, cognomento Oriphas, triremes Romanas per aridam Iſthmi ex mari Helladico in occidentem trahens, Agarenos Cretenſes fugavit. Quomodo autem, & quare hæc magna expeditio, & illuſtriſſimum, perpetuoque celebrandum opus ſuſceptum fuerit, dicere non prætermittam; ſed narrationi noſtræ inſeram. Inſuper, quo pacto Inſula Creta in poteſtatem Agarenorum venerit: & rurſum, qua ratione ad Romanos redierit, & demum ſub Venetorum ditionem conceſſerit; ac tum denique ad inſtitutum redibimus, & novæ hiſtoriæ narrationem continuabimus. Execrandi ſucceſſores Mahometi, & imperii ejus hæredes, primum quidem Perſidem, Mediam, Babylonem, & Aſſyriam poſſederunt; hodie etiam in Ægypto, Syria, Aſia, Palæſtina, Libya, Africa, & multis Europæ regionibus dominantur. Aliquando inter ſe diſſidentes, unum & magnum principatum in multos diviſerunt, & alium regulum ſeu Principem Perſis, alium Babylon, alium ſuperior & inferior Aſia, alium Tarſus, alium Tyrus, alium Iconium, alium Melitene (quæ tam multis & præclaris rebus ſcatet) alium Chalepenum, alium Damaſcus, alium Ægyptus, alium Libya, alium Africa, Iberia Europæa, quæ Hiſpania dicitur, ſortita eſt. Vicini autem, quotidie controverſiis inter eos exorientibus, ad pugnas deſcendebant.

CAPUT XXXV.

Agareni Hiſpania egreſſi, ex inſulis prædas agunt. Cretæ laudes: quam primum depopulati, poſtea incaſſum a Romanis defenſum occupant.

HIſpaniam porro incolentes Agareni, numero mirum in modum aucti, regionem ſteriliorem, nec ita fœlicem cernentes, cujus proinde fructibus commode ali non poſſent, ad Principem ſuum Apochapſum Amerumnem adeuntes, coloniæ deducendæ facultatem petiverunt; affirmantes, ſe nimium coarctari, & rebus tuendæ vitæ neceſſariis egere. Qui petitione lætatus, naves longas ſtatim ædificandas curavit, quibus manum impoſuit, quæ ad proximas inſulas deprædandas ſeſe convertit. Quas cum multis cladibus afficerent, nemo tamen inveniebatur, qui reſiſteret; omnes Michaelem Balbum Auguſtum auxilium poſcebant, qui tum bellis civilibus diſtrahebatur. Hinc multa ex omnibus illis inſulis commoda ſibi comparabant. Venit tandem Cretam uſque, quam cum incurſaſſet, quantum poterat captivorum abduxiſſet, inſulæ bonitatem, fertilitatemque animadvertiſſet, ad ſuos converſus dixit, *en terra fluens lacte & melle*. Hæc barbarus de Creta, quam poeta his verbis commendavit; Creta honorata, nutrix Jovis. Magnitudine item, rerum ubertate, & paſcuorum abundantia inſignis. Verborum nihil adjecit: ſed claſſe omni prædarum genere repleta, in Hiſpaniam curſum reflexit. Hyeme elapſa, verna tempeſtate, quadraginta naves probatis bellatoribus complet, ventumque nactus ſecundum, Cretam, aliis inſulis præteritis adnavigat, & ad promontorium, cui vocabulum Charax, appellitur: nec illi quidquam vel e navibus exeunti, vel procedenti hoſtile occurrit. Progreſſus ſtadia circiter centum, injectis ignibus, naves, ne una quidem excepta, concremat. Milites facto conturbati, & obſtupeſcere, venire, cauſſam ſciſcitari, voces ſeditioſas jactare. Ille iratus reſpondere, vos hujus rei cauſſa eſtis, qui coloniam ubere glebæ beatam quæritis. Equidem ego aliam hac meliorem non arbitror; & huc vela dedi, ut voluntati ac deſiderio veſtro morem gererem. Nunc conſilii mei ignorantes, fruſtra blateratis. His auditis, conticuerunt. Sed cum nonnulli uxores & liberos domi relictos objicerent, excepit ille; etiam hic formoſæ fœminæ ſunt, ex quibus gignite vobis liberos. Inde ſe foſſa alte ducta, & vallo communientes, noctem ibi egerunt; ex quo deinde locus Charax, id eſt, vallum cœptus eſt nominari. Michael Imperator paulo poſt per Photinum Protoſpatharium, & Præfectum Cretæ certior factus, quæ illic a Saracenis agitarentur, ad hoſtes abigendos copias ſubmittendas cenſuit. Itaque Damianum quendam Comitem ſtabuli imperatorii cum ingenti exercitu, & apparatu in Cretam ad illum adjuvandum mittit. Verum enim vero conjunctis licet viribus, nihil adverſum Agarenos effecerunt. Conflictu quippe inito, Damianus & lethali plaga affectus eſt; & reliquis fugæ cauſſa fuit; & Photinus vix in ſylva latitando animam ſervavit, ac nuntium Imperatori attulit. Commiſſa eſt hæc pugna haud procul ab urbe Chandace, ſtadiis circiter viginti, loco cui Almerus nomen eſt, anno mundi 6340. Domini 832. Rurſum Agarenos curæ, cogitationes ancipites, timor, & angor inceſſebant. Iis ſic affectis, monachus quidam e montibus inſulæ deſcendens, errare illos affirmavit, ſi ſe eo in loco ſecure ſedes poſſe figere exiſtimarent. Simulque locum idoneum, & natura ad omnia quæ optares habilem demonſtravit. Ibi oppidum, & velut egregiam arcem conſtruunt,

quam Chandacen appellant. Inde erumpentes, A cotam inſulam percurſant, cæteraſque urbes univerſas, præter Gortyneu, & Cydoniam ad deditionem compellunt. Hoc modo Creta, una ex ſeptem nobilioribus inſulis ab Hiſpanis Saracenis occupata fuit. Poſt annum Michael Imperator denuo claſſem adverſus eoſdem miſit, quæ etiam nihil memorabile geſſit. De cætero Agareni cutis longum valedicentes, jamque totius inſulæ potentes vivebant. Ac multi Chriſtiani tum pro ſincera, ac ſana fide noſtra martyrium obierunt.

CAPUT XXXVI.

Creta inſulæ deſcriptio. Gnoſſum, Gortynam, Cydoniam tres præcipuas civitates Minos conſtruxit. Apocapſus e Creta profectus, inſulas, & Peloponneſum vexat, cui Nicetas patricius B *cladem appertat.*

EST autem hæc inſula montibus & ſylvis frequentiſſima, valles habet fertiles. Montes altitudine Taygeto non cedunt. Urbes antiquas ſupra nonaginta; ampliſſimas autem & illuſtriſſimas tres, Gnoſſum, Gortynam, & Cydoniam. Quarum Minos Cretenſium Rex, potens maris, cum inſulam tripartito divideret, in qualibet parte unam condidit. Hunc regem proditum eſt illiteris Cretam vaſtam antea eoluiſſe, & legibus ſtudioſe expoliviſſe atque formaſſe. Quocirca & poetæ ipſum, propter ſummam juſtitiam cum Rhadamantho a Jove in beatorum inſulis judicem conſtitutam eſſe fabulantur. Et hæc hactenus de Minoe. Gnoſſus ad Boream, ex adverſo Peloponneſi ſita eſt. Gortyna in planitie, C mare Libycum ſpectans, a quo abeſt ſtadiis ſexaginta. Hæc antiquitus muris cincta fuit: quos injuria temporum labefactatos, magiſtratus reparare occœpit. Sed iis ad octo ſtadia productis, & magna ex parte abſolutis, opus interruptum eſt. Cydonia vero comparatione fuit maxima, ad occidentem & fines inſulæ poſita: montes vicini & ſublimes, Tityri vocantur. Supra littus jacet. Laconicoſque campos reſpicit, egregia, & mirifice elegans, & ampla in circuitu. In tres igitur partes, ut diximus, inſula diviſa eſt. Latus verſus orientem, juxta Gortynam, Dorienſes nominarunt. Latus ad Boream Cretas, quorum & oppidulum Praſſum. Latus occidentale Cydoniæ. Inter ipſos Cretenſes ſæpius bella & prælia fuerunt. Fertur & hoc de Creta, propter aſperitatem ſoli curuli pugnæ, & D jaculationibus non eſſe idoneam. Idcirco primi Cretes ex equo pugnare docuerunt. Redacta igitur ſub jugum ſuum tam magna inſula Agareni, ſicut diximus, navibus longis mare infeſtum habuerunt, Minoem imitantes; & Cycladas inſulas deſpoliarunt, ac multam quotidie perniciem Chriſtianis invexerunt. Poſt annos autem ſeptem & quadraginta, Imperante Baſilio Macedone, Sael Apochapſus, Cretæ Princeps, Apocapſi Amerumnis filius, qui Cretam occupavit, iterum navibus piraticis (quas nunc galeas nominare conſueverunt) ſive triremibus prope triginta inſtructis, cum remigibus per ſingulas duobus & viginti, & aliis navibus prædatoriis e Creta ſolvens, inſulis Ægæi maris depopulationem intulit. Deinde Peloponneſum quoque invaſit, & inſulas infra eam, Zacynthum videlicet, & Cephaleniam incurſavit: quod Impera- E tori perceleri curſu ſignificatum eſt. Qui, quantam res poſtulabat, claſſe contra eum ornata, Nicetam patricium, virum prudentem, & induſtrium, ac rei bellicæ, terreſtris juxta ac navalis peritum, Drungarium præfecit. Is artes quaſdam noverat, quas præter illum nemo. Spirante autem Borea leniſſime, paucis diebus Peloponneſum recepit. Et ut cognovit, hoſtium triremes occidentalem inſulæ plagam diripere,

Georg. Phranz.

A Methonem, Pylum, Glarentzam, Patras, aliaque ibidem loca, prudens conſilium animo cepit, erantque conſilium, verbum, & opus mox ſimul. Cum enim horreret circuimire Peloponneſum per Myrmidonen, & Epidaurum, & Maleam, & Nelarium, propter navigationis difficultatem, & mille milliarium longitudinem maris emetiendam, idoneoque tempore deſtitueretur, ſtatim ut potuit, in ipſa nocte, per Corinthiacum ſinum, multorum uſus manu, ibi apud occidentale mare, prope foſſam, ubi murus Iſthmi viſebatur, reperiunt, & per terram naves transfert. Quas cum multis ſtrenuis militibus brevi plus ſatis compleviſſet, operi ſupra vires etiam incumbebat. Cretes nihil tale opinantes (ad Maleam enim diurnos ſpeculatores habebant, & nocturnos etiam, qui celeres naves obſervarent, ſi qua Romanorum claſſis con- B tra ipſos curſum haberet) ſubito invadit, confuſos & turbatos animi in fugam vertit, naveſque illorum alias igne græco incendit; alias demerſit; alias cum vectoribus vivis capit, barbaroſque partim gladio interimit, partim undis ſummergit; ipſum quoque navarchum, & Præfectum navium obtruncat; reliquos per inſulam in fugam ſe tradere compellit: quos tamen omnes comprehenſos, diverſis ſuppliciis conſumit. Quo comperto Agareni Cretenſes Romanos exercitus timuerunt vehementer, & molitiones eorum admirati ſunt, ac tali clade repente affecti, de cætero quietiora conſilia quanquam ad tempus cœperunt, & tributa Imperatori Baſilio perſolvere decreverunt.

CAPUT XXXVII.

C *Barbarorum novi motus. A Nicephoro duce Romano longo intervallo in Creta ſub jugum mittuntur, & inſula recuperatur. Diviſio Romani imperii inter Latinos capta Conſtantinopoli. Marchio montisferrati Cretam ſortitus, eam Venetis pretio vendit.*

ELapſis annis prope decem, barbari a conſuetudine ſua non diſcedentes, inſulas de integro rapiendo ferendo permiſcent, & promiſſas Imperatoribus penſiones recuſant. Poſt annos ſeptuaginta, Imperator Romanus puer Baſilii Macedonis abnepos, claſſem non contemnendam contra Saracenos in Cretam miſit, terreſtrium ac navalium copiarum duce Magiſtro Nicephoro Phoca conſtituto, qui etiam poſtmodum D imperitavit. Is in Cretam delatus, frequentibus præliis ſemper Agarenos fudit fugavitque: cui cum reſiſtere non valerent, timore perciti, in caſtella ſeſe includebant. Phocas omnes machinas urbibus expugnandis appoſitas admovet, & incuſſo hoſtibus terrore, omnia inſulæ caſtella ſub ſe redigit, adeoque ipſam metropolim Chandacem armis obtinet; cujus arbitrio ſe alia quædam oppidula permiſerunt, cepitque ipſius inſulæ Principem Curupen nomine, & dignitate illi ſecundum, Anemam. Atque hæc omnia Phocas ſeptem menſium ſpatio fœliciter, totamque inſulam, ab Agarenis annis centum viginti quatuor poſſeſſam, ſub imperium Romanum virtute ſua revocavit, an. mundi 6368 indictione * ibidemque ducibus, & gubernatoribus relictis, juſſu Imperatoris Conſtantinopolim rediit, ac triumphum duxit. Manſit hæc inſula ſub Romanis E uſque ad Alexium Angelum, qui fratre luminibus ab ſe ſpoliato, tyrannidem invaſit, ut principio hiſtoriæ docuimus. Deinde cum Itali (Latini) monarchiam in principatus varios diviſiſſent, & Balduinus Flandriæ Comes Conſtantinopolitanus Imperator ſalutatus eſſet, Henricus Dandalus Venetorum Dux, qui præſens aderat, non modicam ex toto partem eſt adeptus; & Deſpotæ dignitatem ab Imperatore accepit. Democratia autem Ligurum (Genuenſes) Euripi

inſulam, & alia loca ſortita eſt. * Davalus Peloponneſi Princeps declaratus eſt. Porro Acciajolus, Florentia oriundus, qnl grandem pecuniæ vim conſederatis crediderat, & aderat, Athenas, & Thebas (oppida ſunt Inſignia) in præmium retulit. Genuenſes Euripi inſulam, aliaque loca ſortiti, poſtea adverſariis eam dederunt. Et quoniam Bonifacius Marchio Montisferrati manum non modicam ad auxilium contulerat, totiuſque terreſtris exercitus ſummus dux delectus fuerat, eum Balduinus Imperator regem Theſſalonicæ juſſit: cui inſuper Creta cum aliis locis obvenit, quam poſtea Venetorum ſenatui vendidit. Atque ita uſque hodie in illorum ditione eſt. Hanc narrationem libro huic noſtro illigavimus: nunc ad Iſthmi communitionem convertamur.

CAPUT XXXVIII.

Iſthmum inſtaurat Manuel Imp. Ejus latitudo, & longitudo. Scriptura in marmore reperta. Peſtis in Ponto, & quorundam affinium Protoveſtiarii funera. Luctus parentum ejus. Inauguratio Joannis filii Manuelis, & nuptiæ cum Sophia Marchionis Montisferrati filia.

ANno mundi 6923. Domini 1415. die Martii 31. Imp. incolumis in portum Cenchreorum venit, & 8. Aprilis expurgare, & inſtaurare Iſthmum ipſum cœpit; cujus latitudo eſt ab uno mari ad alterum orgyiæ ter mille & octingentæ: longitudo vero a terra Hellade, ſive Attica, poſtquam deſcenderis via aſpera, quæ vulgo τλάγαι κακὸς, malæ viarum ambages, dicitur, donec in planitiem infra venias, quo in loco muri hi Iſthmi ædificati erant, ſtadia triginta & * A muris autem Iſthmi, uſque Corinthum, urbem præcelſam, colles, & tumulos, & extrema Iſthmi, ſtadia conficiuntur * Videtur Peloponneſus folio platani ſimillima, cujus caulem exprimit Iſthmus, in quo ſurgunt turres centum quinquaginta tres, & in marmore quodam ſcriptura hujuſcemodi reperta eſt. ΦΩΣ ΕΚ ΦΩΤΟΣ, ΘΕΟΣ ΑΛΗΘΙΝΟΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΑΛΗΘΙΝΟΥ ΦΥΛΑΞΗ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΙΣΤΟΝ ΔΟΥΛΟΝ ΑΥΤΟΥ ΒΙΚΤΩΡΙΝΟΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΗ ΕΛΛΑΔΙ ΟΙΚΟΥΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΖΩΝΤΑΣ. LUMEN EX LUMINE, DEUS VERUS EX DEO VERO, CUSTODIAT JUSTINIANUM AUGUSTUM, ET FIDELEM EJUS MINISTRUM VICTORINUM, ET OMNES HELLADIS INCOLAS, SECUNDUM DEUM VIVENTES. Anno mundi 6924. Domini autem 1416. Imperator Conſtantinopolim eedilt, & cum eo procerum ordo univerſus. Quo menſe poſt ejus adventum exceſſit e vivis Patriarcha Euthymiur. Et 21. Maii ejuſdem anni lectus eſt Patriarcha Joſeph, Epheſi Metropolita. Et anno 6925. Chriſti 1417. in Peloponneſum autumno abiit Joannes Imp. quo tempore Theſſalonicam tranſiens, ſpurium filium Bajazetis, Muſtapham illum, quem Ameras frater ejus perſequebatur, ibi inventum amovit, & in Lemnum, deinde Mizythram miſit. Per hyemem ejuſdem anni ad pontum Euxinum, ſive nigrum mare ſæviente peſtilentia, cum in urbe quadam cum tota familia eſſet, eamque regeret affinis meus Gregorius Palæologus Mamonas, vir optimus, filius Magni Ducis Mamonæ (qui aliquando Monembaſiam cum finitimis oppidis adminiſtraverat) & cum eo ſoror mea, uxor ejus, & proles unica quam habebant, fœmina, extincta eſt. Poſt filiolæ mortem die ſeptimo obiit pater: curſumque poſt totidem dies etiam mater, & præterea ſeu eorum domeſtici, utriuſque ſexus, duobus tantum ſuperſtitibus, vivendi modum fecerunt: & hi Conſtantinopolim reverſi, una voce miſeris parentibus meis nuntium hunc attulerunt: qui ex magnitudine afflictionis, & dolore inconſolabili in morbum adeo non levem inciderunt, ut ab interitu non longe abfuerint. Vere & æſtate peſtilentia Conſtantinopoli graſſante, mortua eſt Domina Anna e Rhoſia, & in monaſterio Libis tumulata. Principio autem anni 6926. Chriſti 1418. in inſulam Peloponneſum dominus Thomas ab Imperatore patre ſuo, Conſtantinopolim reverſo miſſus eſt, qui me in cubicularios allegit, Martii die 17. annos natum ſedecim, ipſo illo æternæ & beatæ memoriæ agenti ſeaageſimum octavum cum dimidio. Anno 6927. Chriſti 1419. Conſtantinopolim venit Domina Sophia, filia Marchionis Montisferrati. Et 19. Januarii eam ſolenni cæremonia duxit Joannes, inauguratuſque eſt Imperator, in æde S. Sophiæ; quæ inauguratio ſummam feſti diei celebritatem habuit, fuitque revera ſolenne ſolennium, & panegyris panegyreon.

CAPUT XXXIX.

Manuel pravum conſilium averſatur. Ameras honorifice ab eo excipitur. Ad ejus animum explorandam legatio Imp. in Occidentem. Mors Ameræ celatur. Difficilis ſuper ea nuntius Ccaſtatincpolim. De Muſtapha Imp. cum filio deliberat, utrum occidentem illi ab Amurate petat.

ET anno vigeſimo octavo venit Ameras Cyrizes Mahometes, ut per Conſtantinopolim in Aſiam tranſiret: nam per exploratores, quædam illic correctione egere, certior factus erat. Aſt in reditu urbem invadere meditabatur. Omnes igitur conſiliarii Imperatoris, quibus hoc ſecretum eſt creditum, Principes, & Eccleſiaſtici ſuadebant magnopere, ut ei manus injiceret. Quod ille renuens, ajebat, non violo jusjurandum illi datum, tametſi eum contra nos venire, noſque devicturum, & in ſervitutem reducturum mihi certo conſtaret. Sin ipſe ſacramento ſuo defuerit, Deus viderit, qui eſt illo multo potentior. Nullum tamen de filiis impio illi obviam miſit, niſi optimates, Demetrium Leontarin, Iſaacium, Aſanem, & Manuelem Cantacuzenum Protoſtratorem, cum multis illuſtribus, ac militibus, & muneribus regiis. Circa Cutulum ei occurrentes, ad duplicem columnam proſecuti ſunt. Toto autem itinere cum Leontari ſermo illi intercеſſit. Illic conſtitit Imperator cum filiis in triremi quadam, juxta quam alia triremis regifice parata, qua Mahometes veheretur. Quam cum conſcendiſſet, inter ſe utrique in mari conſalutarunt, & colinquentes uſque ad Aſiæ, ſeu orientis littus pervenerunt, ubi eſt quæ nunc Scutaris, prius Chryſopolis dicebatur. Ibi triremi egreſſus, in tentorium, ſive tabernaculum ſibi paratum conceſſit. Imperator cum filiis in triremibus edebat ac bibebat, & inter ſe ipſe, & Ameras partes mittebant. Imminente veſperu, Ameras in equo verſus Nicomediam abiit. Imperator cum filiis domum ſe recepit. Vere ejuſdem anni revertens Ameras in occidentem, qua via eſt Calliopolim, venit Adrianopolim. Imperator Demetrium Leontarin ad illum expedit, ut ſi quid præmeditatus ſit cognoſcat, ſibique renuntiet: cui etiam gratiam & honorem navatum, nempe tranſvectionis, talis legationis, & perſonarum, inquam, & donorum illi oblatorum eaprobree. Eum Ameras amice admodum, & ſplendide accipit, affirmatque, ſibi diebus jam aliquot male eſſe: ubi convaluerit, inter ſe collocuturos. Verum poſt diem tertium vitam propagare deſiit: nec id conſiliarii Palatini Leontari patefaciunt. Qui in tentorio ſuo manens, miratur ſummopere, cur ab Ameru ad legationem exponendam non vocetur. Ipſa autem hora qua eum obiiſſe audivit, multos tabellarios ad Imperatorem mittit, qui, quod omnes viæ compendiariæ Conſtantinopolim ferentes præ-

cluſæ eſſent, eo accedere nequiverunt. Atque ita dies plurimi abierunt. Ex quo autem arcanum de invadenda urbe patuit, tumultuatum eſt, multaque deliberatio & angor extitit, & vehementer reprehenſus Imperator ab iis, qui Ameram comprehendendam ſuaſerant. Imperator in monaſterio Peribleti, peſtis vitandæ cauſſa tum verſabatur. Vix igitur alia via Meſembriam ferente, mittere curriculo potuit Leontaris, qui inde per mare literas de obitu Ameræ afferret: Factuſque eſt *in illa die veſperi fletus, & mane lætitia*. Et ecce ad aliam conſultationem curamque converſi ſunt, ecquid cum filio ejus Amurate pacem & amicitiam inirent, ipſumque imperare finerent, & ab eo ſacramentum exigerent, paſſurum, ut Muſtapha Mizythra reductus, occidenti, ſicut ipſe orienti præeſſet. Patre autem Imperatore primum dicente ſententiam, & multis de cauſſis juſtum judicante, ut penes Amuratem rerum ſumma eſſet, filio deinde, & Demetrio Cantacuzeno pro Muſtapha nitentibus, & rationem afferentibus, quod ipſis Calliopolim donaſſet, tandem, licet ægre, Imperator filio agendi quod vellet poteſtatem conceſſit, his verbis: fili mi, ego ſenex, infirma valetudine, & morti propinquus ſum: Imperium, quæque ad id pertinent, tibi trado: quod placuerit facito.

CAPUT XL.

Calliopolitæ Romanis ſubeſſe nolunt. Muſtapha Beglerbegum prælio congreſſus occidit. In Oriente ab Amurate vincitur, perimiturque. Ejuſdem Amuratis ira in Romanos, & injuria in Legatos. Byzantium nullo effectu oppugnat. Imperatoris morbus. Muſtaphopulus a fratre in Aſia jugulatus.

MEnſe Septembri, anno 6929. Chriſti 1421. multis cum triremibus Calliopolim venit Joannes Imperator. Muſtapham a Peloponneſo ſecum ducens, ut eum occidenti Principem daret. Coluit Joannem civitas. Sed ubi intermiſſis diebus aliquot promiſſa requiſivit, Turcæ omnes reſponderunt, ipſorum ſacris addictam eſſe Calliopolim, & impediri ſe religione: ſiquidem primus locus, quem in Europa obtinuiſſent, hoc oppidum eſſet, in quo primum omnium inter omnia Europæ loca cærimonias ſuas tractaviſſent; nec per Coranum ſuum ipſam licitam Romanis dare: alios locos & regiones pro ea daturos. Adhæc Amurates quoque ex oriente per Legatos multum inſtabat Romanis, orabatque, ne Muſtapham ad principatum proveherent. Noſtri omnia alia ſentientes, reſponſum nullum reddere. Circa initium hyemis ejuſdem anni Beglerbegus Bajazetes per ſuperiores fauces in occidentem venit, vir commodus, bello exercitatus, Vezires ſeu conſiliarius patris Amuratæ, cum plena auctoritate, ut ſi poſſet nimirum, in poteſtatem Amuratis occidentem reſtitueret. Muſtapha Calliopoli abiens, apud Adrianopolim, Bajazetem acie vincit, captumque obtruncat, & univerſum impiorum Turcarum in occidente imperium ſibi ſumit. Eodem anno Calliopolim redit, ſuſceptaque adverſus Amuratem cognatum expeditione in Aſiam, & Pruſam (ubi is tunc erat) victus, in occidentem eſt regreſſus. Ejuſdem anni æſtate ipſe etiam Amurates cum Liguricis, ſeu Genuenſium navibus patruum perſecutus aſſequitur, & interimit. Morte Muſtaphæ deluſi ſpe ſua Imperatores, turbati ac metuere cœperunt, propterea quod ſe hoſtes Amuratæ declaraſſent, dum modum & viam quærunt, qua concordia, & amicitia inter Turcas, & Romanos reſarciretur. Mittunt igitur ad eum Legatos Demetrium Cantacuzenum, Matthæum Laſcarim, Angelum Notarium, cognomento Philommatem. Ameras ira adverſus Romanos propter

A cauſſam indicatam inſaniebat. Quare mox ut Legatos vidit, in obſcurum carcerem vinctos detrudi, diligenterque cuſtodiri juſſit. Ineunte æſtate, octavo Junii, anno 6930. Chriſti 1422. octavo die menſis miſit cum exercitu Michalbeguin Amurates, clauſitque & obſedit Conſtantinopolim. Die porro decimo quinto ipſemet cum magnis copiis acceſſit, Legatos in vinculis adducens. Die viceſimo ſecundo menſis Auguſti urbem totis viribus aggreditur. Die ſexto Septembris anni 6931. Chriſti 1423. Deo nobis opitulante fruſtratus recedit. Ejuſdem menſis die triceſimo venit Muſtaphopulus ejuſdem Amuratæ frater, & pertranſita urbe ſoria, ſeptum dominicum inſedit, tertioque die, qui fuit primus Octobris, ad Imperatorem & filios ejus adorandos acceſſit. Eo viſo, Turcæ ex Aſia, admirabundi ajebant, ſimilem eſſe forma auctori reli-
B gionis ipſorum Mahometæ; quod idem & inimicus ejus Bajazetes aliquando de eodem affirmavit: & quicunque Imperatorem non noverat, e ſolo aſpectu Imperatorem eſſe dixiſſet. Eodem die ſecundum prandium Imperatorem morbus ἡμιπληγίας (ſemiapoplexiæ) corripuit. Muſtaphopulus per dies plurimos propter caſum Imperatoris flagitiis in urbe deſignatis, poſtremo Selybriam diſceſſit; inde mox Conſtantinopolim rediens, Pruſam poſtea eſt profectus. Vere illius anni frater ejus in Aſia adverſus eum ductos, proditum a ſuis morte multavit.

CAPUT XLI.

Iſthmus capitur. Fuga Thomæ Deſpotæ. Joan. Imp. Hungariam petit. Legati III. ad Amuratem.
C *Joannes ex Hungaria redit. Manuel diem extremum claudit. Anni vitæ, imperii, funeris celebritas. Joannem Imp. Sophia uxor quare deſeruit.*

MEnſe Majo ejuſdem anni captum eſt Hexamilium, ſive Peloponneſi Iſthmus a Turachane, multique Albanitarum perierunt. Æſtate ſequenti Princeps Demetrius cum Hilarione Doria, & Georgio Saulio, ipſius Doriæ genero fugit, veneruntque Galatam ut ad Turcas abirent; quanquam in Hungariam poſtea abierunt. Die decimo quinto Novembris anni 6932. Chriſti 1424. Imperator Joannes in Hungariam tranſiit, fratre ſuo Conſtantino Deſpota inſtituto, & pro ſe in urbe relicto. Die viceſimo & altero Februarii ejuſdem anni, cum A-
D mera Amurate amicitiam ſacramento conſtituimus. Tum Legatos dimiſit liberos. Rurſum Legati miſſi ſumus, Lucas Notaras (qui poſtmodum Magnus Dux creatus eſt) & Manuel Melachrenus, & ego, hanc ob cauſſam. Melachrenus prius ad Ameram venerat, pacemque conventuram cognoverat: Notaras, ut eam utiliter ac probe firmaret: ego, ut a ſancta Deſpœna, a materno genere ipſius Ameræ cognata miſſus, & ut, ſi quid opus foret, ſcriberem, chartiſque mandatum, ad Imperatorem ſenem, & filium ejus Joannem in Hungariam perferendum curarem. In exitu Octobris anni 6933. Chriſti 1425. Joannes Imperator, regione cui Celiro nomen eſt, & Iſtrum reſpicit, in urbem redit, triremibus Conſtantinopoli eo miſſis. Hominem quippe alienæ linguæ, & alienigenam ex Hungaria
E præmiſit, qui per terram cum tabella involuta, & obſignata ambularet. Is cum veniſſet, Imperatorem videre cupiebat, affirmans, ſibi eſſe neceſſe illum videre, & cum eo colloqui. Sed iſtuc fieri qui poterat, ut talis homo Imperatorem ægrotum videret (decumbebat enim in lecto) & ſolus cum ſolo ſermonem miſcere vellet? Multis igitur ultro citroque dictis, ad virum duo ſecretarii collegæ mecum mittuntur, qui ſic eum compellarunt. Aut ede quid velis huic (me autem demonſtrabant) aut vade quo

lubet. Tam ſeducens me, littetas illas involutas tradit; ex quibus didici unde, & quando Joannes Imp. exiviſſet. Quas cum Deſpœnis recitaviſſem, ob fœlicem de bona Joannis, unius filii, alterius matiti valetudine, & adventu nunciorum tum ab ipſis, tum ab Imperatote Manuele magnis ſum muneribus affectus. Viceſimo primo Julii, ejuſdem anni, beatnrum ſorte, venerabilis & pius Imp. Manuel obdormivit, biduo ante obitum per divinum angelicumque habitum Matthæus appellatus. Corpus ad ſepultu-

A ram deportatum eſt in venerandum, & palcherrimum monaſterium Pantocratoris, cum luctu & concurſu, qualis ante nunquam in ullius Auguſtorum exequiis apparuit. Omnes anni vitæ ejus ſeptuaginta ſeptem, dies quinque & viginti. Regnavit annos duos & triginta. Et anno 6934. Chriſti 1426. menſe Auguſto Deſpœna Domina Sophia profugiens, in patriam tedit, quod a viro Joanne Imp. parum diligeretur, nec inter eos pax eſſet; quoniam alias fœminas amaret, quando Deſpœnæ natura formam negaviſſet.

FINIS LIBRI PRIMI.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS,

JOANNIS MANUELIS
F. PALÆOLOGI
IMPERIUM CONTINENS.

SUMMA LIBRI.

POSTQUAM *Manuel hominem exuit, Joannes jam antea corona auguſtali inſiguitus, imperitare occipit. Ejus conjux Maria Trapezuntia. Manuelis animam acturi voluntas ultima, & inprimis quæ ſuper Phranze, ut fideli miniſtro, & ſuper ſacris piacularibus juſſerit. Quo pacto Protoveſtiarius in miniſtros Conſtantini relatus ſit. Cum eo, & Imperatore in Peloponneſum diſcedit. Caroli Dynaſtæ conſobrinam Conſtantinus ducit. Theodorus Palæologus Conſtantini, & Joannis frater ſimulatam monachiſmi ſectandi voluntatem plane deponit. Conſtantino fratre oppidum Boſtitzam jus ſuum in alia multa donat. De Nicephoro viro nobiliſſimo, & opulentiſſimo ejuſque teſtamento. Andronicus, etiam Imperatoris frater (ſex enim filios Manuel habuit) moritur. Patrenſes eccleſiaſtici, & populus in Conſtantinum propendent, de qua urbe occupanda conſultatur, cui defendendæ cives accinguntur. Palmarum Dominicam milites eamis manu præferendis pie colunt. Oppidi oppugnatio infelix. Conſtantinum cum periculo capitis ſui Protoveſtiarius defendit. Ab hoſtibus captus, duriſſime habetur. De vita & moribus Thomaidis piæ ac religioſæ fœminæ præclara narratio; cujus exemplum apud Conſtantinopolitanas virgines ad complectendam monaſticen vehementer valuit. Protoveſtiarius e carcere dimiſſus, a Conſtantino & laudibus, & muneribus ampliſſimis ornatur. Pacta Patrenſium cum Conſtantino. A Turcis jubetur ab oppido ſe removere. Quid reſponderit. Cameuitzenſes ei claves offerunt. Apud S. Andream magnifice ab incolis excipitur, urbs ei deditur, cujus præfectura Protoveſtiario mandatur. Ejus cum duobus Turcis ad Conſtantinum ex itinere reverſio. Præfecto Naupacti verba dat. Legatis blanditur, & quas ferebant litteras, ab iis impetrat. Quid a Collega pertulerit. Mors Caroli Principis in Peloponneſo. Thomas Deſpota quam ſibi deſponderit. Obitus Theodoræ, quam Conſtantinus duxerat. Protoveſtiarius iterum captus, & venditus. Ameram Imperator ab obſidione Theſſaliæ revocans, actum agit. Patra, & Glarentza ſubiguntur. Macarius quidam commendatur. Legationes Protoveſtiarii. Templum Deiparæ per imprudentiam puerilem incenſum. Mariæ mulieris illuſtriſſimæ dos, & patrimonium dives. Thebæ capiuntur a Turachane. Conſtantini ſociorumque apud Euripum per noctem incommoda. Demetrius Deſpota uxorem ducit domum. Cur Theodorus Conſtantinopolim venerit. Diſcordiæ, & motus bellici inter fratres. Ad eos Imperatoris Legati. Longiuſcula Imperatoris cum Hebræo de fide Chriſtiana diſputatio, qua illum ad noſtra ſacra adducit. Imperator Synodi cauſſa in Italiam navigare contendit. Quæ præcipua cauſſa captæ Conſtantinopolis. Verba Manuelis ad Joannem filium parænetica. Ameræ in Joannem liberalis animus. Poſt diſceſſum Imp. Ameram Conſtantinopolim invadere meditantem Halimbaſſa Conſiliarius dehortatur. Deſcribitur pompa, gratulatio, & lætitia, quibus Venetias introductus Imp. Quam ſumptuoſe inſtructa fuerit triremis quædam, quæ regia dicebatur. Laus urbis. Quo pacto idem Imp. Ferrariæ exceptus, & habitus ſit; illic enim cœptum eſt celebrari Concilium, quod poſtea compellente peſtilentia, Florentiam tranſlatum fuit, ibique finitum. Navis qua Patriarcha vehebatur quam magnifica, & quomodo a Pont. Max. ſalutatus. Natus Protoveſtiario filius, & deinceps alii. Græcorum reditus a Synodo. Beſſario Romæ fit Cardinalis. Demetrius auxilio Turcarum adjutus, Conſtantinopolim obſidet. In Lemno Conſtantini uxor Lesbia moritur. Protoveſtiarius tuendæ & gubernandæ Selybriæ præficitur. Pactio fratrum Deſpotarum. Præfectura Protoveſtiarii in Peloponneſo. Ejuſdem legationes. Pugna Hungarorum cum Turcis ad Varnam, & Ladislai regis miſerandus interitus. Virtus Janitzari ab Amera honoratur. Æſtus immenſi. Protoveſtiarii Spartana præfectura. Eum eximie collaudat Conſtantinus, & quædam illi bene regendi præcepta tradit. Thomas Deſpota filiam Serviæ Deſpotæ nuptum dat. Iſthmus occupatur, Patræ vaſtantur. Theodori Deſpotæ, & Joannis Imperatoris obitus.*

CAPUT I.

Joannes Patri ſuccedit. Mariam Trapezuntii regis filiam ducit. Quare in Peloponneſum cum Conſtantino fratre profectus. Manuelis juſſio de palatii inſtrumento diſtribuendo, & de miniſtris, præſertimque de ipſo Phranze. Ejus apud Conſtantinum locus. Qua conditione eundem in Peloponneſum ſecutus ſit. Pacto cum Carolo dynaſta, cui pars Peloponneſi parebat.

ANno igitur 6934. Chriſti 1426. menſe Auguſto, ſceptrum imperatorium, & monarchatus omnis ad Joannem, beatæ memoriæ Manuelis filium tranſit: qui jam antea ſollemni ritu Imperator coronatus fuerat. Et anno 6935. Chriſti 1427. die Auguſti undetricesimo per mare triremibus Mariam Comnenam, Alexio Comneno Trapezuntis rege procreatam inde adduxit. B Anno 6936. Chriſti 1428. menſe Septembri fœdera nuptiarum cum eadem inivit, quam & Auguſtam appellavit. Menſe Novembri urbe egreſſus, 26. Decembris in Peloponneſum cum Conſtantino germano idcirco venit, quod frater ipſorum Theodorus monachiſmum cogitaret: ut proinde totam inſulam Conſtantinus cum imperio obtineret. Verum Theodorus conſilium ad factum non contulit. Cum iiſdem ego quoque initio eodem diſceſſi, quod de domeſticis Imperatoris eram, & ut Conſtantinum aſſectarer, ex cauſſa hujuſcemodi. Beatus, & venerandus eorum parens, morti vicinus, mandavit mihi, ſcripſique manu mea, quanquam non ut teſtamentum: (neque enim teſtantur Imperatores, ſed jubent.) Ea juſſione decernebantur iſta, ut de rebus patriis, quæ quidem eſſent pretioſæ & æſtimatione aliqua dignæ, filiorum quilibet, unus quidem hoc, alius illud ſibi haberet. Reliquum rerum palatii, quadripartito divideretur, in paraſtaſima (*puta res ad ornatum templi ſpectantes*) & liturgias (quas pro ſe ſplendidius, & ſumptuoſius, quam pro conſuetudine, fieri mandavit) in mendicos, in medicos, & in miniſtrorum intimos, ſive cubicularios. Curatores autem eſſent, ſpiritualis pater ejus Macarius, qui in Xantopuloram, & ex Judæis Magiſter Joſeph, qui in Charſianenſi monaſterio vivebat, & ego. Hæc a me enarrata, ipſo Manuele, & Deſpœna, & filio eorum Imperatore audientibus recitavi. Poſtremo & ipſi filio ſic præcepit. Fili mi, audiſti quæ vobis ſuper miniſtris meis, juſſa dedi. Qui porro mihi a cubiculis fuerunt, præclareque & amanter, atque ad nutum ſervierunt, ab omnibus filiis meis charitatem, tutelam, providentiam conſequantur, unuſquiſque meritis ſuis congruentet. Inprimis vero Phranzem hunc tibi commendo, qui miniſtravit mihi fideliter ac diligenter, & in omni vel animæ, vel corporis negotio præſto fuit, & nunc in hoc morbo meo præ cæteris mei curam geſſit. Quare etiam confido, quæ ad animam meam poſt obitum expiandam pertinebunt, ſtudioſe curaturum. Juventus enim ejus, & ſenectus mea nihil ejus amore, ac ſtudio ſerviendi, quo erga me flagravit indignum in ipſum committi permiſerunt. Quocirca eum trado tibi. Atque ut quæ tibi opto precorque adipiſcaris, quod a me in illo remunerando prætermiſſum eſt, tute ſuppleto. Hæc ille dixit, & ſuper me mandavit. Cum Conſtantino quoque magna familiaritas, ſumma fide divino beneficio mihi intercedebat, quod patruus meus a moribus & litteris ei fuerat: & filii ejuſdem, patrueles mei cum ipſo educati, ſimiliter in amicis, & domeſticis ejus mecum numerabantur. Nam quia res ita ferebat, a beati, & venerandi parentis ejus familiari miniſterio ad eum tranſivi, & opera mea quæcunque feria negotia conficiebat. Pinaſus ſiquidem inter aulicos ſuos habere me cupiebat.

A Mos namque & conſuetudo vigebat in Imperatorum palatio, per quam patrum celliotis (*hoc eſt, interioribus miniſtris*) filiorum cellas (*hoc eſt, conclavia*) non contra, filiorum miniſtris patrum frequentare licitum erat. Sed hoc vivis patribus. Poſtquam igitur ſanctæ memoriæ pater ejus vivere deſiit, ſecundum prima juſta omnes cubicularii ipſius in palatium tegreſſi ſumus. Nam hoc quoque mos tenet, ut celliotæ Imp. ad ſepulcrum ejus uſque ad prima ſacra funeralia, ſive juſta perſeverent. Ita demum ad ædes, ubi Conſtantinus manebat, diſceſſimus, foris ſedentes, ut uni de multis. Quod ubi Deſpota didicit, mittens patruum meum, pro auctoritate mihi renuntiari juſſit, cur non tenuiſſem locum meum? cur, inquam, non intraſſem in cellam ejus mane, ut ſolebam, cum pater & dominus ejus adhuc viveret? Verum, inquit, quoniam B propter amorem, & officia, tum erga nos, tum erga genitorem noſtrum tibi multum debemus, in muneris parte accipito, ut quemadmodum parente noſtro ſuperſtite conſueveras: ita nunc eodem mortuo conclave meum introire poſſis. Has ob res, ut fratres in Peloponneſum abeuntes ſequerer, juſſus ſum. Cum itaque Conſtantinus vellet, ut ſe ſequerer, ſecumque manerem, reſpondi me illius cauſſa etiam majora non detrectaturum, modo id approbante, & jubente ejus germano Imperatore fieret. Tum ille me a fratre precibus petivit, propoſitis rationibus neceſſariis, ob quas me opus haberet: Ægre tamen & non niſi Deſpœna & matre ſuam auctoritatem interponente me impetravit, quod Imp. patris voluntatem, & commendationem objiceret, qui ore ſuo illi me tradidiſſet. C Cum igitur in Peloponneſum veniſſemus, huic (Conſtantino) perfecte obtemperabam, ab illo (Joanne) amore, ac ſpe totus pendebam. Itaque ſalvi illuc appulſi, vidimus loca omnia, quæ a Carolo Principe tenebantur. Tum primores, & fratres deliberatione habita ſtatuerunt, ut quoniam partem a Carolo occupatam ſubigere ſe poſſe diffiderent, nec ille ſe totam tueri poſſe confideret, locis aliquot ab eo acceptis, fœdus percuterent: placuitque Conſtantino hujus Caroli conſobrinam uxorem legitimam ducere, ſic, ut quæcunque caſtra ſive oppida in Peloponneſo haberet, ea illi, quamvis concordia nondum fœdere ſancita, dotis nomine addiceret.

CAPUT II.

D *Theodorus Deſpota monachi habitum differt. Conſtantinus Caroli conſobrinam ſibi jungit. Theodorus perſonam deponit. Tria oppida recepta. Joannes Imp. Conſtantinopolim redit. Theodorus Conſtantino Baſilitzam donat, & jus ſuum in alia multa, quæ Nicephori Protoſtratoris fuerant. De eodem Nicephoro, ejuſque teſtamento. Quare Meliſſeni in hiſtoriis ὀρατυγοπῶλαι, id eſt, duces cognominati.*

KAlendis igitur Maii miſſus ego Glarentzam, alii alia loca ceperunt. Nobis Spartam reverſis, de modo monaſticæ profeſſionis Theodori Deſpotæ, ejuſque dilatione agebatur, dum Patræ ſubigerentur, locus præcipuus & opportunus, ubi fratres domicilium ſedemque collocarent, ne Spartæ ſimul omnes invenirentur, E ubi Theodorus monachum agere deliberaverat. Kalendis Julii ejuſdem anni, egreſſi tres germani (Joannes, Conſtantinus, Theodorus) Patras proceſſerunt, & extra urbem apud molendinas tentoria fixerunt. Eo conſobrina Caroli, Theodora adducitur, & Conſtantino ſollemni cæremonia conjux datur. Ad Patras porro ſubjugandas nihil proſpere geſtum eſt: quin potius feſtiva quædam ſimulatio erat a Theodoro ſuſcepta monachiſmi meditatio, quem non ſine fra-

fratrum offenſione repudiavit. Itaque res Patrenſis exitum illaudabilem habuit: tantummodo tria oppida occuparunt, cum incolis pacem ita pacti, ut Principi Conſtantino in annos ſingulos nummos aureos quingentos ſingula penderent. Ita collectis vaſis cum Imperatore, & Theodoro verſus Spartam proficiſcimur: Conſtantinus alio itinere cum regina uxore Chlomutzam abit. Brevi tempore intermiſſo domum cogitante Imperatore, Conſtantinus ſuper ea re admonitus, Chlomutza Spartam venit. Inde conſcenſa navi cum quatuor fratribus, paucis diebus menſis Octobris, anni 6917. Chriſti 1429. Corinthum trajecimus. Imp. ex eo loco triremi Conſtantinopolim vectus eſt. Theodorus iter quod Spartam ducit relegit, Thoma fratre eum uſque Calabrytam comitante. Nos enm Principe noſtro Conſtantino alia via Boſtitzam pervenimus. Quanquam enim Theodorus ad monachos ſe ſe non aggregavit, ut quod obtinebat in inſula peculium ad Conſtantinum fratrem ſecundum pacta conventa devolveretur, nihilominus ei Boſtitzam cum locis adjacentibus donavit. Et ex alia parte quæcunque ad occidentem ſolem occurrunt, circa montem altiſſimum Taygetum, * caſtellum, Leuctrum, ſive Marinam (quæ olim Cetaria vocabatur) & omnem illum tractum uſque ad Pylum, quæ Itilus dicitur. Ex alio tractu caſtrum Zarnatium, Gaſtritzam, Diaſeſtum, Mele, Dyrachium, Polianum cum locis finitimis. Inſuper omnia oppida & caſtella ad ſinum Meſſeniacam, ubi per medium labitur omnibus odioſus ille fluvius. Hæc tutoris jure vendicabat, quæ Nicephori Meliſſeni magni Protoſtratoris fuerant; quem propter multiplicem prudentiam, & ingenii celeritatem, dexteritatemque ſummam ad res novas quas liberet diſerte perſuadendas etiam Meliſſurgum cognominabant. Et erat viri illius admirandi (Nicephori Cæſaris Meliſſeni nempe) nepos longo ordine: filius autem Leonis Sebaſtocratoris Meliſſeni, & dominus jam pridem atque Exarchus munitiſſimæ Ithomes, cui etiam Meſſenæ nomen fuit, & totius ſinus Meſſeniaci. Idem poſt obitum uxoris fuit Metropolita Adrianopolis deſignatus, communi utilitate multis & neceſſariis de cauſſis id poſtulante: tametſi mors intempeſtiva eum rapuit, atque ita res effectu caruit. Et quoniam complures haſce cauſſas copioſe diſſeruerant, ego illis ſuperſedebo. Cauſſa autem hujus præfecturæ ſive tutelæ, quod ad Theodorum attinet, talis fuit. Quem nominavi Nicephorus Meliſſenus filium habebat, Nicolaum vocabulo; eum e ſacro fonte ſuſceperat Theodorus. Dum igitur filio adhuc trimulo ad manſiones non materiatas tranſmigrat, teſtamento condito, eum dominum, & ſimul Theodorum pueri tutorem inſtituit; omnium, inquam, facultatum ſuarum, mobilium immobilium: eum hac conditione, ut ſi filius & hæres ipſius ſine hæredibus decederet, omnia oppida, vici, loca, caſtella Theodoro cederent, ſive ea extra, ſive intra Peloponneſum eſſent. In Peloponneſo erant Androſa, Clamata, Mantinea, Janitza, Pidema, Mane, Niſis, Spitalis, Grempe, Aetus, Neocaſtrum, Ithome (quæ nunc Meſſene dicitur) Archangelus, Saniaurus, Joannina, Ligudiſta. Extra Peloponneſum Magna Aenos, & ejus vicinia tota: vici nimirum & loca uſque Peritheorium, quæ ego miſſus recepi. Ut plurimum autem quoſdam de genere Meliſſenorum etiam *στρατηγοπάλαι*, duces cognominarunt, & in deſcriptione temporum Meliſſenos duces inſcripſerunt, ob cauſſam hujuſcemodi. Alexium Cæſarem Meliſſenum, qui Conſtantinopolim a Latinis aſſeruit, hoc nomine propter matrem ejus afficiebant. Ex eo iſtuc cognomentl quibuſdam de familia illius perpetuo manſit. Nicephorum vero & magnum Protoſtratorem, & Meliſſurgum appellabant. Supradictam procurationem etiam Leo Francus, Theodoro ita volente, ad tempus geſſit. Deinde etiam fratri Conſtantino cum omnibus privilegiis donavit: hoc eſt, ſi legitimus ille hæres ante moreretur, quam in tutelam ſuam perveniſſet, omnia hujus præfecturæ Conſtantino cederent.

Georg. Phranz.

CAPUT III

Mors Andronici filii Manuelis. Conſilium Conſtantini de Patra incolenda. Patrenſium Cleri, & vulgi in Conſtantinum voluntas. Præfecti inſtituuntur. Deliberationes, & machinationes de Patra occupanda. Patrenſes mittunt exploratores, & ad urbem tutandam viriliter accinguntur.

EOdem anno, quarto die Martii e vita diſceſſit Deſpota Andronicus, qui per divinum & angelicum habitum dictus eſt Acacius, & in monaſterio Pantocratoris, ubi degebat eſt conditus. Occulte autem Conſtantinus de Patris petendis conſilium ſuum mecum communicavit, quibus potiti in Peloponneſo maneremus, & locas quem habebat ad Maurothalaſſum (*pontum Euxinum*) fratri ejus Imperatori relinqueretur. Quod ſi nos Patræ fruſtrarentur, Conſtantinopolim reverteremur, & ipſe quidem dotis uxoriæ caſtra, quæque ad pontum Euxinum ſunt, retineret: a fratre autem Theodoro ſibi donata, & omnia ad ſinum Meſſeniacum, quæ nomine tutelæ Meliſſeni adminiſtrabantur, Imperatori redderentur, quando illi videretur. Secutum eſt porro, quod clandeſtino conſilio inter nos agitatum confirmavit. Nam cum Boſtitzæ Patram tranſiremus, ut Glarentzam, & Chlomutzam abiremus, ubi etiam regina morabatur, Andronicus Laſcaris interim arbiter ad magiſtratus Patrenſes ſuper quibuſdam negotiis miſſus, cum ibidem aliquandiu hæreret, partim principes ſacerdotum, partim profani, & privati eum convenerunt ſuper eo, ſi dominus ejus velit, ſe modum ac viam inventuros, qua ſe in urbis poſſeſſione collocet. Ubi Laſcaris inter alia, ſecreta hæc Patrenſium renuntiavit, rejecta ſunt, ut qui impoſſibilia, & ſupervacanea nuntiaret. Idem itaque ad Ithomen & Andruſam, alii præterea viri primarii ad caſtra finitima pro Præfectis regenda miſſi ſunt. Quin etiam e proceribus domus ejus præcipuus, Alexius Laſcaris Boſtitzæ gubernator creatus, ibique relictus eſt. Pertranſit igitur, ut ſignificavi, Conſtantinus mecum ſolo, in re Patrenſi adjutore & conſiliario. Cumque Glarentzæ eſſemus, ſæpius ſcripſimus ad eos qui cum Padiate (*præcipui magiſtratus nomen videtur*) egerant: illique frequenter nobis reſcripſerunt. Veruntamen judicabamus ea fieri non poſſe, id quod tempus docuit. Tandem conſtituimus, nocta ambulantes, in locum ad fines Patrenſium nos conferre, qui Vineta nuncupatur, ad tres veteres Eccleſias: eodem ſe conferrent homines illi, & quæ ſcripſiſſent, latius coram exponerent: ac ſi quidem eſſent ejuſmodi, ut fieri poſſent, fierent: ſin autem, fortunæ nos permittentes, aperte ad oppidi obſidionem graderemur. Scripſimus item mandata ad omnes in circuitu Ithomes, & Andruſæ, & ſinus Meſſeniaci, & intra & extra agrum illum, ut primo die Martii ejuſdem anni cum armis, manuque militari non exigua ditionis ſuæ quilibet adeſſent, & ita inſtructi locum Principis tranſirent, occurrerentque, & novum dominum in ſinum Meſſeniacum, & adjacentia venientem ſuſciperent. Idem Alexio Laſcari Boſtitzam ſignificatum eſt. Ubi affuerunt, haud viam circa Aſum, ſed eam, quæ eſt a ſiniſtris tenuimus. Mirari omnes, percunctarique inter ſe, quonam proficiſcerentur. Sub galli cantum ad condictum locum venientes mortales illos invenimus. Quos cum animadverteremus inefficaces, & polliceri quæ præſtari nequirent, dimiſimus. Mane conſultatione habita

quonam facto opus eſſet, decrevimus, uti miles ad ſuburbanos, & quotquot illic domicilia haberent Hebræos capiendos diſcurreret. Cum iſtuc multis de cauſſis placuiſſet, ecce oppidani nos videntes, quid hoc rei ſit dubitant; nihil enim hujuſmodi opinione præceperant. Unum e magiſtratibus, & alium Canonicum, nomine Marcum, cum alio quodam, ex aliis percunctatum mittunt, qui ſint qui veniant, & quam ob cauſſam. Poſtquam igitur nos eſſe, oppidumque a nobis quæri cognoverunt, ſeu conditione, ſeu alio quocunque modo poſſemus, feſtine reverſi, tubis canunt, arma bellica expediunt, & univerſi, quique intra, quique extra mœnia erant, ad vim arcendam concurrunt. Nos ſequenti luce oppugnationem ordimur.

CAPUT IV.

Ramos geſtant milites die Palmarum. Equites eruptione facta repelluntur. Conſtantinus fugit: equa ex icta teli lapſo, a Protoveſtiario contra hoſtes defenditur. Idem Protoveſtiarius cumequo vulneratur. Capitur, in turrim compingitur, vinculis arctatur, habeturque peſſime.

POſtridie, quoniam palmarum celebritas incidebat, myrti ramos amputamus, quos manibus geſtat totus exercitus, progreſſique caſtri portas adorimur. Die Martii 26. poſt officium magni Sabbati, ſive divinam myſtagogiam, a prandio in tentorio domini noſtri conſidentes, varios ſermones miſcebamus, cum repente aliquot equites per portam, cui nomen Hebraica & Zeugalatia, erumpunt. Iidem mox repulſi, per portam littori oppoſitam refugiunt. Ad eam omnes incolæ ab arcubus, ſclopis, gladiis parati viſebantur. Statim igitur Deſpota, & ego, antequam illi nos perſequerentur (quoniam caſu equi noſtri parati erant) juxta portam viæ, quæ ad S. Andream ducit, occupamus fugere. Tum Patrenſis quidam ſagitta equum Conſtantini figit, qui mox humi collabitur. Hoſtes ipſum aut capturi, aut occiſuri accurrunt: ſed a me defenditur. Ac ille quidem equo ſe expediens, pedibus fugam carpit: ego adverſum hoſtes decertans, cujuſdam Satmetelli filium capio. Vulnera habebam ego & equus ſane generoſiſſimus, qui defectus viribus concidit. Collapſus igitur ſub me equus, & multis plagis affectus, in poteſtatem venit; me abductum in turrim domus tenebroſæ conjiciunt, ubi formicæ, & gurguliones, & mures; quondam enim apotheca, ſive granarium fuerat. Brachia & pedes vinculis conſtringunt, catenaque graviſſima, & ſolida ad palum in terra defixum alligant, in quali cuſtodia parum bene dormivi, propter plagas, vincula, & alia a me indicata illius incommoda acerbe vitam exigens.

CAPUT V.

Thomais Aſiatica mulier Conſtantinopolim ducta, a ſorore Cabaſilæ educatur. Cum ea Theſſalonicæ monaſterium S. Theodoræ incolit. Palæologinæ laus. Cypriani cujuſdam uxor fit monacha, Thomaidi ſubeſt, vitam ſancte traducit. Monaſterium Cypriani Conſtantinopoli. Thomais Lemnum abit. Ejus & ſociarum paupertas Conſtantinopoli. Augetur ibidem ejuſdem exemplo monacharum numerus. Earum diſciplina rigida. Thomais in quanta veneratione. Pie moritur.

HOc loco de ſanctiſſima Thomaide narrandum eſt. Ex honeſta familia orientis in Aſia progenerata fuit. Quam parentibus orbatam, cognati Conſtantinopolim perduxerant, & ſorori trium Archiepiſcoporum ac fratrum, & Imperatorum, matrique ſapientiſſimi viri Nicolai Cabaſilæ commendarunt, a qua educata, &

A inſtituta eſt. Interjecto tempore Theſſalonicam viſendi Cabaſilæ filii, & fratris Archiepiſcopi cum ea proficiſcitur, abduntque ſe in monaſterium S. Theodoræ, ubi degebat Palæologina, virtutis cultrix, literiſque perpolita fœmina: quam ego venerabilem dominum Manuelem ſæpenumero multis laudibus prædicantem audivi. Ejuſdem non paucos Canonas vitæ ſpiritualis; inque S. Demetrium, & alios cœlites poemata legi. Habebant autem ſecum ſanctam quoque Thomaidem, quam ad virtutis & literarum diſciplinam erudiebant. Cum inſtaret ipſis vivendi finis, eidem quæ habebant omnia, una cum uxore Cypriani reliquerunt. Ea mulier importunam & aſperam viri ſui naturam non ferens, ad nominatum a me monaſterium profecta, inter monachas nomen dederat. Poſtquam igitur

B illæ diem ſuum obierunt, rurſum earum qua facultatibus, qua vitæ hæredi, Thomaidi ſcilicet, & omnimodis virtuti ac ſanctimoniæ ſubjicitur, & hujus ſubjectionis ſuæ curſum præclare uſque ad obitum conficit. Cypriani conjux, inquam, erat hæc, qui Conſtantinopolim venit, & monaſterium ſub nomine gemini Theodori conſtruxit, quod Cypriani cognominatur. Theſſalonica ab impiis (Turcis) occupata, ſancta Thomais cum alumna ſua Cypriani conjuge in Lemnum diſcedit, ut inde Conſtantinopolim redeat. In Lemno avus meus per id tempus erat, cum uxore & liberis. Maxima igitur natu filiarum ejus cernens ſanctam hanc fœminam, & virtutem ac ſermonem ejus obſervans, valere juſſis parentibus, fratribus, ſororibus, & quo cum conjuncta fuerat marito, atque liberis, Theſſalonicam diſcedit, & monachis adſcribitur. At-

C que ſub imperiis hujus ſancte vivit. Inde hæ tres, & ſolæ Conſtantinopolim emigrantes, principio in monaſterium Cletenæ appellatum venerunt. Cum autem fama ejus virtutis (Thomaidis puta) ſanctitatis, & exercitationis divinarum ſcripturarum ad Imperatoris, & Patriarchæ, univerſæque civitatis aures perveniſſet, Imperator aliud ei, & majus, ſalubriuſque monaſterium attribui juſſit. Patriarcha vero in fœminas ejus ſe diſciplinæ volentes ſubmittere, ſpirituale imperium illi conceſſit. Cives autem poteſtatem liberam quærendis vitæ neceſſariis. Nec enim illis erat vel aurum, vel argentum, nec aliud quippiam, niſi opus manuum, & divina per magiſtratus providentia. Cum vero non ita amplum domicilium ad habitandum accepiſſet, ad vitam ſub ejus obedientia agendam a-

D deo multæ confluxerunt, ut ſedes illa non omnes caperet, & in monaſterium Libis, & Dominæ Marthæ, denique in plus duodena monaſteria ſuſciperentur. Et paupertatem ejus, obedientiam, caſtitatemque, & quidquid demum Deo gratum præſtaret, imitabantur. Ac cives jam non *ſancta*, ſed *ſanctæ*, dicebant, & nomen ipſum hoc *ſanctarum* in ore habebant; earque monachis illis fœminis communis cibus, communis veſtitus, & nihil poſſidere proprium, nihil, etiam modicum, vel ad communem, vel ad privatam utilitatem facere, niſi conceſſum foret ac permiſſum. Ingrediebantur item ſine calceamentis, exiguo victitabant alimento, vilibus ſtratis humi cubabant. Cætera quæcunque cum virtute fieri conſtat, & ab illis præſtita ſunt, ſupervacaneum eſt commemorare. Similiter ad ipſam ſanctam

E & ſpiritualem matrem concurſum, & viſitationem Imperatorum, Imperatricum, principum virorum fœminarumque, quarum aliæ benedictionis, aliæ ejus ſalutandæ, & precibus ipſius ſeſe commendandi gratia ventitabant, quis hæc, inquam, & virtutem illius pro dignitate declaraverit? Ubi annos ſuos ita præclare exegit, & Deus ſanctimoniam ejus multis rebus demonſtravit, tandem mors ei pretioſa in conſpectu domini obtigit, & e rebus humanis exivit. Aliquot enim diebus cum leviter ægrotaſſet, & mo-

nachas communiter ad perfectionem hortata eſſet, ſororem matris meæ, quæ in ejus integritate imitanda, & ſubjectione prima erat, & omnia in cella illius procurabat, in locum ſuum deligit. Deinde pro conſuetudine ſedit, oculis clauſis os ad Dei laudes, & gratiarum actiones ſemper movens. Servabat enim plane ſancta hæc, quod a patre aurea verba fundente dicitur. *Ne contentionem, & magnitudinem vocis noveris (clamor enim ſanctos haud decet) verum attentionem, & intelligentiam mentis, & fervorem animæ, & perpetuitatem precationis, ſecundum quam etiam tacentes Deus audit.* Sancta igitur, cum nec eſculentum, aut poculentum quippiam accepiſſet, nec locata quidquam eſſet aliud, præterquam cum ſacerdote, qui ad eam divinis myſteriis impertiendam quotquot diebus accedebat, manus & oculos in cœlum tollens, & veniam delictis petens, accepit. Quin etiam Imperatori Joanni, & Deſpœnæ, & aliis ipſam frequenter inviſentibus, & qui tum propter ultimas ejus preces inviſebant, viris & fœminis illuſtribus, & probatis hieromonachis, & Deo conſecratis virginibus veniam annuebat, preceſque pro illis faciebat. Atque ita cum perduraſſet diebus ſeptem, ad dominum abiit, & ſepulturæ mandata eſt honorifice, omnibus propemodum hieromonachis, vocatis non vocatis, & illuſtribus utriuſque ſexus concurrentibus. Hæc ita ſunt, & vere ſe habent.

CAPUT VI.

Somnium Protoveſtiarii, & liberatio e carcere. Qua conditione Patrenſes cum Conſtantino amicitiam pepigerint. Protoveſtiarius ſqualore pene confectus, humaniſſime, & cum multis laudibus a Conſtantino accipitur, & donatur.

CUm jacuiſſem in carcere diebus quadraginta, adeſſetque lux dicata memoriæ magni martyris S. Georgii captivorum liberatoris, ſupplicitet eum rogavi, ut nominis conſors, & cultor ejus a puero, vinculis me eriperet. Tum ſomno correptus, viſus ſum mihi ad pulcherrimum templum, ejus nomine in Manganis ædificatum, & inde appellatum conſiſtere, habereque pateram in manu, & vincula in pedibus, ac tranſeuntem forte Imperatorem, at Eccleſiæ ſacris intereſſet, obſecrare, uti me catenis levaret. Ingreſſo jam Imperatore in Eccleſiam, reverſus unus de proceribus ſic me compellavit. Imperator, & dominus noſter juſſit te vinculis iſtis ferreis abſolvi; id quod etiam Domina noſtra Deſpœna, & omnes nos eum rogavimus. Et ecce circa matutinum noctis ejuſdem, hora conſueta, turris præfecti, & fabri catenis me capediunt, & excuſant ſe mihi, ajuntque, non hoſtili odio tam parce ac maligne victum præbuiſſe; ſed quæ meliora darent, non habuiſſe. Poſt biduum adſunt iterum, meque de lytro interrogant. Ego per literas dominum meum oravi, mitteret viros honoratos, qui de conditionibus liberationis meæ tranſigerent cum his, a quibus captivus detinebar: id quod factum eſt, & compoſita amicitia caſtellum Saraboie ei tradant, hoc pacto, ut domum ſuam apud Glarentzam recedat. Et, ſi quidem per Majum venerit Metropolita & Dominus ipſorum, faciat quod ei libuerit: ſi non venerit, Patras illi dedant. Utrinque igitur dictis ſacramentis, & quinto Maii Sarabole accepto, Sclabitzam uſque, & fines Terioli ſe removit. Propter me autem adducendum Joannem Rhoſotanum miſit: me enim ſalvo & libero, quæ acta eſſent, tum demum rata fore exiſtimavit. Liberatus igitur, ſalvus quidem, ſed propemodum ſemimortuus redii, ubi Conſtantinus morabatur: qui me multo cum gaudio, & dolore vidit. Hoc, quia mortuo quam vivo apparebam ſimilior: illud, quia libertatem

A receperam, multaque ad laudem & conſolationem meam prolocutus eſt. Poſtquam abii in tentorium meum, in muneris loco pretioſæ veſtes, cum tiara Theſſalonicenſi, & gladio auro gemmiſque conſpicuo, & nummum aureorum tribus millibus mihi oblatæ ſunt.

CAPUT VII.

Nuntius infauſtus de Patra. A Conſtantino reſponſum. Conſtantinus cum fratre Patram tendit. Camenitzæ claves oblatas recuſat. Incolæ S. Andreæ eundem auguſte venerantur. Factio Metropolitæ ut hoſtem e ſuperiore loco appetit. Indigenæ ſacramento ſubjectionis ei ſe adigunt. Protoveſtiarius oppidi Præfectus renuntiatur.

B POſtridie Glarentzam contendimus. Ecce autem paucis poſt diebus quidam ex Ameræ optimatibus narrat nobis, Patram Ameræ factam tributariam. Abſtineret proinde obſidione illius & abiret: alioqui contra ſe exercitum miſſum iri. Reſpondit Conſtantinus in hæc verba. Atqui nos audieramus, velle ipſam ſe tradere Catelanis. Quare mihi conſultum non eſt viſum, nos communes fratris mei magni Ameræ, noſtroſque hoſtes tale caſtrum ſive oppidulum in medio finium noſtrorum occupare perpeti. Itaque ne iſtuc fieret, & ut negotium impediremus hoc iter ſuſcepimus. Et ecce, ſublatis ſarcinis domum nos recipimus. Propediem navigandi dabitur occaſio, quæ ad fratrem meum magnum Ameram hunc illuſtrem virum (me autem oſtendebat) mittam, qui illi etiam alia multa inter nos agenda exponet. Turca his auditis, & mu-

C neribus amice affectus, læto animo diſceſſit. Ubi dies præſtituta illuxit, nec Metropolita venit, Kalendis Junii ejuſdem anni Patram movemus. Per eoſdem dies & Thomas Deſpota Principis Centerionis (cujus etiam poſtea factus eſt gener) oppidulum Chalatritzam obſidebat. Conſtantinus porro, & frater Theodorus itinere verſus Patram pergentes, Camenitzam diverterunt. Joannicius igitur Balotas de Principis illius optimatibus ubi hoc didicit, ambos dominos adorandi ſacram petivit, & illico veniens claves oppidi profert, eaſque Conſtantino tradens ſupplicit: oppidum illud proprium eſſe domini ſui, & æque generi, ut ipſe ſit (etenim Principis filius ante ſororem reginæ, dominæ Theodoræ legitimis nuptiis ſibi conjunxerat) eamque ſibi mandaſſe, ut majeſtati ejus id dederet. Reſpondet

D Conſtantinus. Ita ſe res habet, locus iſte affinis mei eſt, at non fratris mei, qui mihi eſt germanior, quique pluris me facit, quam ut quidquam meum contra me occuparet: ſicut quæ mea ſunt, ſi ab ipſo & domino tuo occuparentur, injuſte tenerentur. In præſens igitur ſi oppidum accipio, inter me fratremque meum diſſidium exoriri neceſſe eſt, quod ne magnæ quidem rei cauſſa, nedum tantillæ fieri oportet. Sed ipſum conveniens, quod potes effice. His auditis oravit, uti placate, & citra damnum urbem iniret. Juſſus ego una perrexi cum manu militum. In itinere in Thomam Raulum incidimus, is facile ſe poſſe Joannicium Legatum a me diſtrahere ratus eſt, quo rem in diſcrimen turbarum & litium inter fratres deduceret. Tamen Deo favente illum ſalvum reſtitui domum.

E Reverſus, Conſtantinum in templo ad ſepulchrum S. Andreæ (qui primus vocatus eſt ad apoſtolatum) ſalvum & incolumem juveni, quarto die Junii ad veſperam. Die quinto ejuſdem, mane, dominica, omnes oppidi primores, & plebs univerſa egrediuntur, & ad templum, de quo dictum eſt, progreſſi, Deſpotam & dominum meum venerabundi ſalutant, eique claves oppidi porrigunt. Et ita lætitia maxima pars utraque, & domini mei, inquam, & oppiduli, illi equeſtres, hi pedeſtres, quilibet convenien-

tet ſtatui ſuo procedant. Introeuntes, uſque ad ædiculas juxta templum S. Nicolai progredimur, tota via cooſtmta omnigenis floribus & odoribus, cum e domibus ioſupet undique dextra lævaque aqua roſacea, & roſæ, & odorifera folia ſpargerentur. De ſummo autem caſtelli, ſive arce tzangris (*genus arcus, aut teli eſt*) petebamur quidem infeſte: ſed non lædebamur tamen. Nam qui a Metropolita ſtabant, caſtellam tenentes, præterea palatia juxta ædificata, Præfecti annonæ, & ſacrati viri, ſperabant, ubi Metropolita rediiſſet, ejus auctoritate oppidom, quod & prius obtinebant, recepturos. Poſtera luce nobis, totaque civium frequentia in æde D. Nicolai congregatis, concepto ſacramento ſe Conſtantino fideliter ſubjectos fore ſpoponderunt. Deinde me Præfectum & gubernatorem ſuum decerni popoſcerunt. Quibus ille, & ſe hoc meritis meis admodum debere, & eorum petitioni libenter conceſſurum reſpondit.

CAPUT VIII.

Protoveſtiarius cum duobus Turcis Legatis ad Conſtantinum redit ex itinere. Metropolita Patrenſis de re Patrenſi certior fieri ſtudens, Naupactu ſuccedit. Protoveſtiarius ibidem uno diem amplius manſerit. A Præfecto urbis convenitur, & cum vulpe vulpinatur: qui aſtus fabella quadam declaratur. A Legatis vino ſepultis litteras aufert. Quid reſponſum ab Amera. A collega ut inutilis, & damnoſus reprehenditur.

OCtavo die ejuſdem Menſis Junii Naupactum diſcedens, ut ad Imperatorem primum venieos, de rebus apud Patram tranſactis ei oarrarem, deinda ultra cum illuſtri illo ad Ameram proficiſcerer, ad diem quartum in templo S. Aodreæ moram traxi. Tam improviſo Turcæ duo Naupacti adſunt, unus ab Amera, alter a Turachane, nuntiantes cum imperio, ne Patram in ditionem noſtram acciperemus. Qui mecum revertentes, tale a Conſtantino reſponſum referunt. Quoniam præſens hic de nobilitate noſtra ad fratrem meum magnum Ameram proficiſcitur (hæc autem cum illis diceret, me oculis deſignabat) ut ille mandaverit, ita faciemus. Sic recedentes, apud Naupactum conſiſtimus. Antequam porro diluxiſſet, ecce tibi illic adeſt veterum Patrarum Metropolita Pandulphus Malateſta, triremi Catelanica ſeu Hiſpanica advectus. Suæ namque diœceſeos inſulas dum rerum ordinandarum gratia obit, medio itinere, ut oppidum Deſpotæ traditum audivit, curſum per ſinum illum proxime terram Ætolicam flexit, Naupactumque urbem Ætoliæ, ut factum explorare cognoſceret, devenit. Rogavit igitur me quoque, ut in craſtinum illic manerem. Quod illi duabus de cauſſis promiſi: una, ut indicarem domino meo quod contigerat, quod id ex me primum ſciret: altera, ut Metropolitæ ſcopum atque conſiliom diſcerem. Ob haſce duas rationes cum illo manſi; Interveniente autem Becatdo Cello Naupacti Adminiſtratore mutuum cognovimur; quem intuitus ſum admirans, ita per omnia Sidæ Metropolitæ imaginem gerebat. Accumbimus ſimul, & confabulamur. In ipſa autem confabulatione conatur expiſcari, cur nam mihi iter ad Ameram ſuſceptum ſit. Ego viciſſim ex illo quæro, quid ipſe de rebus adverſus Patram geſtis ſentiat. Cumque alter ex altero elicere nihil poſſet, accidit nobis perinde ut quæſtuariis quibuſdam mercaturam facientibus, quorum alter onus portabat, pro ſerico, maris * alter pro pipere lentiſci baccam aridam. Cumque ſibi forte occurriſſent, quæſierunt viciſſim, quidnam mercium portarent. Unus ait, ſericum porto; alter, ego piper. Et uterque deludere alterum cogitabat. Atque ita conſenſu merces permutant, & uterque ignarus alterius onus accepit, feſtinatoque gaudinntur ambo, ut cum longius invicem receſſiſſent, machinatio manifeſta ne fieret. Diverſi cum abiiſſent, & longo jam intervallo diſtarent, apertis ſarcinis quod quærebant haud repererunt. Tale quid nobis etiam ore venit. Deinceps Metropolita Turcis, ab Amera, & Turachane miſſis, qui nobiſcum erant, ad dominos eorum, a quibus miſſi venerant litteras dedit. Ac mihi vehemens inceſſit ſuſpicio, ne forte oppida quædam, aut vim pecuniæ illi promiſiſſent, ſi ſe in Patris recipiendis adjuvaret. Nec ſuſpicari deſtiti, donec intelligerem, quid eæ litteræ continerent, multumque in eo laborans, & invitaus eos, inebriavi largiſſime (quanquam repugnantes) cum una potarem, parumque abſuit, quin vino ſepelirer. Eo demum ebrietatis proceſſerunt, ut epiſtolas illas ab eis auferrem. Quas ut legi, tranſcripſi, rurſumque obſignavi, & reddidi. Poſtquam in urbem (Conſtantinopolim) veni, Marcus Palæologus Jagrus, qui & poſtea Protoſtrator creatus eſt; tunc Protoveſtiarii dignitate fungebatur, legationis ſocius mihi adjungitur. Ac pro eo ut me juvaret in negotio, cujus ergo veneram, neſcio qua de cauſſa factus eſt prævaricator; niſi quod invidia utilitati honorem habere non conſuevit. Simul itaque ad Ameram profecti, reſponſum abſtulimus, uti Patram iis quorum fuiſſet reſtitueremus. Ego igitur ad principem conſilii Ameræ, nomine Braem Baſſam, ajo me hujuſcemodi reſponſum referre ad dominum meum non audere. Verumtamen quandoquidem ad Magnum Ameram ille me miſiſſet, ipſe quempiam mecum juberet abire, qui Ameræ decretum renuntiaret. Quam petitionem approbans, prudenter, inquit, commodeque dixiſti. Jagrus autem calumnians me, pro inepto habebat, quique ad nihil niſi ad damnum parandum valerem. Ego vero Deo bene volente hoc effeci, venitque mecum ab Amera legatus. Atque hæc prima cauſſa fuit, quare Patrenſe negotium maturetur.

CAPUT IX.

Caroli dynaſtæ obitus. Sponſalia Thomæ Palæologi cum filia Principis Zachariæ Centerionis. Regina Theodora ſpiritum finit. Nuptiæ Thomæ. Protoveſtiarius ad diſſidium componendum advocatur. Capitur, & venditur. Imp. Ameram ab obſidione Theſſalonicæ conatus revocare, ſurdo canit. Conſtantinus Patram ſubigit, Catelani Glarentzam, quam ei vendunt. Legati Joannis Imp. a Papa redeunt. Protoveſtiarius Præfectus Patrenſis decernitur. Macarius moritur. Ejus elogium. Muri Iſthmi evertuntur. Patræ peſtilentia conflictantur.

EOdem menſe Julio ejuſdem anni Carolus Deſpota apud Joanninam inter mortales eſſe deſiit. Anno autem mundi 6938. Domini 1430. menſe Septembri, Deſpotæ fratres Thomæ, connubium inter ipſum & filiam Principis Aſanis Zachariæ Centerionis conciliarunt; quo menſe ego Lariſſam ad Turachanem reverti, & Patrenſem controverſiam ad finem perduxi, omninoque compoſui. Menſa Novembri deinceps Regina Theodora Stameri e vita exceſſit, ingenti deſiderio tum cum marito, tum nobis omnibus domeſticis propter eximiam morum probitatem relicto. Corpus in æde quadam ſacra apud Glarentzam ad tempus conditum, poſtmodum Spartam in monaſterium *ζωοδότου vitæ datoris* delatum eſt. Et menſe Januario ejuſdem anni Dominus Thomas ſollemni ritu Catharinam dicti Principis filiam Spartæ uxorem duxit. Die Martii viceſimo ſexto, die & hora, qua me Patrenſes comprehenderant, pro legato, rogatu Caroli Deſpotæ, domini mei affinis (fratris quippe uxoris ejus Theodoræ) & germanorum ejuſdem, Herculis, & Memnonis, in deſpotatum veni,

ut eos diſſidio laborantes in concordiam reſtituerem. Convenerant quippe, & jurarant, ſi quid vir Princeps a Conſtantino miſſus (ego videlicet) de litibus quas haberent decerneret, ſe id ſimul firmaturos. Cum itaque prope S. Mauræ inſulam veniſſem, a Catelanis cum quibuſdam aliis, & rebus magni pretii captus ſum. Ubi aliquandiu me retinuerunt, in Cephaleniam abduxerunt, ut videlicet Neapolim proficiſcentes. Tandem Glarentzam reverſi ſumus. Me porro & comites, quinque aureorum millibus vendiderant. Quo tempore (menſe Martio videlicet) etiam Ameras Amurates Theſſalonicam obſedit, quam tum Veneti tenebant. Miſit Imperator Legatos Protoſebaſtum Nicolaum Choniaten, & Francopulum Protoſtratorem, qui hæc ei renuntiarent. Pace & amicitia vigente inter eos, non licere ipſi obſidere quæ amici eſſent. Reſpondit Ameras. Vera dicere illos. Si iſtuc de rebus Imperatoris eſſet, non invaſurum fuiſſe; &, ſi invaſiſſet, dimiſſurum. Verumtamen conſtare omnibus, & ipſum quoque Imperatorem fratrem ſuum non latere, jam pridem Theſſalonicam cum locis adjacentibus omnibus, ut peculium ab Andronico venditam eſſe Venetis. Nunc in medio utrorumque imperii Venetis relinquendam non eſſe. Atque ita menſe Aprili ejuſdem anni inclytam Theſſalonicam armis ſubjugavit. Conſtantinus, menſe Majo ejuſdem anni oppidulum Patram in poteſtatem redegit, quem ad id peſtilentia intus ſæviens, & aliarum rerum incommoda afflictioneſque civium adjuverunt. Decimo ſeptimo Julii, Catelani Glarentzam obtinuerunt. Quam aliquandiu retentam, duodecim aureorum millibus domino meo vendiderunt: qui non ita multo poſt tota mœnia inſtaurari juſſit. Eodem præterea menſe ab Imperatore Joanne ad Papam Martinum legati redierunt, Marcus, inquam, Jagrus, & Stratopedarcha, & Magnus Protoſyngelus, & venerandæ baſilicæ Præfectus in monaſterio Pantocratoris, & hieromonachus ac ſpiritualis pater ejus Macarius μακρὶς, id eſt, longus, vir & eloquentia, & virtute animi, & intelligentia præſtantiſſimus. Hi in Peloponneſum profecti, Thomam, prout ſtatuerat Imp. Deſpotam ſeu Principem inſtituerunt. Anno 6939. Chriſti 1431. Præfectura Patrenſi cohoneſtatus ſum. Ejuſdem anni menſe Octobri Beglerbegas Turca, nomine Sinanes Joanninam, & ad fines ejus diſceſſit. Et viceſimo ſexto Martii, die & hora eadem, qua narrata mihi acciderunt, per litteras domini mei, Boſtitza ſcriptas, triſtem nuntium accipio, nempe præteriti Januarii die ſeptimo ex hac luce peſtifera lue amicum meum optimum Macarium, qui & μακρὸς vocabatur, ſublatum eſſe. Qui quanquam oculis Patriarchæ ſuperbis & inſatiabilibus, & cordi illius fero, & agreſti hæreticus haberetur, tamen oculo omnipotenti ſemperque vigili, & in veritate judicanti orthodoxus erat. Qui quodam tempore Conſtantinopolim a ſancto monte reverſus, me auctore & adjutore monaſterium Pantocratoris regendum accepit, quod omnes norunt. Et auxilio quidem primum omnipotentis Dei, deinde ſtudio & diligentia utriuſque noſtrum monaſterii illius rationes præclariſſime ac decentiſſime conſtitutæ ſunt. Exeunte vere ejuſdem anni Turachanes venit, muros Iſthmi rurſus dejicit, & Patre Peſtilentia multos abſumit.

CAPUT X.

Legatio Protoveſtiarii. Ditiunculas Conſtantinus & Thomas permutant. Mors Cleopæ reginæ. Rurſum triplex legatio. Imprudentia puerorum Deiparæ templum Conſtantinopoli incenditur. Antonii Comneni Dynaſtæ abitus e vita. Mariæ illuſtriſſimæ fœminæ dos, & patrimonium, a qua locorum quorundam commutatio petitur. Turachanes Turcicus Satrapa Thebas capit. Conſtantinus Venetas triremes expectat. A Turachane reſponſum. Incommoda apud Euripum noctu a Conſtantino & ſociis tolerata.

Die primo & viceſimo Januarii, anni 6940. Chriſti 1432. ego Legatus ad Imperatorem (a quo tum Protoveſtiarii dignitate ornatus eram) & ſimul ad Ameram mittor. Quo anno, menſe Martio etiam permutatio locorum inter duos fratres & Principes, Conſtantinum, & Thomam facta eſt. Quorum ille ad Calabrytam & vicina quæque: hic Glarentzam, & circumjecta loca diſceſſit. Anno 6941. Chriſti 1433. domina Cleopa, filia Malateſtæ, uxor Theodori Deſpotæ Porphyrogennetæ vitam finivit, & in monaſterio ζωοδότου ſepulta eſt. Anno 6942. Chriſti 1434. die Januarii ſeptimo rurſum legatione ad Antonium Comnenum, Athenarum dominum, nec non ad Ameram, & ad Imperatorem denique functus ſum: cujus menſis die viceſimo nono, noctis hora tertia, pueri quidam nobiles templum in Blachernis Dei matris nomine ædificatum, templum illud pulcherrimum, ſacratiſſimum, & miraculis nobilitatum incendunt, quoſdam pullos columbinos comprehendere laborantes. Quod quidem templum Conſtantinopoli in littore prope ſinum ceratinum eſt poſitum. Hoc cum eſſemus Conſtantinopoli, audivimus. Diſceſſimus Kalendis Februarii hora prima poſt meridiem, feſti dominici, quod ὑπαπάντη (*Purificatio Mariæ apud nos*) dicitur. Ineunte æſtate anni 6943. Chriſti 1435. Athenarum & Thebarum dynaſta Antonius Lantzioles Comnenus naturæ conceſſit. Orante autem conjuge ejus Maria Meliſſena, filia Leonis Meliſſeni ſenioris e patruelibus Nicephori Meliſſeni, cujus ſupra mentionem induximus, ego cum litteris bulla argentea inſignitis, & jurejurando firmatis, & multo milite, miſſus ſum, ut Athenas & Thebas in poteſtatem acciperem, & pro iis alium eidem locum in Peloponneſo darem, in regione Laconica, finitimum iis, quæ ex hæreditate a patre, & dote ſua habebat. Sunt autem regiones, urbes, atque vici infra recenſiti. Aſtrum, S. Petrus, S. Joannes, Platamonas, Meligon, Proaſtion, Leonides, Cypariſſia, Rheomas, Sitanas. Atque ita, ut prope iſta ei locum darem, qualis quantuſque mihi videretur, & ad ſententiam ac voluntatem ipſius. Sed quoniam Tarachanes antevertens Thebas jam obſidebat, quas etiam paucis diebus expugnavit, ego ab Iſthmo re infecta redii, id quod in mandatis habebam. Inveni autem dominum meum Styllariæ triremes Venetorum exſpectantem: quibus in urbem veheretur. Nihil igitur effeci, ut dixi. Conſcenſis triremibus illis, ubi Euripum tetigimus, viſum eſt domino meo mittere me ad Turachanem Thebis morantem, ut ei de Athenis ſignificarem. Is me hilariter excepit, fideique faciendæ ſacramentum addidit, ſi iſtuc ſciſſet, prius quam domo huc profectus eſſet, pro amore quo in Deſpotam eſſet, atque adeo propter notitiam mei, libenter quod peterem facturum fuiſſe; & id potuiſſe, ſiquidem injuſſo magni Domini hoc feciſſet. Nam domi, inquit, plurimas poteram cauſſas, & prætextus invenire, & excogitare: nunc nullam queo. Tractavit autem me humaniter & honorifice, ac filios etiam me venerari adorabundos juſſit, quos

mihi, & Domino meo commendavit; e quibus unus fuit, qui hodie potens, & magnus eſt Ametas. Hoc modo inde nullo effectu rediit. Et quoniam Euripum accolentes, licet inviti, pontem ſuſtulerunt (dies Auguſti 29. agebatur) nos illam noctem extra pontem inter ſaxa manſimus, & multa adverſa a frigore, fame, & petrarum ariditate ac duritie, a timore item latronum, & exercitus Turachanis pertulimus. Equites enim noſtri peregrini erant, quos e Liethro pro mutuis ſumpſeramus. Idque proœmium quoddam malorum fuit, quæ poſtea experti ſunt, qui tunc mecum erant. Conſcenſis itaque mane triremibus, viceſimo tertio Septembris, anni 6944. Chriſti 1436. Conſtantinopolim pervenimus.

CAPUT XI.

Demetrius Deſpota jungitur uxori. Theodorus Conſtantinopolim quare venerit. Conſtantinus in Peloponneſum redit. Theodorus cum copiis ſequitur. Magni bellorum motus inter fratres. Legati Imp. ad arma compeſcenda iterum miſſi. Conſtantinus Conſtantinopolim ex pactis conventis contendit.

Viceſimo quinto Martii ejuſdem anni in urbem (Conſtantinopolim) venit Paraſpondyli Magni ducis filia, vocabulo Zoe, in triremi imperatoria, ad quam adducendam Imperator Manuelem Palæologum miſerat. Eam poſt dies aliquot Demetrius ſacra cum cærimonia uxorem duxit. In eadem triremi venit etiam Deſpota Theodorus, quod in urbis & imperii poſſeſſione fratri propter ordinem naſcendi ſuccederet, quod ei jus Imperator quanquam invito abrogabat; Conſtantinum quippe magis ſecum habere in urbe cupiebat, quod procedens oratio declarabit. Quis vero ſic evenerat, dedit operam, uti in Peloponneſo cum tribus fratribus habitaret. Conſtantinus igitur, & Thomas nitebantur, ut duo alii apud Imperatorem manerent (Demetrius & Theodorus) ipſi duo in Peloponneſum diſcederent. Hinc Junio menſe ejuſdem anni Conſtantinus velut fugitivus, parvo navigio Conſtantinopoli in Peloponneſum maturavit, & ego ad Ameram mittor, uti ab ipſis ſtare velit. Sic diſcedens mihi impoſitum negotium fœliciter tranſegi, & per terram in Peloponneſum reverſus ſum. Inveni autem fratres ac dominos magnis bellorum turbis implicitos. Conſtantinum enim cum triremibus ſecutus eſt Theodorus, ut cum duobus fratribus ſuis decertaret. Et utrinque ingentibus copiis collectis, anno 6945. Chriſti 1437. bellum exarſit, miſſique legati ab Imperatore ad fratres, probiſſimus ille Dionyſius hieromonachus, qui appellabatur Metropolita Sardienſium, & Georgius Dyſypatus. Et hi impetum Martium aliquantum ſedaverunt. Tandem alii legati, Gregorius, inquam, Meliſſenus hieromonachus, & pater Imp. ſpiritualis, qui & Patriarcha Conſtantinopolitanus poſtea fuit, & a nonnullis Strategopulus dictus eſt, & cum eo ruſum Gregorius Dyſypatus & ego, qui eos in amicitiam concordiamque reduximus ſic, ut dominus meus diſcedens, Conſtantinopoli habitaret, Theodorus, & Thomas in Peloponneſo manerent. Et 5. Septemb. anni 6946. Chriſti 1438. a Patra per terram dominus meus ad Euripum nobiſcum abiit, conſcenſaque Venetorum triremi, ab urbe Euripi Eubœa dicta, die quarto & viceſimo Septembris, incolumes Byzantium delati ſumus. Quoniam autem hoc ipſo tempore habita eſt memorabilis quædam diſputatio inter Joannem Imperatorem, & Hebræum nomine Xenum, qui poſtmodum ſacro baptiſmo regeneratus, Emmanuelis nomen accepit, eandem litteris ad poſteros mandare non omittam.

CAPUT XII.

Diſputatio Hebræi cum Imperatore Joanne, & Matthæo Hieromonacho ſuper his capitibus. De partu Virginis. De morte Chriſti voluntaria. Adhuc de partu virgineo, & explicatio loci Iſaiæ. Cauſſa adventus Eliæ, & Enoch ante diem judicii. De Antichriſto. Quatenus Chriſtus mortalis. De deſcenſu ad inferos, reſurrectione, aſcenſione, adventu ad judicium. Judæi ad Chriſtianam religionem tranſitus, baptiſmus, nomen Emmanuel.

PRimum omnium Hebræus Imperatorem ſic interrogavit. Qui tandem Maria Chriſtum generare potuit, cum eſſet virgo? IMPERATOR. Quomodo Adamus Evam citra naturam mulieris, citraque ſemen genuit? Quomodo petræ ſuperficies percuſſa aquas ſcaturivit? Quomodo virga Aaronis fronduit? Quomodo cœlitus manna demiſſum eſt? Quomodo impleta eſt hydria farina? Quomodo in vaſa fictilia Eliſæi oleum manavit? Quomodo Sampſoni e mandibula aqua ſaliit? Quomodo tres pueros incombuſtos caminus ſervavit? Quomodo ſub Moſe petra abſque materia erſit? Quomodo rubus ſub Moſe flagravit, nec conſumptus eſt? Quomodo Elias conſcendens currum igneum exuſtus non eſt? Quomodo Iſaias dominum in throno excelſo, & elevato ſedentem vidit? Quomodo Daniel occultum ſomnium Nabuchodonoſori aperuit? Quomodo cœlum aſtrorum pondus continet, cum non ſuſtentetur? Quomodo nox diem genuit, & gignit? Quomodo lumen ſolis totum mundum illuminat? Hæc mihi ſi explicaveris, te etiam virginis partum putabo aſſequi poſſe. Verum tu nec illa, nec iſtum comprehendis. HEBRÆUS. Si non coactus, ſed ſponte ac volens mortuus eſt Chriſtus, ut aſſeris, merito ſuipſius interfector, & idcirco inferni pœna dignus exiſtimetur. IMPERATOR. Magnum eſt, Xene, inter hæc duo diſcrimen: nec mirum, te hoc quoque ut alia ignorare. Interfector enim ſui jure dicatur, qui ſemet ſua manu occiderit; non qui propter charitatem in amicos ſibi non parcit, eorumque cauſſa mortem ſubit. Talis enim non homicida ſui, ſed ſincerus amicus nominari debet, qui ſemetipſum pro dilectis tradit, ut eos, ſi ita poſſit, a morte ipſis impendente eripiat. Quare Chriſti humanitas gratiam potius, quam iſtiuſmodi criminationes meretur. HEBRÆUS. Quam multa ſemper mala creavit mendacium? Non enim ait Propheta, *virgo concipiet*: ſed, *adoleſcentula*, virum experta videlicet. Vos autem portenta veſtra nobis volentes perſuadere, pro adoleſcente muliere virginem ſupponitis. Quia porro verbis aſſequatur, quantam iſtuc dicta tantum dubitationem, & audita incredulitatem pariat? Quis enim poſt hominum memoriam audivit, virginem matrem extitiſſe? Si quiſpiam mihi unam proferre poterit, in nullo tibi amplius adverſabor. IMPERATOR. Bene habet. Oſtende tu mihi alium Deum unde de cœlo deſcendiſſe, & corpus induiſſe: & ego tibi oſtendam virginem, ut tu vis, e qua ille generatus ſit. Quoniam autem deſcenſus ille, & aſſumptio corporis humani exemplo caret, ſi illud credis, etiam hoc (de virgine matre) quod primum, & ſolum eſt, admittere debebis.

SCHOLION Græci cujuſdam. *Audi & intellige, Xene. Si nos Chriſtiani hanc vocem ita interpretati eſſemus, aliquid diceres. Sin autem veſtri generis erant interpretes illi, & tam annis trecentis præceſſerunt, fruſtra nos reprehenditis. Sed non cadit in tantam ſapientium virorum multitudinem mendacium. Numero enim duo & ſeptuaginta fuerunt, ex ſingulis tribubus delecti.*

Doce autem tu me, quomodo Moſes patres veſtros mare rubrum tranſire fecerit: & quo pa-

ſto tanta vis aquæ de petra profluxerit, ut univerſus populus inde ad ſatietatem biberet. Et quomodo arca a ſacerdotibus portata, fluenta Jordanis diviſo per ſiccum delata ſit: & Hierichuntina mœnia concuſſa ſint: & poſtea melote, ſeu pallio rurſus Eliſæus Jordanem perruperit, & aquarum facto divortio, ipſe per aridam ambulaverit. Nunquid horum aliquod vi naturæ factum dici poteſt? Nequaquam. Si illa ſupra naturam ſunt, etiam hoc eſt. Cæterum incredulitatem veſtram magniloquentiſſimus Iſaias bene prodidit omnibus, *toto die*, inquit, *extendi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem*. Et ad omnia de Chriſto vaticinia, quanquam evidentia, & apertiſſima inſtar furioſorum afficimini. Aut ſimiliter ut ii, qui tritas vias declinantes, per præcipitia ſæpenumero ſemetipſos impellunt. Id quod in loco, de quo nunc ſermo eſt, magis committitis. Verumenimvero paulo ſupra repetamus, ut quis ſit verborum Prophetæ ſenſus, & de quibus loquatur, clarius perſpiciamus. *Appoſuit*, inquit, *Dominus loqui ad Achaz, dicens: pete tibi ſignum a Domino Deo tuo, ſive in profundum infra, ſive in excelſum ſupra. Et dixit Achaz, non petam, & non tentabo Dominum. Dixitque Iſaias. Propter hoc Dominus ipſe dabit vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel. Butyrum (boum) & lac (ovium) & mel comedet, antequam ſciat reprobare malum, & eligere bonum.* Iterum igitur, & diſtincte quod dictum eſt conſiderantes exponamus. *Appoſuit Dominus loqui ad Achaz dicens: pete tibi ſignum a Domino Deo tuo ſive in profundum, ſive in excelſum. Reſpondit Achaz, non petam, & non tentabo Dominum.* Par eſt primum nos exquirere cauſſam inobedientiæ Achaz, cur facere noluerit, quod ei a Deo mandabatur. Arbitramur itaque, quod cum homo eſſet, vanitate, & amentia obſtrictus, ac Pſeudoprophetis, & ſeminiverbiis, & iſtiuſmodi circumforaneis impoſtoribus avidiſſime attenderet, divina mandata contempſiſſe. Unde Iſaias quaſi ſpiritum iſtum contemptorem, & impudentiam eidem exprobrans, *propter hoc*, inquit, *Dominus ipſe dabit vobis ſignum*: qui videlicet miſit me ad te profanum & impium, & divinis juſſibus inſultantem. Noli enim exiſtimare, me ad te miſſum, quia dignus ſis: multum abeſt. Quare non propter te, ſed propter domum Juda, & univerſos filios Iſrael miſſus ſum. *Propter hoc igitur Dominus ipſe dabit vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emanuel.* Si quidem, ut tu affirmas, Propheta adoleſcentulam imminutam a viro, concepturam vaticinatus eſt, ineptum prorſus, & a ratione alienum erat, iſtuc ſignum appellare. Præterea vocem hanc *νεᾶνις adoleſcentula*, pro *παρθένος* virgo poſitam invenies, ſi quæras, in Deuteronomio, ubi ſic legitur *ἐὰν δὲ βιάσηται ἐν τῷ πεδίῳ νεάνιδα παρθένον. ſi quis in agro oppreſſerit adoleſcentulam* (id eſt virginem.) Et alibi, *ἐὰν τις εὕρῃ τὴν παῖδα τὴν μεμνηστευμένην, καὶ βιασάμενος κοιμηθῇ μετ᾽ αὐτῆς, ἀποκτενεῖτε τὸν ἄνθρωπον καὶ τῇ νεάνιδι οὐ ποιήσετε οὐδέν. Si quis invenerit filiam deſponſatam, & vim fecerit, dormiveritque cum ea, occidetis hominem illum: adoleſcentulæ autem (id eſt virgini) nihil facietis.* Et Eſdras virginem illam cum Davide rege ac Propheta jam ſenio confecto cubantem, non ob aliud, niſi ut annis jam frigentem foveret atque calefaceret, *νεάνιδα* vocat, ait enim ſcriptura, a rege non fuiſſe cognitam. Quoniam igitur, ut diximus, fœminam virili compreſſu concipere novum nihil erat, parumque convenienter hoc ſignum Propheta nominaſſet, relinquitur, ut ſentiamus ipſum dixiſſe, ſignum a Deo datum iri, iſtuc nempe, ut virgo, virum minime paſſa, filium ederet: quod ſane portentoſum erat. Et tamen vos Judæi veritate putidis, maleque cohærentibus, aut, ut dicam rectius, ſtolidis ſermo-

A nibus evertere conamini. Nec iſtud fas eſt nos præterire. Niſi in virgine Maria hoc ſignum eventum ac finem ſuum habuiſſet, quomodo ea ea natus, non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Spiritu ſancto, ſecundum Prophetæ oraculum Emmanuel vocatus eſt, id eſt, nobiſcum Deus? Nimirum ita Deum fore nobiſcum, qui ſumus homines, dixit, ut eſſet ſimilis nobis homo, & idem Deus ſimiliter, quod & factum eſt. Et idcirco *καλέσουσι*, *vocabunt*, inquit, ut totam hominum univerſitatem ſignificaret. Cum his item, quæ ſunt apud Baruch Hieremiæ ſcribam, penitus conſentiunt. Ait enim, *iſte Deus noſter, & non reputabitur alius ab eo. Invenit omnem viam ſcientiæ*. Ut ſi quis diceret, novit omnem ſcientiam, ut qui ſit ipſa ſapientia, & *omnes ſermones earum*, ut repertor & conditor earum. *Et dedit eam Jacob puero* B *ſuo*, ſive ſervo ſuo, & *Iſrael dilecto ſuo. Poſthac autem in terris viſus, & cum hominibus converſatus eſt*. HEBRÆUS. Cum poſt homines natos, Imperator, nullus unquam ultra annos mille vitam propagarit, quo pacto ipſum Meſſiam jam annis plus mille, & quadringentis elapſis adhuc vivere opinamini? Fieri non poteſt. Sin autem mortuum affirmetis, hoc rurſus, ipſum Meſſiam eſſe, manifeſtum erit mendacium. Non enim Elias venit, qui natum unget, ut fertur. IMPERATOR. *Erratis*, Xene, *neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei*. Venturum ſane Eliam Theſbiten & dicitur, & creditur: non tamen ut Dominum ungat: ſed quia futurum eſt, ut naſcatur homo execrabilis ex gente Hebræorum, ut quidam volunt, qui capiet omnem vim, & operationem diaboli, & per eam ſigna & por- C tenta efficiet, Deum ſeſe, & Chriſtum nominans: ut non ſolum multi tunc viventium Chriſtianorum, ſed etiam quæ reſtabunt reliquiæ Judaicæ gentis Antichriſti illius impoſturis tranſverſim abripiendæ ſint, venturos illo tempore ajunt Eliam, & Enoch a Deo miſericordiæ viſcera accipiente miſſos, ut doceant, & cum alios, tum etiam infœlicem Hebræorum nationem ad Chriſtum convertant: aut quod idem eſt, ad S. Trinitatis fidem redigant, ne tota a diabolo abſorbeatur. Quamvis enim propter necem Chriſto illatam ſemet Dei, & Evangelii hoſtes fecerint, tamen propter charitatem Dei erga patres eorum ab eo diliguntur. Quos igitur providentia divina pœnitentiam plane averſaturos novit, eos deſeruit: quos contra ſacroſanctam Evangelii prædicationem complexuros præ- D vidit, eos non deſpexit. Tunc ergo Iſaiæ vaticinium implebitur, hoc ſcilicet. *Si fuerit numerus filiorum Iſrael ſuper arenam maris, reliquiæ Iſrael ſalvabuntur*. Et hanc ob cauſſam Elias tunc a Deo mittetur, non, ut vos jactatis, Meſſiam uncturus. Nam tales confingere fabulas, rudium, atque imperitorum, & ſcripturæ prorſus expertium eſt, ut dixi antea. Chriſtus autem qua Deus, in cœlo & in terra, & in univerſo, & extra univerſum eſt. *Cœlum enim & terram ego impleo, dicit Dominus*. Qua autem homo, neque mille annos vixit: neque hic, id eſt, in terris eſt. Sed vixit annis amplius triginta. Deinde a ſceleratiſſimis majoribus veſtris in crucem actus, ſpiritum exhalavit. Et ſanctum corpus ejus in monumento repoſitum eſt. Ac interitum quidem admiſit, corruptionem nentiquam. Divina autem hypoſtaſis inſolubili vin- E culo cum eo quod aſſumpſerat unita, cum anima divina ad inferos deſcendit, omneſque e diuturno carcere liberavit. Redivivum deinde divina virtute corpus quod aſſumpſerat, interitu & morte abjecta, incorruptionem, & immortalitatem induit. Chriſtus itaque cum hunc in modum die tertio reſurrexiſſet, & Adamum vinculis exinivisſet, eique vitam priſtinam, quam in paradiſo degebat, reſtituiſſet, & cum reliquis diſcipulis undecim ſæpe verſatus eſſet (Judas enim

abierat in locum , de quo Prophetæ dixerant , in ſupplicium puta ſampiternum) poſt dies a reſurrectione quadraginta , omnibus diſcipulis , & ſanctiſſima ipſius matra præſentibus , ſpectantibuſque in cœlum aſſumpeus eſt. Et nunc in cœlis Deo ac patri aſſidet , & cum eo ab univerſa cœleſtium hierarchia adoratur. Cum haic diſputationi intereſſet Matthæus Hieromonachus , & magnus Protoſyngelus , juſſu Imperatoris Matthæus, quæ ſequuntur , diait , ac reſpondit.

Hebræus. Quomodo Meſſiam jam veniſſa dictitatis , Theſbitea ſecundam voces Prophetarum non veniſſe ? Matthæus. Audi , Xene , & intellige. Geminam adventum Prophetæ prænuntiant , illum qui jam præteriit ; & qui mundo deſinente futurus eſt . Et unius quidem , ſecundi nempe , præcurſorem Eliam fore canunt : priorem enim præcacurrit Joannes , quem Propheta Malachias angelam nominavit : non ſolum quia priorem domini adventum jam vicinum promulgavit : ſed etiam quia vitæ inſtitutum ſectatus eſt ; quod eum angelica vita propemodum certaret. Hunc etiam Eliam Chriſtus appellavit : non quod Elias aſſet : ſed quod eodem miniſterio fungeretur , quo ille fungetur. Sicut enim ille ſecundum antecedet , ſic iſte primam adventum anteceſſit. Nea iſtam ob cauſſam tantam : ſed quia vitam colebat illius vitæ , & moribus æqualiſſimam. Et ſane utriuſque horam Prophetæ meminemnt , & ut qui ambobus viam præpararunt , aos prædicarant. At vos priorem quidem adventum nequitet ſilentio præteritis , qui tamen ſcripturæ ſenſa prorſos continetur : de poſteriore ſolo loquimini , quem Eliam præcurſarum indubitatum eſt . Verumenimvero ipſum oracalam audiamus . Divinus Malachias de Salvatora affuturo nos docere volens , & quale futurum ſit tempus retributionis , prius quidem de priore ejus adventu vaticinatur , Joannemque Baptiſtam illum præceſſurum oſtendit : ſic enim ait : *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam , & præparabit viam tuam ante te . Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominus* . Omnibus enim neſciis, partus ſalutaris contigit. Templum quippe naturam humanam a Deo Verbo ſuſceptam appellavit. Cum primo autem adventa etiam ſecundum deſcribit. *Ecce veniet Dominus omnipotens , & quis ſuſtinebit diem ingreſſus ejus , aut quis ſubſiſtet ad videndum eum ?* Inexorabilis judex ſedehit , reddens cuique juxta opera ſua . Deinde rurſus ad priorem pertinentia ponit . *Quoniam ipſe veniet ut ignis conflans , & ſicut herba fullonum , & ſedebit conflans , & emundans argentum & aurum* . Quibus verbis Propheta emundationem per Spiritum ſanctum futuram inſinuat , quam Verbum διπλῆ φύσει , id eſt , utraque natura , divina & humana nobiſcum converſatum nobis donavit . In hoc enim accedentes ad ſe myſtice conflat ac renovat Dominus , ignem ſpiritus , artificis cujuſpiam inſtar adhibens , & aqua baptiſmatis peccatoram ſordas , ut herba aliqua , abſtergit , igneque ſpiritus ex illa herba exiſtentis , animas noſtras in libertatem vindicat . Poſt quem rediens , iis qui animas ſuas a labe puras non cuſtodierint , terribilis & implacabilis vindex apparebit . Mox de ſecundo iterum loquitur . *Ecce ego mittam vobis Eliam Theſbiten* (& indicans tempus , addit) *antequam veniat dies Domini magnus , & manifeſtus* , (alterius nimirum adventus .) Exponit præterea quid facturus ſit Elias cum advenerit . *Et convertet cor patrum ad filios , & cor filiorum ad patres eorum* . Quoniam enim patres Apoſtolorum Judæi erant , hoc videtur dicere , converſurum per doctrinam filiorum ipſorum , ſive Apoſtolorum corda patrum , id eſt , mentem animumque generis Judaici . Convertet autem quos tunc invenerit ad bonam & probam Chriſti fidem , quaſi ad paternam pietatis ſortem , unde pridem per infidelitatem exciderunt : *& cor hominis ad proximum*

A *ſuum* , fratres enim ſenſus , propenſioneſque fraternas induere faciet . Et demonſtrans ſcopum ac finem , ob quem Elias prior (Joannes) venturus ſit , ſubjicit , *ne , forte veniens , percutiam terram penitus* . Na vos omnes infideles reperiens , in ſupplicium nunquam deſiturum mittam . His verbis ſecundum , & horribilem domini adventum clarius expreſſit . Priore ſiquidem non venit percutere terram , ſed ſalvare . An non igitur manifeſte , & plane utrumque Salvatoris adventum ſignificavit ? Unus enim jam avenit , noſque admirandis chariſmatum imbribus irrigavit : alter ad finem mundo imminentem eveniet , & rationes totius vitæ peractæ ab unoquoque exiget . Si itaque eum adventum , qui propter ſalutem tantummodo hominibus afferendam ſuſceptus eſt , pro nihilo ducitis ; illum contra , qui ad rationem Meſſiæ reddendam deducit , requi-
B ritis , cavete , ne ante eundem imprudentes in lupum pro paſtore , & in fauces Antichriſti incidatis , & cum ipſo in ignem æternum miſſi , incaſſam lachrymas fundatis . Annon hanc poſt temporis definiti periodum , & elapſum dierum numerum Daniel Propheta venturum prænuntiavit , tropo quodam beſtiam , propter animum impotentem & effrænatam , omnique diſcordia & impietate refertum nominans , & eum fluvio igneo , ante conſpectum judicis labenti , præ aliis injectum iri affirmans ? Sicut enim diabolus toto hujus ſæculi ſpatio nobis ad vexationem mentis , & ad exercitium liberæ voluntatis relictus eſt (ſi modo honeſtatis & virtutis compotes eſſe cupimus : ſtrenuos enim lucta & certamen prodit) ita & Antichriſtus , qui ab Enoch & Elia redargui non ferens , tyrannice eos ju-
C gulabit , & martyrii coronam ipſis conciliabit . Igitur & ſanctiſſimi ſpiritus fulgore , & ſapienti Imperatoris , ac Matthæi Hieromonachi diſſertationa illuſtratus Hebræus , ſanctam Trinitatem palam confeſſus , omneſque orthodoxæ fidei articulos amplexus , divino baptiſmate regeneratus , & pro Xeno Emmanuel nominatus eſt . Sed jam ad propoſitum redeat oratio .

CAPUT XIII.

Joannis Imper. profectio in Italiam propter Synodum . Manuelis ad Joannem filium oratio de timore Turcarum , & Synodo non cogenda . Eam filius parvipendit . A patre arrogantiæ reprehenditur . Amara humanitas in Joannem . De itinere Imp. deliberatio . Conſtantinopolis oppugnationem Halimbaſſa diſſuadet . Thomas Palæolo-
D *gus ad Imp. nuntius legatur .*

Die viceſimo ſeptimo Novembris ejuſdem anni Imperator Joannes cum Patriarcha Joſepho , & Demetrio Deſpota , multiſque tam profanis , quam ſacratis primoribus , & nniverſis propemodum Metropolitis , atque Epiſcopis , propter meditatam , & cui non profuit , vel , ut aptius dicam , quæ ipſa nihil profuit , Florentiæque coactam ſynodum diſcedit , ubi non omnes omnibus aſſenſerunt . Venerandus Imp. Manuel aliquando Joannem filium ſuum Imperatorem ſolus ſolum , me unico aſtante , cum forte de ſynodo mentio incidiſſet , ſic eſt affatus . Fili mi , vere ac certo ſcimus ſceleratos (Turcas) intimis ſenſibus vehementer angi , ac formidare ,
E ne aliquando cum Chriſtianis occidentalibus conjungamur , & ad idem ſentiendum conſpiremus . Hoc enim ſi fiat , ab iis quos dixi occidentalibus magno ſeſe damno & malo propter nos mactatum iri putant . De cætero cogita de ſynodo , & modum quære , maxime , cum tibi impios illos timere neceſſe ſit . Cogere autem illam ne aggrediare . Nam , ut apparet , noſtri ad excogitandam rationem modumque conjunctionis , conſenſus , pacis , charitatis , concordiæ non valent : nec ſolliciti ſunt , ut nos rectogredi faciant ,

eiant, occidenteles, inqnam, & ſimus, quemadmodum ana ſuimus antiquitus. Quod profecto (ut regrediantur nimirum) neqnit fieri. Ac timeo magnopere, ne deterius ſchiſma contingat. Et ecce interim impiorum tyrennidi ſumus expoſiti. Cum Imperator ſibi patrem audiendum non putaret, tacitus ſurrexit, ac diſceſſit. Tum paulam ſecum reputans beatæ memoriæ, & venerabilis pater ejus, meque intuens, air. Videtur ſibi filius meus præclarus Imperator: at non hac ærata præclaro Imperatori locus eſt. Spectat ilia, & ſapit magna, & qualia fœlicia rempora majorum ipſius poſtulabant. Nam ut hodie rea ſtant, non Imperarorem principatus noſter, ſed œconomum, ſive adminiſtratorem quærit. Et metuo, na quando facinora ejus, auſuſque tamerarii domum hanc evertent. Vidi enim ante cogitationes ejus, & quæ ſecum Muſtapha viriliter confecturum ſperavit: & vidi in quæ pericule ſacra nos dogmata præcipitnrint. Viſum tamen poſtea patris conſilio obſequendum. Poſtquam ergo ed ſynodum proficiſei dectavir, Andronicus Jagras ad Ameram legarus miſſus eſt, ut hoc ei ranquam emico, & fratri videlicet ſignificaret. Reſpondit Ameras, non ſibi probari, aum abire, tantoque labore ſamet conficere. Et quid inde, inquit, emolumenti reportabit? En ego, ſi pecuniis ad abitam & reditum, & ad alios aſus indiget, paratus ſum ei commodare. Denique multis ſermonibus & conſuitationibus agitata res eſt, utrum Ameræ nuctoritati parendum, an ad ſynodum iter ineundum eſſet. Sed enim quod Imp. voluit, id factam eſt. Egreſſo igitur illo, & iter proſequente, Ameras miſſis copiis Conſtantinopolim oppugnare conſtiruit, id quod omnes conſiliarii ejus pro recto confirmabant, & approbabant, ano Halimbaiſa excepto, qui repugnabat, quod oppugnationem illam detrimentoſam fore autumaret. Fortaſſis enim Imperatorem latinorum imploratis auniliis, eorum de religione doctrinam complexurum, & ita aventumm quod vereantur ne eveniat: ſed exſpecteret, dum videret, quid Joannes efficeret. Et ſi quidem in concordiam redierint, ipſa amicitiam eum eis ac fœdus ſanciet, progreſſuque temporis, quod e re ſua judicaverit, id agat. Si inter eos non convenerit, tum magis poſſe enplicare cogitationem ſuam, confidentiaſque facturum quod velir. Hoc conſilium Ameram cœpto prohibuit. De Halimbaſſe porro, auctore hujus conſilii, cætera narrandi alia dabitur occaſio. Conſtantinus igitur, & Principea Thomam Palæologum excitarunt, atque ad Imp. miſerunt. Interea ancipites cogitationes, & fluctus curarum ingentes Conſtaatinopoli, dum ſeiremus, quid conſilium Halimbaſſæ promoviſſet. Et ecce factum, quod ſupra dixi. Utinam ne ſynudus iſta unquam fuiſſet, ſi tantas offenſiones, & detrimenta paritura erer. Ac iter qaidem Imper. Conſtantinopoli in Italiam ut ſapervacaneum quippiem, & longum nimis tradere literis ſuperſedebo. Ingreſſum ejus cam comitibus Venetias, us ſplendidum ac ſuſpiciendum, & cogaitione dignum, quomodo en orn Deſpotæ Demetrii eccepi, commemorabo.

CAPUT XIV.

Joannet Venetiar appellitur. A Duce & Senatu perhonoriſice ſalutatur. Singulari magnificentia in urbem introducitur. Deſcriptio bucentauri navis Venetorum. Alia deſcriptio quadriremis, quæ regia dicebatur. Laus Venetiarum. Civium plauſus & gratulatio ad Imper. ingreſſum. Iterum laus urbis a ſplendore ædificiorum. Admirationes denique, quibus hoc caput refertum eſt.

Septimo die menſis Februarii omnes trirèmes ſimul Parentio ſolverunt. Imperatoria vero, utpote cæteris celerior, alias Venetias antever-

A tit, & ad S. Nicolaum ſalva, die octavo, hora ſecunda appiicuit. Ei obviam volanr naviculæ tam frequentes, ut mare totum navibus coopertum propemodum crederes. Mittit rogatum ſenatus, ſive Conſilium reipub. ne ante craſtinum triremi ſua eneat, quo Dux, & Patrum collegium pro dignitate ipſam honurare queant. Brevi Dux cum proceribus ſais, & ſenatu adeſt, Imparatorem ſedentem adorat: idam primates, atque adeu omnea nudaris capitibus præſtant. A dentris frater ejus Deſpota Demetrius, humillore ſaile, n ſiniſtria Venetorum Dun conſidebat. Poſtquam conſalatarunt, & alia ſecretiora collocuti ſunt, Dun ait Imperatori, ſe luce ſequenti, Deo volenta, affuturum cum omnibus, debitumque ejus majeſtati honorem habirurum, & occurſurum celebrius, Venetiaſqua introducturem. Ita cum illuſtribus ſuis receſſit. Ubi dies

B Dominica illaxit, 5. Idus Februarii, hora quinta adeſt, megna cum pompa, cinctus proceribus, & conſiliariis ſuis, & ſenatoribus, aliiſque viris ſummatibus non paucis, in navigio quodam, quo ſenatum vebi ſollemne erat, & illorum lingua Bucentoro appellatur. Id ſerico rubro circumquaque conveſtitum, & ornatam viſebatur. In puppi leones aurei, & aurea emblemata. Totam denique nobiliſſimum illud nevigium variarum, pulcberrimeque depictarum hiſtoriarum imaginibus nitebat. Cum eo adnarunt, quæ latino idiomare quadriremes vocantur, circiter duodecim, & illæ ſimiliter, ut Ducis navigium ornatæ, arque intus & foris ad eandem modum depictæ, quibus portabantur nobiles quamplurimi, & in circuitu navium venilla eurea, & tubicines innumeri, & muſicorum inſtrumentorum omnn

C genus. In his vidiſſes unam plene enimiam, quæ regia qaadriremis dicebatar, quam varie, & ad ſummum ornaverant. Remiges gerebant veſtes frondibus aureis intertentis, & ſupra pileos ſignum celebratiſſimi Evangeliſtæ Marci, retro aatem in iiſdem pileis aqailam, imperatorium ſymbolum videlicet. Zangratores (genus ſagittariorum) alterius generis ac formæ veſtes, & inſignia habebant. In ambitu navis, & in ipſa puppi aurearum aquilnrum ingens numerus. Viri item quatuor auro illuſas induti tunicas, cum capillis purpureis auro intermicaure. In medio horum quatuor vir decorus aſpectu nunc ſedebat, nunc ſtabet, in veſte ſplendida, & auree, menu ſceprum præferens, quo ſe quaſi quadriremis dominum eſſe declarabat. Alii nobiles velut peregrini & enteri (propter varii generis,

D & peregrinum quem geſtabant habitum, videbantur) & Imperatori reverenter apparebant. Ante proram columna erecte ſtabat, quæ quadratam menſam, alna aliquanto breviorem ſuſtinebat, cui inſiſtebat cataphractus, inſtar ſolia coruſcus, ſiniſtra gladium tenens horribiliem. Utrinque duo pueri alati in engelorum ſchemate ſedebant. Atque hi non opinione & imaginatione, ſeu ficti, ſed re ipſa homines erant, movebanturque. In puppi item duorum leonum ſimulacra conſpiciebantor, & inter eos aquila biceps; & quamplurima denique ſpectacula hujuſcemodi. Alia inſuper, quæ deſcribere nemo poſſit. Velox erat hæc tetraeris, & nunc imperatoriam antecedebat, nunc in obliquum currebat, & cum lætis vociferationibus turbarumque cantibus in orbem ſa ſa agebat. Accurrerunt etiam

E acatia naveſque infinitæ, qaas ſcilicet non magis quem ſtellas cœli, aut folia arborum, aut arenas maris, aut pluviæ guttas numerares. Ac ne longus ſim, Dux ad imperatoriam nevim eum ſenatu accedit, ſurgenſque Imperatorem in throno ſedentem adorat, cui dentrn (paulo tamen demiſſiore ſolio) frater ejas aſſidebat, ut diximus. Conſidens igitur Dun ſiniſtra, inferiore ſcamno, uri Deſpota, prehenſa manu ejus, humane & amice colloquitur. Et ita paulatim, cum feſtiviſſime pompa, tubis & omnibus muſi-

eis inſtrumentis perſtrepentibus, ad inclytam, & amplam Venetiarum urbem procedunt. Urbem vere admirandam, & ſumme admirandam, opulentam, multiſariam, auream, tornatilem, variegatam, & mille merito afficiendam laudibus, Urbem ſapientem, immo ſapientiſſimam, quam non falſo alteram terram promiſſionis nominaveris. De qua reor Prophetam dixiſſe, Pſalm. 23. *Deus ſuper mare fundavit eam*. Quid enim quærat quiſpiam, quod illic non inveniat? Quocirca multis & ampliſſimis digna eſt præconiis. Erat porro hora circiter ſexta, cum cœptus eſt Venetias introitus, & duravit uſque ad occaſum ſolis. Ventum eſt ad ædes Ferrariæ Marchionis. Tota autem civitas commota, ſe obviam Imperatori effudit, datique plauſus, & jactatæ lætitiæ voces ad ſidera; licebatque ſpectare eo die ad ſtuporem templum illud S. Marci, admiratione digniſſimum, palatium Ducis immenſum, aliaſque Principum domus longe maximas, multo auro, & minio illuſtratas, elegantes, & elegantibus elegantiores. Qui oculis ipſi ſuis non viderunt, non credunt: qui viderunt, pulchritudinem illam, & formam, virorumque ac mulierum prudentiam ſcribendo conſequi nequeunt: ſicut nec hominum frequentiam incredibilem, ſtantium, & gaudentium, & exultantium ſuper adventu Imp. Omnium tale & tam commune gaudium intuentium animi obſtupeſcebant, ut dicere liceat, ipſum quoque cœlum, terram, & mare illo die obſtupuiſſe. Certum eſt, quemadmodum quæ in cœlo condita ſunt, & creaturas Dei nemo intelligentia comprehendere poteſt: ſed eas tantummodo obſtupeſcit: ſic illius diei ſpectacula tantum obſtupefaciebant intuentes: quanquam non mediocris eſt inter hæc differentia. Cum igitur ad magnum illum pontem veniſſent, quem Realtum (*voce corruptam a rivo alto*) vocant, eum ad triremis ſub eo tranſitum ſuſtulerunt. Ibi quoque hominum catervæ ſe effuderunt, cum vexillis auratis, & tubis, ingeminabantque plauſus, & clamores lætitiæ plenos edebant. Atque ut ſummatim dicam, quidquid eſt ſpectabile, ibi tum ſpectares. Ipſas porro laudes, & honores quibus Imperatorem exceperunt, quis explicabit? Divertit, ut ſupra narravi, in ædes Ferrariæ Marchionis, & illic ſole jam occumbente triremem ſtiterunt, dictoque vale, Dux & primores domos ſuas abiarunt.

CAPUT XV.

Ferrariam diſceditur. Imperatori ab equitatu obviam miſſo ſalus dicitur. Urbem eques cum nobiliſſimo comitatu intrat. A Pontific. Rom. honorifice & paterne excipitur. Cum eo ſecreto de pace Eccleſiarum agit. In diverſorium regifice inſtructum deducitur.

Die Februarii viceſimo egreſſi Venetiis Imp. & Deſpota Demetrius, omniſque clerus cum comitibus, verſus Ferrariam navigarunt, Patriarcha propter penuriam navigiorum Venetiis remanente. Venerunt (ut quæ in medio acciderunt, quia minoris momenti ſunt, ſileam) ad caſtellum Francolinum, ubi quidquid navium erat, reliquerunt. Per continentem Ferrariam adventarunt viri illuſtres in equis, prope quinquaginta, Imperatoremque venerabundi ſalutarunt. Cum ipſis Legatus veniebat, qui triremi Papæ vectus, in Cretam, & Conſtantinopolim venerat. Ipſum ſiquidem Papa ad explorandum Imperatoris animum miſerat. Petivit igitur Imp. die ſequenti curari ſibi equos centenos quinquagenos, quibus terra Ferrariam iret, ubi Romanus Pontifex tum erat. Nocte illa eodem in loco manſerunt. Luce altera per aridam, ut dictum eſt, iter fecit, & hora ſexta urbem cum honore, magnaque omnium voluntate ac lætitia ingreſſus eſt. Multi cum Archiepiſcopi, & Epiſcopi Papæ, & ipſius loci Dominus, nempe Marchio, deducebant. Aderant eidem ſacerdotes ſui, & ſpiritualis pater ejus Gregorius Magnus Protoſyngelus, & alii ferme ducenti. Ita igitur clangentibus tubis, & omni genere muſicorum inſtrumentorum reſonante, introivit. Univerſi porro cives ad videndum ſacratiſſimi Domini noſtri & Imperatoris introitum, cum honore & reverentia concurrerunt. Sedebat Imp. in equo nigro, eoque belliſſimo, ſtratorio ex purpura auro intertexto, quem Principes, & alii quidam ſtipabant, umbellam cœleſtini coloris ſupra eum deportantes. Ducebatur ſine ſeſſore ante ipſum alius equus candidus, æque ut alter ornatus, habens in ſtratorio aquilas aureas, & reliqua ornamenta aurea. Beatiſſimus autem Papa in palatio ſuo, cum toto clero, Cardinalibus nimirum, Metropolitis, Epiſcopis, ſacerdotibus, cæteriſque eccleſiaſticis, & viris principibus ac dominis multis, Imperatorem exſpectans reſidebat. Cumque intra urbem eſſent qui præcedebant in equis illuſtres aliqui (inter quos ipſe Deſpota) deſcendunt, ac per magnam portam palatii, ubi Papa diverſabatur, ingrediuntur. Imperator per aliam portam eodem eques introductus eſt. Cognito igitur Imperatorem ad portam adeſſe, ſurrexit, & inambulavit, & ita ſpatia facientem Imp. offendit. Qui cum in genua vellet procumbere, non id Papa permiſit; ſed eum complexus, porrectaque dextera oſculatus eſt, & ad ſiniſtram ſuam collocavit. Cardinales ad pedes eorum ſe incurvantes, ſalutationem in Chriſto peregerunt. Arcano autem de pace & tranquillitate collocuti, digreſſi ſunt. Et Papa quidem in palatium ſuum, Imperator autem ab equitibus, quibuſcum venerat, in aliud palatium, ſplendidiſſime inſtructum, cum tubarum cantu deductus eſt, atque ibi cum optimatibus, & miniſtris ſuis regia diverſari cœpit, Menſe Martio, die quarto.

CAPUT XVI.

Navis Patriarchæ deducendo miſſa. Pompa item, qua Ferrariæ exceptus fuerit. A Pontif. Rom. cum oſculo pacis ſalutatur.

Accedente Patriarcha noſtro ad caſtellum Francolinum, longiuſcule tamen adhuc diſtante, ecce navis inaurata ei obviam mittitur, & per flumen a ſcapha ſua trahitur, rogaturque, uti eam conſcendat: erat enim diſtega, & triſtega, ſicut vetus illa arca Noe, & bene undique oblita & communita. Pars ſub undis pice probe illita: pars undis eminens coloribus variis depicta & decorata. Paulo ſuperius feneſtræ opere tornatili, ut quis putaret, cum columellis, e rubro marmore. Supra eas ambulatio, ſeu pergula pulcherrima. In ſummo circumcirca diſpoſita arma bellica, & in medio culina, propter aſcenſum fumi in cœlum liberum. Scalæ unæ apud puppim, alteræ apud proram, quibus nautici miniſtri aſcenderent & deſcenderent. Intus aula, quam diceres templum elegantiſſimum, & diverſa conclavia, velata peripetaſmatis aureis. Et circum caminuli, ſcamilla, & throni, & longorum tapetorum catapetaſmata. Item circumcirca picturæ illuſtres & conſpicuæ, & quæ laudem merebantur. Infra aulam illam aliud quaſi ſubterraneum conclave, & apothecæ ſeu cellæ complures, aliæ vini, aliæ piſcium, aliorumve eſculentorum. Lacunaria, & cubicula ad quieſcendum erant inprimis mirabilia, & elegantiſſima. Ac Italorum quidem lingua navis illa tobarcon nomen habebat. Ingreſſus eſt eam Patriarcha cum Archiepiſcopis, & univerſo clero, licebatque eam per flumen inſtar palatii nantem intueri, ut neutiquam in aquis, ſed in terra putares conſiſtere. Trajecto itaque flumine, Ferrariam veniunt, & una Venetiis ad Papam le-

gati Heracleæ Metropolita Antonius, & Monembaſiæ Epiſcopus Theodoſius. Prima luce præſto ſunt Cardinales quatuor, & Epiſcopi viginti quinque, & Marchio Ferrariæ dominus, comitatus viris nobiliſſimis, quorum pars equis, pars mulis vehebatur. Ipſe etiam Patriarcha equitabat, ejus latera duobus Cardinalibus perhonorifice claudentibus. Ubi in palatium aſcenderunt, oſculati ſunt inter ſe (*Ipſe & Romanus Pontifex*) in oſculo ſancto. Sed jam acta in Synodo omittentes, quæ nobis deinceps evenerunt, ſcribere perſequemur.

CAPUT XVII.

Protoveſtiarii connubium. Filius ejus primogenitus Joannes. Principum fœminarum interitus. Græcorum a Synodo ex Italia Conſtantinopolim reditio. Joſephus Patriarcha, & Sardienſium Metropolita in Italia defuncti. Beſſario Romæ remanens, Cardinalibus allegitur. Filius alter Protoveſtiario Alexius, & filia Thamar naſcuntur. Demetrius Deſpota invitis fratribus, & matre uxorem ducit. Legatio ejus ad Imp. ſuper reditu Conſtantini in Thraciam. Arma in Imp. comparat, Conſtantinopolim a Turcis adiutus obſidet. Filia ejuſdem. Conſtantinus cum conjuge Conſtantinopolim petit. In Lemno a Turcis invaditur. Conjux partu abjecto extinguitur. Filius Protoveſtiarii tertius, Alexius. Selybria Conſtantino datur, cui regendæ & contra inſidiatores tuendæ, Protoveſtiarius mittitur.

ANno 6946. Chriſti 1438. Januarii die viceſimo ſexto, duxi ego uxorem Helenam, filiam Alexii Palæologi Eaamplaconis, qui Canicleo præerat. Ejus conjugii paranymphus dominus meus Conſtantinus Deſpota fuit, qui pro conſuetudine Græcorum ſerta nobis impoſuit. Ac primo die Maii anni ſequentis, natus eſt mihi filius nomine Joannes, quem idem dominus meus e ſacro fonte ſuſcepit. Die Decembris decimo ſeptimo, anni 6948. Chriſti 1440. ex hac inani vita Deſpœna Maria Trapezuntia emigravit. Deinde primo die Junii ejuſdem anni etiam Deſpœna Eugenia Catelufia, Lesbiorum Principis filia mortem obiit, ambæque in monaſterio Pantocratoris ſepulturam acceperunt. Sævit tunc hyems, ſi unquam antea. Die decimo ſeptimo ejuſdem menſis commune debitum perſolvit domina & regina Zoe, in monaſterio dominæ Marthæ ſepulchro illata. Menſe Februario ejuſdem anni, quotquot in Italiam Synodi cauſſa profecti fuerant, Conſtantinopolim redierunt, Imperator, inquam, Deſpota Demetrius, & reliqui; tribus demptis, qui in Italia manſerant: Joſepho Patriarcha, qui Florentiæ ad dominum hinc exceſſit; & Sardienſium Metropolita, qui Ferrariæ obiit; & Beſſarione Nicææ Epiſcopo, qui Romæ ſedem fixit; quem quidem Imp. & Synodus poſt defunctum Joſephum, Patriarcham creaverant. Poſtea propter perturbationes rerum, & ſcandala neſcio quæ Conſtantinopolim non venientem, ſed Romæ hærentem, Princeps Archiepiſcopus (*Papa Romanus*) cum penſionibus liberaliſſimis ad numerum & ordinem Cardinalium adſcripſit. Viceſimo ſeptimo Martii, Dominica Reſurrectionis, alter filius mihi natus eſt, Alexius. Vixit diebus non plus triginta. Vere ejuſdem anni Metrophanes, ex Metropolita Cyziceno Conſtantinopolitanus Patriarcha renuntiatus eſt. Die ſexto Decembris anni 6949. Chriſti 1441. in Lesbum juſſus diſceſſi. Dominus enim meus Conſtantinus Æcatharinam, Domini Notaræ Palæologi Catelufii, ejuſdem inſulæ Principis filiam connubio ſibi ſociare decreverat, & ego ſponſalia feci. Ejuſdem anni Aprilis die decimo ſexto, ſancta Paſchæ Dominica, ſuſcepi filiam, nomine Thamar, quam ſimiliter Conſtantinus e ſacro baptiſmate ſuſtulit. Eadem lu-

A ce Paulus Aſanes, aſſumpta filia ſua Aſanina e Lesbeniam profugit; quam ejus amore captus Deſpota Demetrius, thori ſociam expetebat. Quod Imp. & Conſtantinus Deſpota ejus germani fratres, cum Deſpœna matre nec audire ſuſtinebant. Quam tamen, eodem Paulo Meſembriam reverſo, occulte illuc profectus, legitimam uxorem ſibi copulavit. Die viceſimo ſeptimo Julii ejuſdem anni Conſtantinus regiis triremibus in Lesbum profectus, dominam illam Æcatharinam Catelufiam ducit. Drungarius, ſive præfectus harum triremium erat Notaras, qui poſtea Magnus Dux eſt declaratus. Et Septembri menſe anni 6950. Chriſti 1442. Conſtantinus Deſpœnam & uxorem ſuam, in patria ipſius reliquit, & in triremibus dominotam, aliaque triremi Lesbica in Peloponneſum venimus. Viceſimo Octobris, ego ex mandato legationem ad

B Ameram & Imperatorem obivi, myſterium apportans, quod ſi permitteret fieri Imp. ad Deſpotam Demetrium Meſembriam aſcenderem, eique oppida & loca omnia, quæ in Peloponneſo Conſtantinus poſſideret, addicerem: ipſa Conſtantinopolim rediret, Selybriamque cum locis finitimis ad Maurothalaſſam, ſive mare Euxinum, uſque ad Dercum haberet: ut ita eſſet urbi vicinus propter ſpem imperii, quod & Imperator volebat, qui me humaniter excepit. Menſe Januario Meſembriam ad Deſpotam Demetrium ſalvus perveni, qui ſeſe ad bellum Conſtantinopoli, Imperatorique ac fratri ſuo inferendum inſtruebat: qua de cauſſa me infecto negotio dimiſit. Diebus quibus illic ſum commoratus, Paulus gravi apoplexia tactus exſpiravit. Reverſo me in urbem, & exſpectante, ut

C auctoritate Imperatoris ad dominum meum in Peloponneſum redirem, ecce viceſimo tertio Aprilis ejuſdem anni Demetrius Deſpota urbem incurſat, & ad obſidendæ exercitum, magnam partem auxiliis Turcicis conſtantem admovet, & quidquid mortalium extra mœnia reperit, male habet, ac diſperdit. Quo menſe illi nata eſt filia, quam poſtea Ameras Mahometes pro uxore habuit. Menſe Julio ejuſdem anni Conſtantinus urbem petens, & per Lesbum iter habens, conjugem ſecum duxit. In Lemnum ut venit, univerſa illum claſſis Turcarum, quæ diutius ibi ſteterat, oppugnavit. Verum divino auxilio factum eſt, ut conatu irrito abnavigaret. Deſpœna porro conjux eo caſu in morbum incidens, abjecto partu, Auguſto menſe ejuſdem anni Palæocaſtri, in eadem inſula defuncta ac tumulata

D eſt. Et duodecimo Septembris 6951. Chriſti 1443. peperit mihi conjux alium filium, Alexium. Menſe Novembri Deſpota, & dominus meus in urbem advenravit, & primo die Martii ab Imp. Selybriam accepit, meque adminiſtrationis ergo mittens, mandavit, ut eam diligenter cuſtodirem, propter eos quos ſuſpectos habebamus, Ameram nempe, Demetrium, atque adeo Imperatorem ipſum.

CAPUT XVIII.

Protoſtratoris Francopuli CP. adventus. Conſtantinus, Joannes Imp. Theodorus germani ad poſitionem veniunt. Conſtantinus in Peloponneſum navigat, Theodorus Conſtantinopolim: a quo Protoveſtiario præfectura locorum Peloponneſi defertur. Papæ Legatus ad Imp. Protoveſtiarii propter bellum regis Hungarorum in Turcas legationes. Marci Epiſcopi Corinthiorum laudatio. Hungarorum cum Turcis conflictus. Rex a pugna per ſe conſerenda deterretur. Janci ſummi ducis animoſa pollicitatio. Rex ipſe fortiſſime prœliatur. Cadit. Hungari diſſipantur. Virtus Janitzari. Ab Amera honoribus colitur.

E

MEnſe Junio ejuſdem anni Francopulus Protoſtrator, filius ſororis Magni quondam

Protoſtratoris Nicephori Meliſſeni, de quo alibi in hac hiſtoria diſſeruimus, Conſtantinopolim venit, & ut jam nominati magni Protoſtratoris nepos, juſſu Deſpotæ Theodori Meſſeniaci ſinus præfecturam obtinuit, donec eum Conſtantino tradidit, ut ſupra ſcriptum eſt. Tum ego quoque juſſus, Selybria Conſtantinopolim acceſſi, factaque ſunt inter fratres pacta hujuſcemodi. Ut Conſtantinus in Peloponneſum diſcederet, & ditionem Theodori omnem occuparet. Theodorus Conſtantinopolim veniret, Selybriam acciperet. Quod etiam factum eſt. Decimo Octob. 6953. Chriſti 1444. ab urbe in Peloponneſum ſolvit, eadem navi Theodorus menſe Decembri ejuſdem anni ſolvens in urbem eſt tranſvectus, cui menſe Martio Selybriam tradidi, ingreſſuſque navim Cretenſem Antonii Hyalinæ Cariſtum ad Euripum delatus, tertio Junii pedeſtri itinere Spartam veni, ſumque rogatus a Theodoro vehementer, ut & Selybrienſes gubernare vellem, qui primi fuiſſent illius ſubditi. Aggreſſus itaque iter, Iſthmum a domino meo æſtate præterita ædificatum inveni. Cum Spartam poſt dies non ita multos rediiſſem, multis triremibus Conſtantinopolim Cardinalis ac Vicecancellarius, & Catholicus Papæ legatus, propter expeditionem regis Hungariæ adverſum impios (Turcas) appulſus eſt. Tum ego rurſus ad Imperatorem, Ameram, ipſumque regem Legatus ivi. Quin etiam ad ipſum Legatum, & ad Præfectum Aloyſium Lauredanum ſuper officiis neceſſariis, quo res procederent. Ut veni Corinthum die Auguſti tricesimo, ut triremes apud Euripum ſoluturus conſcenderem, pium & bonum Marcum Corinthi Epiſcopum, qui & in aula noſtra natus, & nobiſcum familiariter verſatus eſt, & ab injuſta noverca ſua multum cruciatus, a parentibus meis non mediocria ſolatia, & auxilia eſt expertus: qui item adverſiſſimis caſibus exagitatus patriam fugit, & in Xantopulorum monaſterium ſeceſſit, ubi vitam egit laudatiſſimam, hunc, inquam, ſepultum inveni. In Euripum ut veni, nec triremes inveni, alia navigatione in Lemnum trajeci, ibique reperta triremi quadam imperatoria, Conſtantinopolim incolumis tetigi, ineunte Novembri anni 6953. Chriſti 1445. Ejuſdem menſis die decimo Rex Hungariæ apud Varnam ab Amera cæſus eſt. Inter Hungaros enim & Turcas bello excitato, regis exercitus exultabat omnimodis. Ameras, & conſilium ejus recedendi opportunitatem quærebant, ſi poſſent: multus quippe timor & tremor impios perculerat. Hungari contra lætabundi cum audacia, & virilitate fidenter ſtabant, victoriam ſperantes, Ameramque & copias ejus oppreſſuros confidentes. Die altera cum Hungari pugnam capeſſere cuperent, deliberatione habita judicatum eſt a rege & aliis quibuſdam, ut ſeu per ſe prælium confereret, & uſque ad tentoriam Ameræ, ſi poſſet, penetraret, ut famu victoriam ipſius virtutemque toto orbe prædicaret: Nullo quippe negotio victorem evaſurum arbitrabantur. Aſt Juncus magiſter militiæ, ut vir prudens, & bello expertus, ſentire alia omnia; fortunam incertam eſſe, nec poſtulare neceſſitatem, uti tam periculoſum facinus aggrederetur. Se, quidquid majeſtas ejus juſſiſſet, facturum. Ac, ſi mihi fortuna faverit, inquit, uſque ad Ameræ tabernaculum pugnando enitar. Quod ſi uſque ad extremum nobis arriſerit, gloria Dei, victoria majeſtatis tuæ eſt eritque. Sin occumbam, nihil idcirco vos remorabitur. Intuemini ſerpentis prudentiam, ut ſemper caput tegens totum corpus conſervat. Sin caput percuſſum ſit, corpus omne perit. Eodem modo, ſi majeſtas tua impreſſionem fecerit, & ſecus res ceciderit (quod Deum rogo ut avertat) certum eſt nos omnes perituros. Rex Janci conſilium aſpernatus, ſequenti luce prælio valido & horribili commiſſo, cum multa effuſione ſanguinis, Turcis magna multitudine fugam arripientibus, uſque ad Ameræ tentorium dextra audens acceſſit. Ameras fugere volens a Janitzaris prohibitus eſt: timebat enim male, regem tam animoſe dimicantem aſpiciens. Et quo minus poſſet fugere, catenas equo injecerunt, ſalutem ejus fortiter defenſantes. Rex alacriter viriliter pugnans, Ameram cum omni ejus apparatu in poteſtatem redigere annitebatur. Tum quidam de Janitzaris, Chamutzas vocabulo, & Peloponneſiota, poſteriorem pedem equi regis ſecuri vibrata vulneravit. Labitur ille cum equo. Janitzarus accurrens lapſum obtruncat, & ut ipſis mos eſt, lætis clamoribus caput haſtili præfigunt. Id videntes Hungari, huc illac diffugiunt, multique in fuga capti & interfecti ſunt. Atque hic mali conſilii eventus fuit. Camutzam Janitzarum Ameras, ejus fortitudinem & imperterritum animum remunerans, Drungarium Biglæ, ſeu Præfectum excubitorum honoris cauſſa creavit; quod munus eorum lingua Janitzarugas dicitur, ac brevi intervallo ad Veziratum evexit.

CAPUT XIX.

Calores maximi. Gregorius fit Patriarcha. Filio Protoveſtiarius beatur; creaturque Præfectus Spartani Principatus. Teſtimonium de ipſo Conſtantini, & præcepta politica. Filia Thomæ Lazaro Serviæ Deſpotæ nubit. Ameras Iſthmum occupat, Patras igni vaſtat. Legatio Protoveſtiarii Conſtantinopolim. Mors Theodori Deſpotæ apud Selybriam. Mors filii Protoveſtiarii. Mors Joannis Imp. ætas, tempus imperii.

DEcimo ſeptimo die Julii ejuſdem anni, toto orbe æſtus immenſus, & memoratu dignus extitit; qua ætate ſpiritualis pater Imp. Gregorius Meliſſenus patriarchatu donatus eſt. Decimo quinto Auguſti, genitus eſt mihi filius Andronicus, qui diebus tantum octo ſupervixit. Anno 6954. Chriſti 1446. menſe Decembri ſeneſcente, mercatorum Venetorum triremibus in Peloponneſum vectus perveni. Primo Septembris anni ſequentis Spartæ, oppidorumque omnium adjacentium in circuitu, id eſt, Culæ, Ebraicæ, Tripes, Tzeramii, Pancotorum, Sclabochorii, & aliorum denique locorum, omniumque redituum vectigaliumque Præfectura & adminiſtratione cohoneſtatus ſum: quam late patentem gubernationem nemini aliquando contigiſſe arbitror. Idem dominus meus tali me ſermone compellavit. "Tua obſequia fidelia, meaque erga te voluntas & amor fecerunt, ut tibi Spartanam Præfecturam committerem, quam Corinthiacæ, & Patrenſi ſimilem eſſe cupio: quarum illam Joannes Cantacuzenus, hanc Alexius Laſcaris obtinet. Et ſcito me alium Præfectum non creaturum, præter Joannem Sophianum Eudæmonem. Sed neque hic ſemper ero: verum regionem meam multis & utilibus de cauſſis obibo. Cumque Corinthi fuero, reviſam leges meas, ad locum illum pertinentes, cum Joanne Eudæmone & Cantacuzeno, eaſque diſcerni & ſervari jubebo. Rurſum cum Patris fuero, cum Laſcari & Joanna eodem, relicto Cantacuzeno in Præfectura ſua. Cum hic tecum, & cum Joanne, & aliis fuero, ubi Deo placuerit, uxorem ducam, & tu cognitus & probatus mihi in omnibus, ei ſerviens. Nunc ego ad meliorem ædificationem quam Iſthmi diſcedo: tu hic manens bene guberna provinciam tuam. Nemini fac injuriam, tolle dominatus, & fac, ut ne aliud imperium extra tuum habeant, teque perinde ac me, ſeu pro me dominum agnoſcant. Quod ſi præter fas nullum læſeris, nec ad perſonam reſpexeris, nec latum digitum a legibus diſceſſeris, præmia Deus retribuet, & nos tibi gratias agemus. Abſtine ab accipiendis muneribus. Nam de his qui mu-

,, nera accipiunt ſic Chryſoſtomus. *Ignis combu-*
,, *ret domos, & corda dona accipientium: & acce-*
,, *ptio donorum pervertit juſtitiam, adeoque excæ-*
,, *cat, ut & inſontes damnet*. Præterea hiſce tri-
,, bus virtutibus præditum eſſe oportet judicem
,, populi Domini, & conſortes Chriſtianiſmi.
,, Fide recta erga Deum, & erga eum, a quo
,, dignitatem eſt conſecutus: veritate in lingua;
,, temperantia in corpore. His omnibus præcla-
,, re te inde uſque a juventute tua præditum no-
,, vi. Et in Apoſtolicis conſtitutionibus ſcriptum
,, extat. *Eſto judex non acceptor perſonarum, nec*
,, *divitem revereatur, aut indecore aduletur, nec*
,, *pauperibus parcat. Non enim reſpicies, inquit*
,, *ſcriptura, vultum potentis, nec pauperibus miſe-*
,, *reberis in judicio. Quoniam juſtum Dei judicium*
,, *juſtitiam perſequetur, nec placebit unquam juſto*
,, *injuſtitia*. Adorato igitur illo, & gratiis actis,

die viceſimo octavo ejuſdem Septembris in Iſthmum contendi. Menſe autem Octobri ejuſdem anni, Glarentza abiit domina Helena, Thomæ Deſpotæ filia, ut in Serviam proficiſceretur, & Lazaro filio Georgii Deſpotæ nuberet, ut etiam nupſit. Quare & ipſum Lazarum Deſpotæ honore Imperator Joannes propter patrem ejus, virum humaniſſimum honoravit. Viceſimo ſeptimo menſis Novembris ejuſdem anni Ameras op-

A pugnatum venit Hexamilium Iſthmum, quem decimo Decembris occupavit. Reverſus, Patram duntaxat cepit, incendioque delevit. Auguſto menſe ejuſdem anni rurſus Conſtantinupolim multas ob cauſſas miſſus ſum: inſuper de Trapezunte & Gotthia, & de quodam conjugio Domini mei: quoniam de uxore inde capiunda jam ante egeram, quo etiam eadem de cauſſa hieromonachos, & quoſdam de meis domeſticis miſeram, præſertim autem hieromonachum Iſidorum, qui & poſtea Athenarum Metropolita delectus eſt, per quos ſcripſi. Ibi cum degerem, menſe Julio 6956. Chriſti 1448. dominus Theodorus peſte conſumptus eſt Selybriæ: cujus corpus vectum in urbem, & in monaſterio Pantocratoris ſepultum eſt. Decimo quinto Auguſti ejuſdem anni, mortuus eſt mihi Alexius filius, cum vixiſſet quinquennium, & menſes undecim; cujus obitus ve-

B hementer me afflixit, quando miſer neſciebam, quæ mihi acerbiora eventura eſſent. Triceſimo primo Octobris, 6957. Chriſti 1449. etiam Imper. Joannes vitæ curſum explevit, annos natus ſeptem & quinquaginta, menſes decem, dies quindecim, primoque Novembris in monaſterio Pantocratoris funeratus eſt, poſtquam imperavit annos viginti tres, menſes totidem, dies decem.

FINIS LIBRI SECUNDI.

L I B E R T E R T I U S,

IMPERIUM CONSTANTINI, MANUELIS FILII, PALÆOLOGI,

IMPERATORUMQUE ORIENTALIUM POSTREMI, ET HISTORIAM CAPTÆ CONSTANTINOPOLIS POTISSIMUM EXPONENS.

S U M M A L I B R I.

ADVENTUS *Thomæ Deſpotæ Conſtantinopolim res turbulentas in tranquillum confert, quieſcitque Demetrii fratris importuna ambitio. Cives Conſtantinopolitani Deſpœnæ, ſive Augnſtæ, & filiarum ejus auctoritatem & voluntatem complexi, Conſtantinum imperio præficiendum eſſe conſenſu ſtatuunt. Eorum conſilium Ameras baud improbat. Mittuntur certi quidam proceres in Peloponneſnm, qui eidem Conſtantino diadema imponant. Venit Byzantium, & ſumma omnium gratulatione, bilaritateque, ludis, & triumpbis accipitur. Tbomam fratrem deſpotica dignitate exornat. Tbomas & Demetrius in Peloponneſum diſceſſuri, antea ſacramentis conceptis jurant, viciſſim ſibi detrimenta nou illaturos. Protoveſtiarii in Iberiam propter filiam regis Iberorum Conſtantino deſpondendam ſplendidiſſima legatio, magno cnm apparatu, comitatu militum, inſtrumentis & artificibus muſicis. Iberorum ad cantus fidium, & organorum audiendos facti concurſut. Narratio longiuſcula cujuſdam ſenis ſuper captivitate ſua, & rebus in India mirabilibus; de cauſſis item incrementi fluminis Nili. Naufragium Protoveſtiarii. Mors Irenes Auguſtæ, quæ conjux fuit Manuelis. Mors Amuratis, & ſucceſſio filii, Mabometis II. de quo peſſime ominatur Protoveſtiarius. Dona ex Iberia ad Conſtantinum mittit, cui conjugium cum Ameriſſa defuncti Amuratis nxore; filia Principis Serviæ ſuadet; tacitaſque objectiones aliquot diſſolvit. Ameriſſa oblatum matrimonium propter votum caſtitatis recuſat. De moribus & inſtitutis quarundam gentium diſſertatio. Dos filiæ danda a rege Iberiæ explicatur. Sermo Protoveſtiarii cum Imperatore, prædicante illius erga ſe ſtudia ac merita, & condigna præmia pollicente. De connubio Serviano. Conſcribitur bulla ſuper nuptiis cum filia regis Iberiæ, & deferenda Ibero bomini traditur. Agitur de altero fratrum e Peloponneſo advocando, qni, ſi quid conetur Ameras, ad occidentis Principes auxilia petitum abeat. De navigationibus a Protoveſtiario fnſcipiendis in Peloponneſum, Cyprum, Iberiam. Excuſanti ſe propter uxorem, Imp. reſpondet bumaniter. De eodem bonoribus, bona pace Mag. Ducis Notaræ afficiendo. Promiſſa Imp. de collocanda ipſius Protoveſtiarii filia, & de præfectura ditionis Meliſſeni. Sermo longior, ex quo ſatis apparet, quantum de Imperatore meruerit. Colloquium Imp. cum Notara, ſuper bonore Protoveſtiarii. Quibus de cauſſis Protoveſtiarius filium in Peloponneſum ducere ſecum voluerit. Creatur Magnus Logotbeta, jubetnrque titulum bunc uſurpare in literis. Modeſte bonorem recuſat. Mandatur Notario, nti eum in epiſtolis ſic appellet. Iter ejus ab Amera Adrianopoli adverſus Byzantium copias educente impeditur, & in nibilnm recidit. Sequitur deinceps biſtoria expugnatæ, vaſtatæque Conſtantinopolis, a cap.7. uſque ad 19. ſane luculenta, & fide inprimis digna. Oculis enim pœne omnia conſpexit, ac præſens tantæ calamitati interfuit, omnium Imperatoris conſiliorum arcanorumque inprimis conſcius. Multi ſunt cæteri in commemorandis cladibus, miſeriis, ignominiis, quas captæ urbi intulerit tyrannus: ſed de apparatu boſtium, de oppugnationibus, & defenſorum virtute conſtantiaque parum diſſerunt, quia videlicet illa comperta minime babuerunt, nt Protoveſtiarius babuit, qui etiam pro mœnibus ſtetit, & ab aliis omiſſa accuratiſſime explicat. Illa vero pœne lacbrymis proſequenda calamitas fuit, quod ad urbem tam amplam & frequentem contra infeſtiſſimum boſtem tuendam ne ſeptem quidem millia omnino inveniri potuerunt, quorum majorem partem Ligures, & Veneti conficiebant. Oppugnantium autem tanta fuit multitudo, ut non, quemadmodum Agamemnon apud Homerum de numeroſo exercitu ſuo glorians, & Trojanorum paucitatem contemnens dicit, uni Trojano decem Græcos opponi poſſe: ſic decem Turcæ adverſus unum oppidanum pugnarent, ſed (ut biſtoricus affirmat) contra nnum quingenti propemodum. Omnino oratori campum latum ſuppeditat lamentandi tam inclyta, & rebus omnibus florentiſſima civitas. Anni a Conſtantino ad Heraclium. Ab Heraclio ad Conſtantinum Palæolognm. Quamdiu Palæologi imperarint. Item quot annis imperium Conſtantinopoli fuerit. Humanitas Ameræ in Cbriſtianos. Cærimoniæ in Patriarcbis inaugnrandis. Quos bouores novo Patriarcbæ Ameras babuerit. Templum S. Sopbiæ in Meſcbitam convertit. Patriarcbæ domicilium in monaſterio Joannis Baptiſtæ*

Digitized by Google

attribuit . Colonias Conſtantinopolim deducit . Protoveſtiarius cum uxore & liberis capitur, & venditur . Liberos , adoleſcentulum & puellam videlicet magno ab Hippocomo Ameras mercatur. Chriſtiani de ſubſidiis non allatis accuſantur. Veneti quare opem negaverint. Cardinalis Ruſſiæ cur patriarchatum recuſaverit . Conſtantinus Imperator quid pro ſalute urbis egerit. Cometa quid portendere judicatus ſit. Noctibus ſerenis fulgura & tonitrua. Mane terræmotus. Æſtus inſolitus. Albanitarum adverſum Deſpotas rebellio. A filio Turachanis domantur. Protoveſtiarii filium Ameras ſua manu occidit. Uxorem cum ejus nutrice pecunia redimit Protoveſtiarius. Filia in Saraio moritur. Res Ameræ in Peloponneſo. Quorundam Principum interitus. Ab Amera partim vi, partim deditione occupata. Thomæ Deſpotæ in oppidis dedendis temeritas . Ameras Demetrii filiam uxorem poſcit . Qui Thomam ad fratrem armis laceſſendum ſollicitarint . Thomas quæ loca receperit . In diſcordiarum auctores invectio. Oppida a fratribus invicem obſeſſa : Utrinſque adminiſtri & fautores . Albanitarum infidelitas . Turcarum inſolentia . Meliſſeni calamitas . Georgii Rauli fortuna . Ameras Dei carnifex. Fratres dictis ſacramentis pacem faciunt, quam Demetrius rumpit . Ameræ ad Monembaſiotas de urbe dedenda legatio: illorum Præfecti reſponſum magnanimum . Laus urbis a pluribus locis . Prærogativæ a diverſis Impp. in eam collocatæ, noviſſime ab Andronico juniore. Filia Demetrii ſponſa Ameræ Conſtantinopolim deducitur. Bardoniam optimates deſerunt . Caſtritzentes primum repugnantes , poſtea ſe hoſti permittunt, necanturque. Gordienſibus data fides non ſervatur. Crocontelo dynaſtæ male gratia refertur. Cujuſdam Palæologi miſera mors. Ameræ in Præfectum Calabrytæ, civeſque ſævitia. Loca ab Amera ſubacta. Pacis cupidum ſe ſimulat . Legatus Thomæ Deſpotæ in vincula traditur . Venit Romam Deſpota , caput S. Andreæ Pio II. Pontifici donat , a quo penſiones ei conſtituuntur. Venetiis Romam revertitur. Uxor Corcyræ moritur. Sinopium, Ceraſus, Trapezus, toparchiæ ab Amera occupatæ . Demetrius & rex Trapezuntis Adrianopoli vivunt , certis ſibi redditibus attributis. Veneti Turachanem ulciſcuntur , Iſthmum & Monembaſiam capiunt. Thomas Deſpota filios Romam accerſit, & antequam eos videat, vita defungitur. Epiſtola Beſſarionis Cardinalis ad eundem Pædagogum Anconam. Protoveſtiarius Romæ ſanctorum monumenta colit. Epirus vaſtatur, & capitur. Veneti Imbrum inſulam, & Athenas occupant. Præfecti Veneti in hoſtibus perſequendis audacia punitur. Metropolita Patrenſis ſuſpectus, palo infigitur. Demetrius vacationem petit , pedibus obviam ei procedens , miſericordiam movet. Peſtilentiæ lues compluribus locis , qua etiam Ameriſſa Demetrii filia extinguitur. Protoveſtiarius victu quotidiano eget . Monachis allegitur , & mutato nomine Gregorius appellatur. Uxor item fit monacha, & Eupraxia dicitur. Fidem orthodoxam , ut ſolenne erat , profitentur . Symboli Nicæni voces omnes ex veteri & novo Teſtamento fluxiſſe oſtenſum a Protoveſtiario . Helena Thomæ filia , & Servia Principis conjux prædatores Venetiis accuſat. Res Venetæ. Nivium in Peloponneſo copia . Eubœam vicinaſque inſulas Turcæ armis , & deditione accipiunt . Demetrius & uxor moriuntur. Protoveſtiarii morbus . Beſſario Cardinalis in reditu e Francia diem obit , Romæ ſepelitur . Helena , de qua paulo ante , fato ſuo perfungitur . Ameræ fortuna ſiniſtra in Valachia . Catarrhus & querimonia Protoveſtiarii ſuper miſeriis & ærumnis ſuis. Ejuſdem humilis peccatorum confeſſio, & pia ad Deum precatio. Ameras contra Naupactum & S. Mauram nihil poteſt. Operis totius epilogus.

CAPUT I.

Thomæ Deſpotæ adventus Conſtantinopolim. Demetrii ambitionem comprimit, cui populus minime favet. Conſtantinus imperio dignus judicatur. Populi judicium Ameræ ſuffragio confirmatur. Legati ex Peloponneſo cum Thoma. Legati rurſum in Peloponneſum ad Conſtantinum coronandum, qui Byzantii ſumma lætitia & gratulatione excipitur. Thomæ fratri Peloponneſi Deſpotatum tradit. Thomas & Demetrius de finibus mutuo non invadendis, inter ſe fidem & jusjurandum dant. Protoveſtiarius in Iberiam, & Trapezuntem legatur cum illuſtri comitatu, & varii generis muſicis. Inſularum quarundam in India ex cœli temperamento fertilitas. De origine & incremento Nili. De alio fluvio, & bellua ejuſdem vaſtiſſima. De variis illorum locorum beſtiis: omnia ex narratione ſenis, qui ibidem captivus fuerat, & quomodo evaſerit.

Die tertio decimo Novembris, anni 6957. Chriſti 1449. navi Conſtantinopolim venit Thomas Deſpota, necdum ſciens Imperatorem vita functum, quod primum apud Calliopolim didicit. Quo præſente longe ſedatiora erant, quæ Demetrius cum factione ſua, imperii (ut Porphyrogenitus) obtinendi cauſſa moliebatur. Cæterum Conſtantinopolitani eum imperare vivente ſeniore ipſius, ac tali fratre, qui nunquam infortunatus, in omni tamen virtute primas teneret, pro indigno ducebant. Sic decoro & juſtitiæ parebant, ita jubente ſancta Deſpœna, & filiorum ejus Deſpotarum, principumque conſilio, ac ſententiæ obtemperare volebant. Ipſa ſiquidem mater, & fratres, & generationis tempus, & virtus, & omnium propemodum civium ſtudia Conſtantino ad imperium ſuffragabantur, quod nec ipſe Demetrius ignorabat. Sexto die Decembris ego ad Ameram iſtis nuntiandis legatus ſum. Quæ cum audiſſet, rata habuit & approbavit, meque cum honore ac donis dimiſit. Iiſdem diebus illuſtres quidam in Peloponneſum miſſi ſunt, & Alexius Philanthropænus, & Laſcaris Conſtantinopolim a domino noſtro legati cum Thoma Deſpota, ob quædam negotia cum Imperatore tranſigunda; nihil ſiquidem adhuc de ejus obitu compererant. Ubi urbem imperantem intrarunt, Imperatorem e cuſtodia corporis elapſum, & diſſenſionum turbas non modicas inveniunt, quiſnam e fratribus pro Imperatore coronaretur. De quo cum conſpiraſſent jam omnes, ut dictum eſt, Alexius Philanthropænus, & Manuel Palæologus, cognomento Jagrus, in Peloponneſum mittuntur, uti Conſtantinum corona auguſtali exornent; quod fecerunt Spartæ, ſexto die Januarii. Die duodecimo Martii ejuſdem anni Conſtantinopolim cum domino noſtro recens coronato pervenimus in triremibus Catelanicis, & exceptus eſt ab omnibus humaniter hilariterque, completique ſunt exultatione & lætitia univerſi, & ludos ac triumphos egerunt, pro eo ac novis Imperatoribus fieri conſuevit. Diebus aliquot lapſis, fratrem germanum Thomam ad dignitatem Deſpoticam extollit: qui eodem anno, menſe Auguſto ex urbe in Peloponneſum diſceſſit. Kalendis Septembris anni 6958. Chriſti 1450. egreſſus eſt etiam Demetrius Porphyrogenitus, ſimiliterque Peloponneſum petivit. Antequam porro Conſtantinopoli excederent, horribilibus ſeſe ſacramentis coram matre Auguſta, ipſoque fratre Imperatore, & univerſis ex procerum ordine delectis devoverunt, ſi alter alterius loca fineſque invaderet, ac niſi concordiam pacemque agitarent. Verum poſtea juratis non ſteterunt, & pacta pro nihilo putarunt, viciſſimque male animati, irruptionibus detrimenta palam, mihi quoque his oculis conſpecta intulerunt, ut deinceps inter ipſos acta narrando patefaciemus. Quarto die Octobris ejuſdem anni a Conſtantino Imperatore ad Principem Iberiæ, Georgium Mepen (qui apud nos rex dicitur) & ad regem Trapezuntis Joannem Comnenum, cum donis ſplendidis, multoque apparatu, cum viris nobilibus, & ſatellitio, cum hieromonachis, & monachis, cum cantoribus & medicis, & quibuſdam organicis, & alia muſica inſtrumenta tractandi peritis miſſus ſum. Ubi in Iberiam venimus, paſſim cum lætitia excepti ſumus, pulſatiſque organis, & inſtrumentis muſicis reſonantibus, indigenæ concurſantes admirari, ac profiteri, audiſſe ſe quidem de his, cæterum, ut nunc, antehac ſenſibus ea neutiquam uſurpaſſe. Nec modo ea urbe Iberia, verum ea circumjacentibus quoque vicis, & oppidis ad videndum audiendumque approperarunt: quoniam ſonitum quidem auribus percipiebant: quid autem illam harmoniam efficeret, haud intelligebant. Multis confluentibus, fuit inter eos ſenex quidam, circiter annorum centum, nomine Ephræm, ex clariſſima civitate Iberia oriundus, qui hæc mihi narravit. Se puerum a barbaris, & impiis illis gentibus captum, in interiora Perſidis cuidam mercatori fuiſſe venditum: cum aliis multis mercatoribus in Indiam, ad ſollennem mercaturam faciendam proficiſcentem, ubi diebus non paucis ambulaſſet, Indiam attigiſſe. Ibi tum ſe effugiendæ ſervitutis opportunitatem captaviſſe, & nocte quadam luna plenis cornibus lucente, domino ſuo, aliiſque comitibus ex itinere laſſis, fortunam ſecutum ſurrexiſſe, fugiendoque loca commutantem, diebus compluribus per deſerta, & invia pergendo, tandem in inſulas quaſdam veniſſe, ubi degerent μακρόβιοι (μακρόβιοι enim nominantur, quia vitam ultra centum quinquaginta annos ſinguli producunt) quod ea optima cœli temperatione & puritate ajunt contingere. Qua etiam de cauſſa in regionibus illis toto anno fructus omnis generis reperiuntur, quorum alii in flore, alii jam crudi, alii jam maturi ſunt, & colliguntur. Ibidem & magnæ nuces Indicæ, quæ a nobis non feruntur, & aromata optatiſſima, & magnes lapis. Indigenæ ſunt pii, vivuntque tenui re familiari, & Deum colunt. Illis locis Nilus quoque oritur. Cauſſam vero, cur hic fluvius menſibus Julio & Auguſto, non alio tempore inſtar fluminum cæterorum increſcat, & exundet, hanc proferunt. Quoniam duo iſti menſes ibidem aliis menſibus frigidiores ſunt, quod ſol ad nos, & ſeptentrionem aſcendit. Ideo tum æſtate media Ægyptum inundat, utpote tota vi ſolis magis borealem Zonam percurrente, & alia flumina æſtu ſuo contrahente. Tranſit autem & alium fluvium, ut inde ad macrobios labatur, valde periculoſum, propter animal quoddam amphibium immenſæ molis, in eo flumine habitans, & ipſorum lingua appellatum, quod apud nos eſt ὀδοντοτύραννον, quaſi *denti ſævientem* dicas: quod & elephantum quantus eſt deglutire poſſit. In iiſdem ſolitudinibus aliæ quoque animantes & beſtiæ formidandæ magno numero cernuntur, e quibus multi dracones longiſſimi, cubitorum ſeptuaginta, altitudine & craſſitudine imprimis horrendi, ſcorpii cubitales, formicæ unius ſpithamæ & amplius, veſpertiliones inſtar corvorum æſtivorum, muſcæ ut paſſeres ſuper tectis. Quare etiam ob hujuſcemodi terribiles venenataſque beſtias, loca illa ſunt inhabitabilia. Elephantorum illic armenta, ut apud nos boum, & greges ovium viſuntur, quæ & gregatim paſcendo vagantur. Cum Ephræm ſenex hic in regione illa aliquandiu vixiſſet, & linguam gentis probe didiciſſet, de reditu in patriam cogitaſſet, & cuidam incolæ mentem ſuam aperuiſſet, ductus eſt ab eo in locum, quo ab exterioribus Indis naviculæ aromatis onuſtæ allabebantur. Eorum uno conſcenſo navigavit, invenitque navim grandem Ibericam, qua in Portugalliam eſt delatus. Ex inde alii navi in inſulas

A las Britannicas, & poſtremo in Iberiam, quo & ego veneram. Atque hæc ad iſtum modum mihi ab illo narrata ſunt.

CAPUT II.

Naufragium Protoveſtiarii. Obitus Irenes Auguſtæ, uxoris Manuelis. Mors Ameræ Amuratis. Pax inter regem Trapezuntis, & Ameræ filium Mahometem. Dolor & lamentatio Protoveſtiarii de ſucceſſione Mahometis, propter tyrannicus ejus ſpiritus, & timorem futuræ obſidionis Conſtantinopolitanæ. Ejuſdem dona, & litteræ ad Imperatorem Trapezunte. Cum Ameriſſa conjugium Imperatori ſuadet, & quatuor oppoſitiones diſſolvit. De Legato ad Deſpotam Serviæ conjugii nomine mittendo.

B Diſceſſi ergo in Iberiam Aſiaticam, propter conciliandum conjugium, ex alterutra quæ mihi videretur familia (*Iberica aimirum aut Trapezuntia*) Et neceſſe habebam utriuſque ſtatum per litteras ſignificare, quo culpa vacarem, & reſponſum exſpectarem. Ad Amiſum feci naufragium, ubi reſponſum exſpectans, manſi in terris illis annis duobus, & diebus triginta. Eo tempore, die tertio decimo Martii ejuſdem anni ad beatorum ſedes moriens tranſiit veneranda Deſpœna Irene, per divinum angelicumque habitum dicta Hypomene, monacha, & in monaſterio Pantocratoris, juxta beatæ memoriæ, & venerabilem Imperatorem maritum ſuum tumulata eſt. Menſe Februario anni 6959. Chriſti 1459. abiit in communem locum Ameras Amurates, quod in Iberia degens, auditione accepi. Trapezuntem ut veni, ſic me rex compellavit. C Domine Legate, volo te bono afficere nuntio: pro quo donum aliquod grati animi rependere te oportebit. Ego ſurgens illum adoro, & ajo. Deus majeſtati tuæ annos adaugeat, qui nobis multimodis benefacis, & per hoſce nuntios etiam benefacies. Nobis vero nil ſuppeditat, quod faciæ majeſtati tuæ pro dignitate rependamus. Mox de interitu Amuratæ mihi nuntiat, & quo pacto filius ejus (*Mahometus II.*) rerum potiatur, qui ſibi plurima beneficia præſtiterit, & de pace inter ipſos denuo confirmata; quemadmodum & antea domus Trapezuntica cum ipſius parente pacis fœdera coluiſſet. Quæ cum audiſſem, ohmutui, tantuſque dolor me inceſſit, ac ſi de morte chariſſimorum liberum audiſſem: vultuque in terram aliquantiſper dejecto, Deſpota mi, inquam, hic nequaquam jucundus, ſed acerbus potius eſt nuntius. D Tum ille, quomodo bone vir? „quia, inquam, demortuus Ameras ſenex erat, & urbis obſidionem tentavit ille quidem, verum deinceps nihil adverſus eam inceptare, ſed pacem quam bellum maluit. Succeſſor autem ejus, juvenis adhuc, & a puero Chriſtianorum inimicus eſt; quos contumelioſe tractavit, adjecitque minitabundus, ſe occaſionem nactum, & regno patrio in manus accepto, Romanorum, & totum Chriſtianorum imperium perditurum, ac deleturum funditus. Præterea urbs in præſens pecuniarum eget, propter dominum meum nuper ſceptra imperatoria adeptum, qui de vectigalibus imperii grande æs, propter expeditiones, & donativa in milites, & in omnes aulicos liberaliter collata impendit. Quod cum ita ſit, temporibus pacificis opus habet, ut ad bellum & pugnam idoneis, & neceſſariis E rebus ſe ſe inſtruat. Quod ſi Deus peccatis noſtris iratus permiſerit, ut Aleterius (Mahometes) juvenili audacia, & animi perverſitate incitatus urbem armis adoriatur, quid nobis futurum ſit, haud ſcio. Profecto fœlices nuntii forent, ſi juvenis ille, qui nunc Ameras eſt factus, occidiſſe nuntiaretur (ſiquidem pater ejus alium filium non habebat) cujus mores ſeni ex dolore morbum, ex morbo interitum

Georg. Phranz.

accelerarunt. Atque ita in diſcrimen, & diſcordias ingentes impiorum Turcarum imperium devolutum eſſet, interimque omnia noſtra reſici, & conſtitui potuiſſent, & imperium non paulo honoratius evaſiſſet. Tum Rex Trapezuntius ita excepit. Tu cum ſis de numero optimatum, & Procuratorum illius aulæ, melius utique iſta noſti. Tamen Deus qui potens eſt, illum bonum, & humanum reddet. Hic ego, magnas ago gratias integritati, & conſilio potentiæ tuæ. Sane non ſum tantus, quantum me majeſtas tua cenſet. Acceperam autem, Ameræ ſeniæ defuncti uxorem Serviæ Deſpotæ filiam, poſt viri mortem ad parentes domum præclaro, & honorifico comitatu reverſam. Cum porro ob cauſſas non parvi momenti Trapezunte neceſſario commorarer, reperiſſemque navim, quæ Conſtantinopolim ſolvebat, in ea equos aliquot, & pueros duos, a rege Iberiæ de captivis & præda, & alia complura a quibuſdam mihi liberaliter donata ad dominum meum Imperatorem miſi; ac ſimul de iis certiorem feci, quæ egiſſem in Iberia, & quæ Trapezunte effecturum me confiderem. Omnia demum quæ acciderant, eidem expoſui, datiſque epiſtolis cuidam de nobilibus, qui mecum erant, eum dimiſi, & præcepi, ut unam redderet Imperatori, dum adoraret eum, & de rebus noſtris coram narraret omnia: alteram rurſus die ſequenti eidem porrigeret, in qua ſic ſcriptum erat.

„Poſtquam ſalvus Trapezuntem veni, ex ore regis hujus de exceſſu Ameræ, & Ameriſſam ejus ex ſorore neptem in patriam ad parentes magnifico apparatu rediiſſe cognovi. Itaque decrevi apud animum, recte me facturum, ſi hæc potentiæ tuæ ſignificarem. Nam duobus matrimoniis, quorum conficiendorum cauſa peregre abii, hoc majeſtati tuæ multo illuſtrius, multiſque de cauſſis ad omnia utilius futurum eſt. Placeat igitur potentiæ tuæ, modum atque excuſationem invenire, quo Ameriſſæ hujus connubium aſſequatur. Quatuor duntaxat cauſſas perſpicio, quibus id majeſtati tuæ repudiandum videri queat. Prima, quia genere ac nobilitate inferior. Altera, ne forte Eccleſia nuptiarum iſtarum ſacra propter cognationem non patiatur. Tertia, quoniam vir ejus Turca fuit. Poſtrema, quia cum ſit quinquagenaria, ſi forte conceperit, periculoſe pariet, ut phyſici affirmant, & pœne ſemper contingit, præſertim cum hactenus ſterilitate impedita, partum nullum effuderit. His quatuor objectionibus occurramus. Primum, nihil eſt novum ac ſingulare, ſi hanc uxorem ducas, quæ nobilitate dominæ meæ, venerandæque matri tuæ nihil cedit. Ad ſecundam cauſſam quod attinet, ſi Trapezuntis regis filiam duceres, ſperaremus Eccleſiam legis de affinibus & cognatis non miſcendis gratiam facturam, modo in mendicos, & orphanos ſtipis nomine pecunia erogaretur. Hoc tanto magis & facilius filiæ Serviæ Deſpotæ concedetur, Ameriſſæ, inquam, propter tam multas erogationes, & merita, quæ quotidie in Eccleſiam, in hieromonachos & monachos, & in totum clerum confert. Venio ad tertiam. Non eſt præter opinionem, & inauditum, illam cum Turca nuptam fuiſſe: quando & avus tuus Joannes Eudociam duxit, quæ cum Turca prius fuerat, parvæ ac modicæ regionis domino, cui liberos etiam pepererat. Hæc autem multis partibus majoris domini, & Ameræ conjugium tenuit, & ut fertur, ille corpus ejus non tetigit: quare nec liberorum quidquam genuit. Supereſt ultima ratio. Quanquam annoſa eſt, ſi conceperit, Dei deinde voluntas fiat. Certe his quatuor de cauſſis jam prædictis hoc matrimonium majeſtati tuæ nihil incommodabit, & parentibus ejus accidet jucundiſſimum, annuentque perlibenter. Tu illico fidelem quempiam de primoribus pa-

„ latii : aut de hieromonachis , ſive monachis
„ mikrito, qui rem effectam det, quo omnia mo-
„ ra tollatur.

CAPUT III

Aprorum venatio. Ea Protoveſt. lit. triſtitia & lætitia Imp. Manuel Palæologus ad Deſpotam Serviæ Legatus ſuper nuptiis filiæ Ameriſſæ. Ejus votum caſtitatis. Protoveſtiarius redit Conſtantinopolim. Mos Iberorum nuptialis. Locus Cæſaris de legibus ſcriptis, & non ſcriptis apud varias gentes. Dos ampliſſima, una cum filia ab Iberiæ rege Conſtantino promittitur. Filiam Protoveſtiarii filiæ ſuæ adoptat.

CUm ii qui literas apportabant ſalvi ad urbem adnavigaſſent, Maii die viceſimo octavo, & Imperator apros venaretur, de nonnullorum ex Iberia adventu illi indicatum eſt. Relicta igitur venatione palatium lætabundus petit, quem adierunt qui epiſtolas ferebant. Ubi animadvertit dominus meus non adeſſe me: ſed de comitibus tantum meis, & priorem epiſtolam legit, non mediocriter diſcruciatus animi, tarditatemque & moram meam ægre ferens accuſavit. Aſt ubi alteram die ſequenti legit, indeque me venturum didicit, acquievit, & exhilaratus eſt, ſtatimque cum Manuele Palæologo Cantacuzenæ Protoſtratoriſſæ conſobrino egit, eumque ad Serviæ Deſpotam miſit, uti ſuper conjugio, de quo ſcripſeram, inquireret ac videret. Parentes jucunde & libenter ea de re audiverunt, atque ad eam præſtandam paratos ſeſe oſtenderunt. Nihil quippe aliud impediebat, niſi quod Ameriſſa Deum rogaverat, & vivo etiamnum Amera votum nuncupaverat, conſtitueratque, ſi Deus quocunque tandem modo ſe e manibus impiorum illorum liberaret, alii præterea quamdiu ſuperaret, nemini nubere: ſed in caſtitate virginali quod reſtaret ævi traducere, Deoque, liberatori ſuo pro viribus ſervire. Ob hanc cauſſam hoc matrimonium non eſt initum. Ejus anni menſe Auguſto, ab urbe, inſtar exulis diſceſſit Patriarcha Georgius: & ego decimo quarto Septembris anni 6960. Chriſti 1452. Conſtantinopolim incolumis reverti, in navi optimi viri Antonii Rizi, qui poſtea propter Chriſti fidem martyrium pertulit. Confeci igitur conjugium in Iberia (nempe ut dominus meus regis Iberiæ filiam duceret) quia videlicet Ibericum hoc Trapezuntio præſtabat. Sic enim mihi rex. Non eſt apud nos conſuetudo, ut fœminæ dotem dent viris, quibus nupturæ ſunt: ſed viri contra fœminis. Ego præfatus veniam, nunquam me talem conſuetudinem, aut legem auribus accepiſſe confirmo, qualem majeſtas ipſius proferret, ſervarique vellet. Tum rex arridens, &
„ verba mea velut admirans, an neſcis, inquit,
„ vir honoratiſſime, quid magnus dicat Cæſa-
„ rius? In libello, quo diverſarum gentium mo-
„ res, & leges comprehendit, ſic habet. In
„ qualibet regione & gente quædam ſcripto,
„ quædam non ſcripto, ſeu more & conſuetudi-
„ ne continentur. Quæ enim patria ſunt, vim
„ legis exiſtimantur obtinere. Itaque primum Se-
„ res, ultima terrarum incolentes, conſuetudi-
„ nes patrias legum loco habent, ne fornicentur,
„ ne furentur, ne ſint maledici, ne occidant. Apud
„ Bactrianos autem lege a majoribus lata hæc di-
„ ſciplina & pietas ſervatur, ne comedantur car-
„ nes, nec bibatur vinum, nec laſciviæ & li-
„ bidini, nec ulli generi improbitatis locus relin-
„ quatur: ſolitimis Indis impune contra peccan-
„ tibus, apud quos mediterranei vorant homines,
„ & advenas interficientes, pro cibo habent.
„ Chaldæis, & Babyloniis lex eſt petulantia &
„ turpitudinis plena. Apud Pelæos mulieres le-
„ ge agriculturam exercent, domos ædificant, &
„ opera virorum exſequuntur. Adulteriis item ſe
contaminant quando volunt: nec id ulla ra- "
tione viri interdicunt. In iis plurimæ ſunt bel- "
licoſiſſimæ, & beſtias venatu capiunt validiſſi- "
mas. In Britannia plurimi viri cum una uxore "
thorum tenent communem, & fœminæ non "
paucæ unius tantum viri complexum patiuntur. "
Amazones quodam tempore viris carebant, & "
beſtiarum inſtar, ſemel anno, circa æquino- "
ctium vernum finibus ſuis excedentes, cum vi- "
cinorum locorum maribus Venerem tractabant, "
ac tum panegyrim, ſeu conventum frequentem "
& illuſtrem ſe celebrare cenſebant, ex eoque "
fœtibus conceptis, domum omnes ſe recipie- "
bant. Cum porro parerent, pueros quidem ne- "
cabant, fœminas conſervabant, nutriebantque, "
& educabant omni diligentia. Ita quoque nobis "
hic eſt conſuetudo noſtra, ſicut a me audiſti, "
a viris fide dignis intelliges. Nec id mirari de- "
bes, Georgi, vir ſpectatiſſime. Idcirco hoc "
connubium reverenter, nec inconſulto inſtitui- "
mus, polliceorque daturum me filiæ meæ præ- "
ter pretioſam auri argentique ſupellectilem & "
gemmas, & armillas unionibus inſertis, & au- "
ro lapilliſque ornatas: præter veſtes & textilia "
varii generis ad uſum ipſius, nummum inſuper "
aureorum millia quinquaginta ſex. Adhæc in "
annos ſingulos accipiet alia aureorum quina "
millia, quæ in eleemoſynas pauperum, aut pro "
arbitratu inſumat. Te vero audio habere ge- "
minam ſobolem: maſculam, quam Imperator e "
ſacro fonte ſuſceperit, quæ illius eſt, eritque: "
fœmineam, quæ ex die hodierno eſto filiæ meæ "
a qua viro collocabitur, ubi tu locorum collo- "
candam exiſtimaveris. "

CAPUT IV.

Conſtantini in Protoveſtiarium, ut adminiſtrum fidiſſimum animus gratiſſimus, & eximia ejus commendatio. Narratio Conſtantini de connubio Serviano. Bulla aurea ſuper ducenda regis Iberiæ filia, quam Protoveſtiarius ſit adducturus. Timor Ameræ Conſtantinopoli. Conſilium de advocando fratre ex Peloponneſo, qui ad Principes Chriſtianos in occidentem pro corrogandis auxiliis mittatur, ſi res ita flagitet.

POſteaquam igitur omnia in Iberia, & Trapezunte geſta domino meo & Imperatori ſubtiliter, & enucleate a principio memoravi, de Serviano ipſum connubio percunctatus ſum. Reſpondit ille mihi. Equidem tibi propter "
tuam erga me a puero benevolentiam, fidem- "
que & tanta obſequia nimiopere obligatum me "
confiteor. Verum quod in Serviana re egiſti, "
id hodie tuum in me amorem & officia ma- "
gis confirmat, communit, & obſignat: & re- "
munerationem tibi debeo, quando quidem mea "
cauſſa tantis ſemper in laboribus moleſtiiſque "
verſatus es. Quinimmo domum tuam tamdiu "
reliquiſti, ac procul a patria, in regione exte- "
ra ſpiritum ducere non dubitaſti. Unde cum qui "
illic regnant, magnos tibi honores, & dona "
promitterent, Iberiæ & Trapezuntis reges, in- "
quam, uterque rogans te, uti ſocietatem inter "
me, ipſorumque filias conciliares, tu ut pru- "
dens & fidelis miniſter, elegiſti, & feciſti, "
quod mihi foret conducibilius, & quæ viſa ſunt "
tibi, mihi per literas conſuaſiſti. Magnum hoc "
teſtimonium tuæ erga me propenſionis & cha- "
ritatis fuit. Velim autem tibi certiſſimo per- "
ſuadeas, me digna virtuti tuæ præmia perſolu- "
turum, quamdiu vixero. Quod porro de Ser- "
viano connubio ex me ſciſcitaris, ita res ha- "
bet. Poſtquam Ameras vitam cum morte com- "
mutavit, & conjux ejus ad Deſpotam Serviæ "
patrem ſuum rediit, cognata ejus Protoſtrato- "
riſſa me ſuper hoc negotio adiit, cumulatiſſi- "
maque dona, & dotem maximam mihi ſpopon- "
dit: alia item multa utiliſſima propoſuit, & "

„ in futurum promiſit, quas ego multas ob cauſ-
„ ſas vera, & ex re mea fore duxi. Cæterum
„ alio conſilio, & conſideratione in tali re opus
„ erat, nec habebam qui cum cogitata mea con-
„ ferrem, quod omnes motionibus animi turbi-
„ dioribus indulgerent. Domina & parens mea
„ Deſpœna die ſuo perfuncta eſt. Cantacuzenus,
„ qui unus omnium incorrupte, & tranquilla men-
„ te judicabat, ipſe quoque ad plures abiit. Lu-
„ cas Notaras palam & occulte dictitare, qui
„ norit quid facto opus ſit, extra ſe unum repe-
„ riri neminem: quæ ipſe dicat & faciat, nobis
„ pro veris, & bonis confirmanda & amplecten-
„ da eſſe, juxtaque proverbium, omnem ſolet ob
„ id movere lapidem, id quod & ipſe non ne-
„ ſcis. Magnus Domeſticus oderat Servianas iſtas
„ nuptias, aſſentiebaturque Joanni Cantacuzeno,
„ & ad Trapezuntinum matrimonium ambo me
„ iterum iterumque ac ſæpius adhortabantur. B
„ Qui cum igitur tam deliberarem? Cum mona-
„ chis? at ab hujuſmodi conſultationibus abhor-
„ rent. Cum proceribus? at nemo non aliquem
„ ſequebatur, & periculum erat, ne myſterium
„ non celaret. Hinc ego moras tuas iniquius fe-
„ rebam. Cæterum ubi epiſtola tua mihi eſt red-
„ dita, & te, & ſententiam tuam cognovi,
„ quæque & nos prius fixa & conſtituta habeba-
„ mus, ea prudenter & commode expediviſti.
„ Confeſtim Palæologum cum Joanne Eudæmo-
„ ne mitto, per cauſſam aliarum rerum: ſed re-
„ vera, ut hoc Protoſtratoriſſæ materteræ ſuæ
„ renunciaret. Et ecce, quid obſtaret, quo mi-
„ nus fieri poſſent iſtæ nuptiæ, intelleximus, &
quievimus. De reliquo, quod Deus fortunet, re-
gi Iberiæ ſatisfaciemus. Fit bulla aurea, cui ma-
nu ſua ſubſcribit; & fit in hanc ſententiam, ut C
filia regis eſſet ſibi uxor, & Deſpœna Conſtan-
tinopolis; & ipſe Imperator eſſet maritus illius,
ſecundum omnia pacta & conditiones, quas cum
eo idem rex Iberiæ feciſſet. Vocatur in conſpe-
ctum Imperatoris, qui mecum ex Iberia legatus
advenerat, & Imperator manu ſua eo vidente
tres cruces cinnabari in fronte bullæ ad confir-
mationem pro conſuetudine exprimit, bullamque
auream in manus Legato tradit, hæc ſubjiciens,
iſte (me oſtendebat) Deo propitio vere proxi-
me ventoro cum triremibus aderit, meamque
ſponſam & thori ſociam abducendam accipiet.
Legatus adoratione præſtita diſceſſit. Quoniam
vero ab initio anni illius rumor ſerpebat, Ame-
ram ad anguſtias, prope ſuperiora vici Aſoma-
ti venturum, ut ibi oppidum exædificaret, re
in conſilium adducta viſum eſt, ut Imperator in D
Peloponneſum ad fratrem accerſendum mitteret,
utercunque illorum venire vellet, & is cum Im-
peratore ſentantia, ac voluntate omnino con-
grueret: ut ſi neceſſitatem id exigere cernerent,
ſi Ameras, puta, aliquid adverſus imperium co-
naretur, ad occidentales Principes profectus, ab
iis opem auxiliumque flagitaret.

CAPUT V.

Dantur mandata Protoveſtiario de navigatione in Peloponneſum. Denuntiantur alia bina in Cyprum, & Iberiam. Faceta illius propter uxorem excuſatio. Imp. reſponſio humaniſſima. Dignitatem vicariatus illi promittit, qua Notaras Magnus Dux cedit. De filia Protoveſtiarii cum Nicolao Meliſſeno dynaſta Peloponneſi conjungenda promiſſio Imp. De ſequeſtro fratrum in Peloponneſum mittendo anceps Imp. cogitatio. Cauſſa in Cyprum mittendi Protoveſtiarii. E

Dies aliquot in his cogitationibus dum ver-
ſamur, effluxerunt. Deinde me accitum,
„ Imperator ſic alloquitur. Protoveſtiarie, ex
„ conſilio a nobis habito, compara te, ut in Pe-
„ loponneſum naviges, ibique negotium ita tran-
„ ſactum reddas, ut alter fratrum meorum huc

Georg. Phranz.

A veniat. Inde in Cyprum ad reginam, fratris "
mei filiam proficiſceris. Nos hic navigationi "
neceſſaria providebimus. E Cypro cum redie- "
ris, Iberiam petes, ut ſponſam novam, & le- "
cti conſortem, futuram poſthac dominam tuam "
inde tollas. Tum ego ſic orſus ſum. Non poſ- "
ſum præterire mandatum tuum, quo minus fa- "
ciam quod jubes. Verum commater tua, & fa- "
mula majeſtatis tuæ conjux mea, metuo, ne "
propter tam crebram abſentiam meam indigna- "
ta, ad monachas ſe adjungat; aut deſerto me, "
alteri nubat. Nuperrime enim ex Iberia rever- "
ſus ſum, illic contrito toto biennio. Si paucos "
poſt dies iterum domo abiero, cauſſam veriſi- "
milem & æquam ſuo judicio inveniet faciendi "
alterum horum quæ dixi. Et Imperator ſubri- "
dens, at tu, inquit, hanc, & ſolam adhuc pro- "
B fectionem ab ea impetrato, & promitto (ita "
me Deus amet) non tibi amplius ſuper diſceſ- "
ſu e patrio ſolo moleſtiam creaturum. Et eo "
minus, quandoquidem tenes memoria, quæ ti- "
bi commoda ſim pollicitus, quæ inter nos lo- "
cuti ſimus, & quid facere cogitemus. Atque "
hoc etiam citra ſacramenti religionem ſtabile "
ac firmum eſt, legationes & itinera tua finem "
in poſterum habitura. Dicam porro Magno Du- "
ci Notaræ, cum hoc fungatur munere, non "
poſſe eum quoque agere Adminiſtratorem. Et "
hoc dico, ut te officio illo munerem. Verun- "
tamen ſpoliare nunc illum ea dignitate haud "
decet, ne contemnere hominem videamur: ſed "
procraſtinemus, & modum excogitemus, quo "
eam ipſe ſponte ſua deponat, habeatque rur- "
ſum primas in ſtatione, & in conſilio, & a- "
liunde illi redditus compenſentur. Nam me quo- "
C que exemplo fratris mei duos de nobilitate "
creare conſiliarios neceſſe eſt, qui toto die me- "
cum ſint in palatio, qui provideant, conſti- "
tuant, & agant, quæ ad imperii gubernationem "
faciant. Atque ita cum Magno Duce per meum "
& ipſius compatrem hieromonachum & ſpiritua-
lem patrem Neophytum e monaſterio Charſia-
nitarum actum eſt. Audito Notaras de alio offi-
cio, non repugnabat: volens an nolens, equi-
dem neſcio. Quin præ ſe ferebat, ſe iſtue face-
re cogitaſſe etiam antequam verbo appellaretur,
ut & Imperator alias dignitates filiis ejus imper-
tiretur.

Sed enim hæc ad exitum perducta non ſunt,
quod nos brevi communis calamitas obrueret.
Rurſum mihi affirmavit Imper. ſe & hoc bene-
ficio velle me ornare, ut filiam meam Nicolao
D Meliſſeno, filio Nicephori Meliſſeni (quem &
Meliſſurgum cognominabant, qui & Magnus Pro-
toſtrator poſtea, & Metropolita fuit, ut libro
ſecundo hiſtoriæ noſtræ explicatum eſt) vincu-
lis jugalibus copularet. Et vicariam adminiſtra-
tionem illius oppidorum locorumque mihi datu-
rum, donec filia mea annum quartumdecimum
attingeret, & nuptiæ fierent. Atque hoc fuit,
cur legationes & itinera mea finem habitura Im-
perator diceret. Hoc inſuper mihi dixit: velle
ſe in Peloponneſum alium ſenem de optimatibus
ſuis mittere, ut illic res, de quibus diximus,
fratrum ipſius componeret, & ad ſe referret,
quid facto opus foret. Quod ſi nequiret primum
caput exequi, ſaltem ſecundum, aut tertium,
aut quartum, & ſi neceſſe foret, quintum exe-
queretur. Rurſum, ſed ſi, inquit, alium præter
te miſero, timeo, ne debitam mihi benevolen-
E tiam, ac fidem non præſtet, ac fortaſſe illum
circumſcribant Principes ac fratres mei, per bul-
lam auream vicum, aut regiunculam ipſi, &
hæredibus ejus per ſucceſſionem pollicentes,
quo perſuaſus, rejectis quatuor capitibus, ſecun-
dum quintum agat, quod mihi moleſtiſſimum ac-
cideret. Tute inſuper recordaris, quemadmodum
monachus a Cypro a regina cognata mea miſſus
ad me venerit, a quo iſta accepi. Quoniam ho-
minem fidum non haberet, cujus ore magni mo-

menti res mihi indicaret, neque poſſet, ut optaret, per ſe mecum miſcere colloquium, quempiam ea aula mea probatum & fidelem ad ſe deſtinatem. Quocirca cum alio præter te nullo arcana noſtra communicanda videntur; nec eſt te aptior quiſquam, qui ſolus etiam alias cum ea egiſti, conſtituiſti, verſatus es, pleneque illi perſuaſiſti omnia. Quamobrem per alium iſtuc negotii nequit abſolvi. Adhæc ita reſponſum reddidi. Uti cenſes, Imperator, ita res habet. Ac propter cauſſas iſtas rationi tam affines, conjux mea famula tua una cum propinquis meis non obſtabit fortaſſa, quo minus juſſis tuis morem geram: quam beabo, narrans illi quæ majeſtatis tuæ bonitas de filia noſtra maritanda decreverit, deque ditione, & donatione honorifica, qua illam aliis fœminis nobilibus antepoſuit. Ita cum tempus prandii admoneret, ego domum diſceſſi.

CAPUT VI.

De Phranze novis honoribus ornando. Deliberatio ejuſdem cum amicis de filiæ connubio. In Peloponneſum & Cyprum abire parat, adjuncto filio duabus de cauſſis. Fit Magnus Logotheta invitis æmulis. Mentio honoris ejus in literis Imperatoriis facienda. Ameras Adrianopoli contra Byzantium ducit.

SEcundum prandium Magno Duci in palatium venienti Imperator retulit, quæ de obeunda legatione mecum egiſſet, cauſſam tamen non aperuit. De novis etiam honoribus, quibus pro dignitate cohoneſtarer & augerer, multa adjecit, illumque mecum agere juſſit. Conſultante porro me cum cognatis, amicis ac familiaribus de promiſſis Imperatoris, itum eſt in eam ſententiam ab omnibus, uti familia mea nuptum daretur: ad officium honoreſve quod attineret, ut fortunæ me permitteram. Ita in Peloponneſum, & Cyprum proficiſcor, mecumque duco filium meum, adoleſcentem optimum, ac propemodum diaerim meliorem æqualibus ſuis univerſis, & de facultatibus meis mobilibus majorem partem ſumo, ut dum per terram iter facimus, ipſe quoque mores hominum, & urbes videret, & ad omnem vitæ honeſtatem erudiretur: &, at, ſi Ameram in nos quippiam moliri videremus, ipſum in Peloponneſo cum facultatibus illis apud maternos conſanguineos meos, in ditiuncula profecti mei habitantes relinquerem. Si nihil moliretur, mecum in patriam rediret. De cætero propter omnes haſce cauſſas a me allatas, nempe propter filiæ matrimonium, ſuſpicionem belli, & reliquas, conjux me diſcedere paſſa eſt. Poſtquam igitur de filiæ matrimonio, de dota rem confecimus, factaſque preces ſubarrationis, & gaudia ſponſalitia peregimus, omniaque ad iter providimus atque inſtituimus, tantummodo mandatum Imperatoris ſcriptum (*ſeu patentes, ut vocant*) exſpectabamus Palatium, & conclave Imperatoris pro conſuetudine mea ingredior, ipſum non invenio. Præſtolor aliquantum, cum ecce prodiens, tu ex hoc, inquit, Magnus Logotheta eſto. Hoc ſolum tibi mando, ut propter temporis eventa, & varias procerum voluntates, & alias ob cauſſas in ſacris feſtorum dierum ſolennibus, pro more officii tui ne me adores. Veruntamen Notarius in epiſtolis ad fratres meos, & cognatam meam reginam, omnibuſque ad omnes, ad quos de tua profectione ſcripturus ſum, hujus dignitatis tuæ mentionem faciet. Tu inde viciſſim ad me, & ad domeſticos tuos ſcribens, titulum illum uſurpabis. Et ſi interea audierint, qui tibi nolunt, viſumque fuerit durum & acerbum, volentes nolentes acerbitatem illam devorent. Tum ego hunc in modum locutus ſum. Cœleſte numen producat imperium tuum. Sacram majeſtatem tuam ſuppliciter rogo, ne mea cauſſa ſcandalum aliquod enaſcatur, unde imperium tuum peſſumeat, quod in ſempiternum Deus prohibeat. Sed ſi ad pacem & lætitiam majeſtati tuæ pariendam condocere videatur, potius mihi pellem detrahe. Et Imperator, ut fidelis miniſter locutus es. Sed ne tibi iſtuc curæ ſit ullo modo. Dolet mihi, eos tam multa tua erga me obſequia, & amorem non conſiderare: ut comparatione tuorum meritorum a ſuſpicionibus reſilirent, & convenientes officiorum gradus tibi non inviderent. Verum accerſe huc, cui miniſterium iſtuc creditum eſt Notarium. Venientem ſic affatur Imp. Indicavimus tibi ante ſigillatim, quid, & ad quos fidei publicæ literas ſcriberes. Iis ſcribito rurſum, eos omnia ex Magno Logotheta Georgio Phranze cogituros. Si vita ſuppeditaverit, deinceps etiam affinem meum nominabis. Cui iſtuc diſpliquerit, ringatur licet, & pro nectare, aut potu aromatite fel hauriat. Tu quoque Notaria, hoc ad tempus tacitum ſerva. Rebus jam adornatis, propediem adorato Imperatore abeundi poteſtatem exſpectabam: & ecce tibi, Adrianopoli procedens Ameras adverſum nos tendit. Murmur aliquandiu, ne forte in itinere nobis quippiam infauſtum ac deteſtabile occurreret.

DE EXPUGNATIONE, ET VASTATIONE CONSTANTINOPOLIS.

CAPUT VII.

Qui moverit Mahometem ad hanc obſidionem. Propoſitum tegens, juxta Aſomatam in faucibus caſtellum conſtruit tribus de cauſſis. Imperatoris conſilium de impedienda ædificatione quare non proceſſerit. Suburbani a Turcis capiuntur. Caſtellum abſolvitur. In eo tres turres: earum latitudo. Præſidium impoſitum. Exercitus in Peloponneſum ad Deſpotas ab auxilio ferendo impediendos. Iſthmum Turachanes occupat. Magna utrinque ſtrages. Ad Corinthum, & ſinum Meſſeniacum, & Mantineam progrediens, obvios capit, ſpoliat, ſervitute multat. Matthæus Aſanes a Deſpotis miſſus, multos interficit. Turachanis filius capitur. Thomas Princeps filio augetur.

AMeras Mahometes cum patris ſui, majorumque ſuorum exſecratiſſimorum præclara bella, illuſtres victorias, res denique glorioſe geſtas audiret, & perpenderet, apud animum cogitavit, quidnam ipſa quoque perenni dignum memoria perpetrare poſſet. Hæc volventem ſubiit conſilium improbum, ut armis urbem Conſtantinopolim invadendam ſuſciperet. Sic enim tacitus ratiocinabatur: ſi hanc urbem ſubegiſſet, omnes avorum ſuorum laudes rerum geſtarum gloria obſcuraturum, quando ipſi non ſemel jugum ei imponere annixi, fruſtra laboraſſent. Cum iſtiuſmodi occulta, & diſſimulata cogitatione, viſum eſt aapedire, juxta Aſomatum ad anguſtias caſtellum ſive arcem conſtruere, ut ſupra diximus, in quod, dum meditata in opus conferret, tutum receptum ac perfugium haberet, nec ullum ſeu parvam, ſeu grande navigium e ponto Euxino Byzantium poſſet appelli: atque ut Turcis ex Aſia in Europam facilis tranſitus eſſet. Cumque vellet, & inſtaret ab ſe cogitatis dare initium, en 26. Martii, anni 6960. Chriſti 1452. anguſtias illas ad caſtelli ædificationem per vim inſidet. Calliditatem hominis non ignorans Imp. ad eum impediendum prior arma movere conſtituit: cujus conſilio cum ſacri, tum profani proceres adverſabantur, hoc opponentes, non eſſe bellum ab ipſo ordiendum, donec conſtaret, quorſum ille tenderet. Si oppidulum conderet, non difficulter ipſum propter viciniatem in poteſtatem redacturos. Atqui poſtea planiſſime cognoverunt, amentes ſpe vana paſci. Ego in vo-

Digitized by Google

luntete propoſiti ec pareti itioetis perſeverabam, dicebamuſque inter nos, & bodie, & cras videamus: & quia per terram propter pericelum non convenit, per nodas viam inveniemus. Menſe Junio ecce promulgatur bellum, & incurſante nos boſtili exercitu, omnes ſuburbani pro captivis abripiuntur. Interim perſectum eſt caſtrum, & in eo turres tres firmæ ac ſolidæ, duæ continentem verſus, tertia reliquis paulo minor, verſus mare conſtuctæ. Murorum eorundem latitudo pedum vicenum quinum. Interius ſpatium duorum & triginte. Eas plumbo texit, oppidum totum bene communivit, præſidioque firmecit. Auguſti 28. inde exiens, agrum Conſtantinopolitanum vaſtare occœpit. Primo Septembris enni 6961. Chriſti 1453. Adrienopolim conceſſit, forte ut biduo mœnie urbis, & foſſas, & ſi quid aliud volebat, contempleretur. Eodem eutamno, primo Octobris Turechanes, & duo filii ejus, Achumates & Amarines cum copiis ingentibus in Peloponneſum mittuntur, ut pede cum Deſpotis fratribus Imperatoris collato, a iebſidio ferendo ipſos prohibeent. Dederetque in mandatis Ametas, ut byeme quam longa eſt, eos armis diſtinerent, ne advenientes, & cum fratre Imperatore conjuncti, urbem deſenſarent. Turachanes igitur ut adnavigavit, Iſthmi propugnacule cepit, & ea utraque parte, Chriſtienorum, inquam, & infidelium quam plurimi cæſi: ſed iliorum plures, qui & fugæ ſe tradiderunt. Turachanes cum reliquis Corinthum per mediam inſulem vadens, capit, ſpoliet, in ſervitutem redigit quoſcunque obvios, & uſque ad præſecturam ſeu provinciam Arcediæ, ſinumque Meſſeniacum pertendit, viaque eb Ithome progrediens, totum illum ſinum uſque Mantineam depopolatur. Perſpectis autem locorum anguſtiis & difficultatibus, per quas totus ſimul exercitus trenſire nequiret, parte, & qeidem ſtrenuorum Achumatæ filio commiſſa, Leontario procedere juſſit, ipſe eliem viam tennit. Eo comperto Deſpotæ & fretres Matthæum Aſanem cum exercitu occulte mittunt, qui ed locem venieos, unde trenſmiſſuri erant, improviſo in illos impreſſione facte, non paucos pertim occidit, pertim vivos capit. Capitur etiam Achumates Turachanis filius, quem Spartam ad Demetrium Principem mittunt. Decimo ſeptimo Jenuarii, eoctum eſt Palæologorum genus, & imperii ſucceſſor, patvæque Romanorum ſcintillæ hæres natus, Andreas Palæologus, Thomæ Deſpotæ Porphyrogeniti filius. Ac res quidem Peloponnenſes ita ſe habuerunt.

CAPUT VIII.

Urbs obſidetur. *Turres extra urbem, & in vicis ante evertuntur. Ibidem latentes quid paſſi. Apparatus bellicus advehitur. Adventat Ameræ, locus tabernaculi, caſtrorum ſitus, multitudo navium. Catena portui obtenta. Naves intra catenam hoſtibus oppoſitæ, & aliæ auxiliares. Oppugnantium, & reſiſtentium ardor. Magna helepolis diffracta in fruſta diſſiliens multos necat. Dolor Ameræ. Plurium navium acceſſio. Earum ſtatio. Numerus navium & militum in terra. Propugnatorum paucitas. Subductus a Protoveſtiario defenſorum armorumque numerus.*

Poſtquam ver effulſit, Ameres ædificata jam, & ornete claſſe helepoles & helebolicas, & elies inſuper machinas oppugnatorias diſtribuit. Deinde Charate Baſſa cum exercitu præmiſſo, ipſe ſuperveniens, urbem premit. Ante ejus adventum Turcæ turres extra urbem in egro Byzentino, & in vicis (in quas ſe nonnulli propter repentinam boſtium irruptionem ebdiderant) expugnatas evertunt. Hominum pers in ſervitutem rapte, pars fame, & aliis incommodis periit, non pauci Chriſtieni captivi facti.

A Interea ad bellum requiſite, & commeatus, & machinæ megno numero advecta. In his complures helepoles, ea quibus eliquot tantæ vaſtitatis, ut e quadraginte, aut etiem quinquaginte jugis boum trahi ſingulæ non poſſent: hominum eutem ſupte duo millia. Secundo Aprilis etiam Ameres cum pedeſtribus, equeſtribuſque copiis innumerebilibus affuit, & tentorium ex edverſo portæ S. Romani fixit. Exercitus ut areoe maris, ſex milliaria per terram, eb uno mari uſque ed alterum occupavit. Ac orientalis quidem a dextris Ameræ, uſque ed littus, qua porta eſt Aurea, caſtremetatus eſt. Europæus a ſiniſtris, uſque ed portam Xylenen, & littus ſinus Ceratini. Erat Ameras vello & foſſa, & palis in terram depactis cinctus undique, extraque vellum ſtabant Janitzeri, cum eliis e palatio nobilibus. Baſſa item, Ameræ cognatus, adve-
B nieos cum globo ſuo ſepre Geletam tetendit. Eodem die elia quoque pars de cleſſe venit, & ed littore urbis ſe applicuit. Nempe triremes circiter centum, dromones, ſive celoces, parvæ naves, & uniremes centum triginta. Ita ad urbem eccedit, ipſemque omni ratione, & cujuſque modi tormentis pulſet & oppugnat, terre marique: nempe ejus embitum decem & octo milliarium circumdens. Mandavit autem Imperetor catenam ferreem, eamque prægrandem ante os portus prætendi, que hoſtilium acceſſus navium arceretur. Intra ipſam porro catenam naves, quæ tum forte ederant, ad incurſum velidius prohibendum, & conflictum cum boſtibus miſcendum immittebat. Erant hæ neves ex Liguria tres, ex Iberia, ſive Hiſpenie una. Ex Creta tres, ea urbe ſcilicet cui nomen Chanda-
C zemia une, e Cydonia duæ: omnes bæ ed pugnam probe inſtructæ & ermatæ. Fuerunt item ex Venetis triremes mercatoriæ magnæ tres, quas Itali Geleras, ſeu Galeezzas appellare conſueverunt, & totidem triremes eliæ celeres, ad cuſtodiem, & miniſterium mercatoriarum conſtitutæ. Has quoque menere ad urbi ſuccurrendum jeſſit. Et ita portui proviſum eſt. In terra hoſtes ſtatuerunt megnam illam helepolim, cujus os patebat ſpithemas duodenas; elias inſuper complures expugnatrices mechinas, ſpectetu dignes. Altam præterea foſſam militarem ducebant, palos ante eem depangebant, urbemque locis quatuordecim infeſtiſſime verberabent. Ex mechinis autem unde lapides jaciebantur, multæ domus egregiæ propter muros, & maxime palatia deſtruebantur. Helepolis mœnia & tur-
D res petebant cum ſtrepitu & clemoribus, & utrinque, ea helebolis, heleboliſcis, baliſtis, ercubus, aliiſque inſtrumentis funere ingeminabantur, & neque diebus, neque noctibus oppugnationes, conflictus, incurſiones, jaculationes interquieſcebant. Confiſus enim Ameres, noſtre paucitete, & ſumme laſſitudine, edjuventibus, facile ſe urbe potiturum, nullam quietis partem capere nos patiebetur. Magna eutem illa helepolis propter continentem jaculetionem, & quie metallum adeo purum non etet, dum exploditur, magiſtrum tormenterium flamma haurit, & ipſa in compluta fruſte diſſiliens, multos percuſſu necat. Quo comperto, Ameras magnopere doluit, edixitque, ut illo die nihil egregii operis ac facinoris contre nos ederetur. Die decimoquinto ejuſdem menſis, reliqua cleſſis Turcica e ponto Euxino, e Nicomedie, & Aſia, navium tre-
E centerum & viginti edeſt, e quibus erant triremes decem & octo, biremes circiter quinquaginta, reliquæ 228. naves longæ, & aliæ, milites, & ſagittarios magno numero apportantes. Numerabentur in bis onerarii dromones quinque & viginti, lignis, molaribus, eliiſque inſtrumentis ad urbium oppugnationem idoneis ſtipati. Cæterum portum intrate, propter cauſſam ſupra expoſitam difficulter poterant. Quæ ea Oriente advenerent, paulum infre Diplocionion (*a du-*

plici columna dictus locus) uſque ad Eccleſiam S. Conſtantini in anchoris ſtabant. Die menſis decimo ſeptimo naves, terreſtreſque copias, pedeſtres & equeſtres recenſuit, invenitque triremes, biremes, uniremes, dromones, naves majores minoreſque viginti ſupra trecentas. Numerus terra decertare geſtientium, ducenta duo de ſexaginta millia. Qui ad urbem tantæ magnitudinis defendendam intus erant, reperti non amplius quater mille nongenti ſeptuaginta, præter exteraneos, eoſque vix duum millium. Hoc ita fuiſſe ſcio, idque ex tali cauſſa. Jubente Imperatore unuſquiſque tribunus plebis, & dux ex demarchia & claſſe ſua accurate tum laicos, tum monachos, qui tolerare militiam poſſent, & quæ quiſque arma ad vim propulſandam haberet deſcribebat. Sic quilibet tribunus demarchiæ ſuæ catalogum Imperatori offerebat. Is mihi mandans ait, hic labor ad te reſpicit, & cautione ſilentioque opus habet. Accipe igitur catalogos, & abi domum ac ſedens ſubduc numerum diligenter militum, & quibus armis inſtructi ſint. Item ſcutorum, arcuum, ſclopetorumque. Ego juſſis perfunctus, eidem tabellas exhibui, non abſque dolore, & mœſtitia haud mediocri: manſitque præter nos duos aliis occultus numerus. Nonnulli (quanquam pauci admodum) de nobilitate, & plebe nauci homines, atque imbelles timore belli, calamitatumque ab hoſtibus accipiendarum ante tempus cum totis familiis ex urbe profugerunt.

CAPUT IX.

Imperatoris gemitus. Laus Joannis Juſtiniani Genuenſis. Honor et habitus ab Imper. Sævitia oppugnantium. Induſtria propugnantium. Foſſæ complentur. Turcæ multi a ſuis vivi operiuntur. Cuniculus infelix. Deſcriptio novæ machinæ. Labor utrinque certantium. Juſtiniani laus. Imperatoris in foſſa evacuanda labor. Ameræ ex machina inflammata triſtitia & pudor. Iterum ejus, conſiliariorumque ex conſtantia & invicta virtute Byzantiorum mœſtitudo.

UBi hæc Imperatori renuntiata ſunt, tantum ab imo pectore gemitus duxit. Erat porro Ligur quidam in duabus illis liguſticis navibus, ipſarum Præfectus & dominus, vir nobilis, dexterrimus, ſtrenuus, & commodus, nomine Joannes Juſtinianus Longus. Quem cum Imp. idoneum ad omnia animadverteret, tribunum eum ac ducem trecentorum militum inſtituit, eique belli adminiſtrandi ſummam permittit, vehementer eo nitens, qui revera etiam in hac præfectura ſua facinora immortalia fecit. Poſtquam autem Ameras diffractam helepolim mox redintegravit, inſtauravitque, noctes & dies muros quatere, & magno machinarum omnium tumultu ac ſtrepitu, jaculationibus, impreſſionibus, dimicationibuſque acerrimis, nos terroribus complere ingentibus non ceſſavit, eratque multiplex mali facies. Ac noſtri quotidie bellica hoſtium tormenta exploratius cognoſcentes, ſpectanteſque, timore ac trepidatione ſoluti, machinas, & artes novas, hoſtibus non parum detrimentoſas excogitabant. Cæterum artes illæ ſingulares non ita diu valuerunt, quod nobis quæ ad pugnam, & ad obſidionem tolerandam pertinebant, haud ſatis ſuppeterent. Dejectis autem per heleboles, & pyribolas locis quibuſdam mœnibus, implere foſſas nitebantur, quo facilem ingreſſum pararent, & qua illa procidiſſent, ſeſe in urbem penetrarent. Sagittis quoque præmiſſis vociferabantur, ac per medios ſuorum irrumpebant, egeſtamque tellurem in foſſas ingerebant, & ramos arborum præterea, aliamque materiam: quidam etiam convulſa tentoria ſua eodem projiciebant, ut mirum novumque ſpectaculum cerneres. Nam complures, illorum multitudine in-

A ſtantium compreſſi & coarctati cadebant, quique ſequebantur, ligna & humum effoſſam crudeliter dejicientes, eos miſerandum in modum cooperiebant, vivoſque ad inferos mittebant. Alii viribus validi ac robuſti ſponte, ex impetu & feſtinatione ſcilicet imbecilliores ſæviter detrudentes, iis terræ virgultorumque loco eaſdem implebant. Sed quanquam hæc facerent, non poterant tamen helebolicas, telorumque ictus devitare, & a grandibus ſaxis, quæ de muro vibrabantur, cadebant turpiter, majoremque in modum verberabantur: nec de noſtris omnes ſine vulnere illæſique manebant. Ubi Turcæ helepoles ſuas uſque ad foſſam attraxerunt, conflictum ac decertatum eſt horribiliter: nec enim ſeſe noſtri deſerueruot: fuitque admirabile, ut bello inexercitati, victoriam tamen obtinerent, magnoque animo ſe, & generoſe opponentes, B ſupra vires laborarent. Et hoſtes quidem toto die foſſas complebant: at noſtri tota nocte materiam, congeſtamque humum, & ramalia intra orbem trahentes, efficiebant ut foſſæ vacuæ, ſicuti prius relinquerentur. Turres vero laceratas, aggeſta per corbes humo, & vaſis e ligno viminariis, truncisque oppoſitis opere tumultuario reſarciebant. Quæ cum aſpiceret Ameras, erubeſcebat, quod conſilium effectu deſtituiſſet, volenſque aliud machinamentum experiri, cuniculorum faciendorum peritos adeſſe juſſit, per quos exercitus in urbem ſe citra laborem infonderet: cœperuntque ad præſcriptum fodere, cum Joannes quidam Germanus in machinis bellicis, & igni græco conficiendo ſane egregius, alium cuniculum contrarium agendum curavit. Turcis itaque cum gaudio advenientibus, ipſe accenſo igne C artificioſo complures eorum exuſſit, molitionemque ad nihilum redegit. Unus tamen cuniculus Turcarum Germanum illum eximium latuit. Ipſi quoque Turcæ eodem genere ignis quem præparaverant accenſo, nihil profecerunt. Turris quædam duntaxat vetus, parva ex parte incenſa cecidit, quam derepente refecimus: reperiebanturque ſenes aliquot, qui affirmarent, hoſtes aliis pugnis idem tentaſſe cuniculis, verum nihil effeciſſe, quod major urbis pars ad muros petroſa eſſet. Lapſus ſpe ſua fruſtratuſque Ameras, alia nova inventa, machinaſque ad expugnationem fabricari jubet. Helepolim maximam, pluribus rotis inſiſtentem, eum lignis * paravit, iſtam & altam inprimis, quam intus & extra triplicato corio bubalorum, & boum tergoribus contexit: quæ ſupra turres D habebat, & oppanſa velamenta, aſcenſus item & deſcenſus, ut qui intus eſſent lædi a nobis nequirent. Patebat foras, ut qui vellent, facile ingredi, egredique poſſent. Pars foſſam reſpiciens tres portas habebat magnas, tegumentis firmiter communitas, ut diximus. In circuitu diſpoſitum omne inſtrumentum & artificium bellicum, multamque materiam, & ligna, quæ opportuno tempore in foſſam dejicerent, ut facile urbem intrarent. Habebant etiam ſcalas gradibus ſtuppeis, quæ ſubmittebantur per funes, & surſum in altum trahebantur ad mœnia applicatæ; & omne demum machinæ genus, quod humana mens excogitare poteſt, quas nunquam ſe viſurum ſperarat Imperator, nec ad aliquod caſtellum capiendum ipſe feceret. Aliis quoque in locis cutrus fabricarunt rotis pluribus, & ſupra turres quaſdam, & ipſas coopertas eo modo quo E diximus, habentes machinas plurimas, inſtructas igne qui non extinguitur, unaque hora ad impreſſionem ſimul faciendam paratæ erant. Ac primum quidem terribilem illam helepolim impingentes, turrim ad portam S. Romani proſtraverunt, ſtatimque trahentes ſupra foſſam eam ſtatuerunt. Cœpta pugna ante ſolis ortum totum duravit diem, pugnatumque atrociſſime. Et nunc quidem conflictu & incurſione acriter contendebant: nunc ligna & materiam, & terram

quæ in helepoli erant, in foſſum conjiciebant, & ruinis turris, & congeſtitiis illis, viam rectsm ſibi diſponebant; quns tamen noſtri ſtrenue impediebant, ac ſæpenumero de ſcalis deturbabant, & ligneas quaſdam præcidebant, illnque die hoſtes fortiter & ſæpe, uſque ad primam noctis horam repulſi ſunt, ob lubnrem, & deſatigarinnem, & accepta vulnera frendentes impii. Itu quievit oppugnatio. Sperantes autem ſe mane levi operu eupeditum ingreſſum adepturns, ſpe ſus exciderunt, quod Joannes Juſtinianus velut adumas toru nocte ſuorum militum euſuſcitaret animos, & ad viriliter præliandum cohortaretur. Imperator etiam coram præſens, & alii multi, qui eodem ad ſuccurrendum affluuerant, tota nocte in ſoſſis evacuandis deſudarunt, & turrim laceratam innumeris molibus inſtaurarunt, helepolimque hoſtium, ubi cooperta non erat, inflammarant. Circe tertium porro galli cuntum Turcæ alacritate pleni ſubeuntes, confidenteſque ſe aditum, ut diximus, facile aperturos, ubi ſpes ſuss inanes viderunt, admirari ſunt, & ipſe Ameras magnopere triſtatus & pudefactus, noſtrorum virture obſtupuit, plurimumque admirans diuit, ſi triginra ſeptem chiliades Prophetarum uno ora prænuntiaſſent, impios illos (nos videlicet) una nocte facturoa, quod fecerunt, fidem illis minime habiturum fuiſſe. Poſtmodum noitros omni timore ac terrore vucare ud jactum ſagittarum, & impreſſiones toto dia luctas heleboliſcis innumeris, & ſauis deſuper in nos inſtar cœleſtis pluviæ cadentibus, & quodvis periculum pro nibilo putare unimadvertens, ipſe, & omnes a conſilio mirum in modum conſternati ſunt. Atque hæc in hunc modum avenerunt.

CAPUT X.

Quatuor onerariæ a Turcicis invaſæ, fortiſſime ſe tueutur. Magnanimitas Phlantanelæ navarchi qua dictis, qua factis. Ameras ſuos de ignavia e littore increpans, in uudas cum equo procurrit. Militum in ejus periculo timor, & auſus imitatio. Redintegrata pugna, & quatuor onerariarum præclariſſima victoria. Drungarii claſſis pœna. Ira, dolor, furor Ameræ de ſiniſtris eveutibus. Quædam machinæ nova, & pons ab eo couſtructus.

TRes naves Liguſticæ in Chio oneratæ, vento ſecundo ſolventes ed nos curſum tenebant. In ipſo autem curſu aliam nuvim regiam, e Sicilia frumentum advehentem nffendentes, nocta quadam prope urbem ſimul deveniunt. Mane ut a diurnis ſpeculururibus conſpectæ ſunr, triremes Ameræ, & ex ulia claſſe non paucæ naves contru cum lætitis, tympanis, & cornuum cantibus incitato feruntur, nullo negotio haſca naves a ſe interceptum iri opinutæ. Appropeuantes, & pugnam exorſi, jucula intſerunt, primumque regiam non abſque mugnu ſuperbiu aggreſſi ſunt. Quæ illos primo imperu heleboliſcis, telis, lupidibus male excepit. Cumque proris navim ſubiiſſent, ipſa eos igne in ollis urtificioſa comparato, ac lapidibus non fine multa cæda procul fugavit. Hæc nos de mœnibus Byzantii ſuperne uſpicientes, Deum precabamur, ut ipſorum, noſtriqua miſereri vellet. Similiter Ameras equo iuſidens, e litrora quæ fiebunt contemplabatur. Tertium jaculantur, faſtuque turgidi, clariſonis vociferationibus in eos invadunt. Nuncieri, gubernatores, navarchi virili & robuſto pectore, ſtantes turbam nauticum ad moriendum potius, quam ed vitam cum dedecore retinendum euſuſcitant. Præcipue vero nuvarchus vocabulo Phlantanelus per regiam navim a puppi in proram vadens, & inſtur leonis depugnuns, etiam alios vocibus tam præclaris, ut ſatis euplicura nequeam, eucitabat, uliotumque plauſus aſtra fe-

A rabent. Conſeritur de integro pugna ſævior, & eu triremibus partim occiduntur, partim vulnerantur multi, dum flammis percunr. Hæc videntes nuves Turcicæ, timuerunt. Ameras animadverſo talem tantamque claſſem nullum facere operæ pretium: ſed ub adverſuriis navibus vinci potius, ira & furore inſaniens, ec dentibus ſtridens, maledictis ſuos proſcindit, timidos, affœminatos, & tantum fruges conſumere natos vocat; ac ſubditis equo calcaribus, aatremum pelagus ingreditur (diſtubant enim triremes a continenti circiter jactum lapidis) ut veſtes ejus magnam partem aqua ſalſa imbuerentur. Hoc illum ſecientem exercitus terraſtris conſpicatus, indignatinnem ac dnlorem concipit, claſſemque verborum contumeliis appetit, plurimique viſo Amera in illo ſtatu, ipſi quoque in aquis uſque ad naves nando eum ſequuntur. Epibatæ factum B Ameræ intuentes, & probris in ruborem datia excandeſcunt, & volentes nolentes, proras denuo obvertunt, & cum adventitiis navibus impenſe deprælianrur. Quid quæris? Tantum ebaſt, ut ipſis quippium nocuerint, plurimi eorum deſiderati ſunt, tantumque plagam acceperunt, ut reverti triremes non potuerint. Interfecti illo die (id quod ego ex ipſiſmet Turcis audivi) Agarenorum ſupra duodena millia, in mari dunraxat. Noctis interventu claſſis neceſſario paulum declinavit, & quatuor illæ naves opportunitatem nactæ, portum ſubierunt, nemine de ſuis amiſſo: paucis tantummodo vulneratis, qui biduo, aut triduo poſt ad dominum avolarunt. Ameras porto tantopere adverſus claſſis Drungatium iracundia efferbuit, ut eum paulo tranſadigere cogitaret; ajus timiditete & ignavia naves C illu nocte evaſiſſe, & per eum ut ſocordem & inutilem, portum intraviſſe dictitans. Tum quidam ipſius aulæ primores precibus contenderunt, ut dignitute ondatum, vivere tumen pateretur, omneſque facultatea ipſius Janitzaris attribueret. Rurſum mœſtus Ameras, & vehementer animi unuius, manus ſibi ut canis mordicus arripit, & pede humum pulſat, dum muri ruinas bis ter redintegratas aſpicit, & foſſas exinanitas, tamquam brevi reſtitutas invenit, & centum quinquaginta triremes biremes ac unirames, quatuor illus navea capere non potuiſſe: ſed potius tantam ab iis cædem perpeſſas conſiderat. Trahit aa imo corde gemitus, ſumat os, ſecumque volutat, quid ud urbem umplius divexandam & premendam incipiet, & ut eam terra mariqua obſideat. Machinatur autem rem ejuſmodi. Ut D pars claſſis portum ingrediatur. Ad opus rapente concutſum eſt. A tergo autem Galatæ viam diractum, uſque ad portum pertinentem facit, trabibuſque & aſſeribus totam ſtarnit; aſſarea ipſos adipe boum & arietum perungit. Alia inſuper varii generis inſtrumenta, machinaſque conſtruxit, quibus triremes, & biremes facile in collem adduceret, indeque in portum deduceret. Eratque opus mirabile, & naumachiæ ſtrategema ſingulare. Egn quidem ſic exiſtimo, Cæſarem Auguſtum contra Antonium, & Cleopatram pugnantem, qui cum propter fluctus maris, atque hoſtes circumire Peloponneſum non potuiſſet, & ad Iſthmum acceſſiſſet, naves ad orientalem plagam maris helladici pertraxit, moxque in Aſia fuit, hunc, inquam, imitari voluiſſe. Aut etiam Nicetam patricium, quando & ipſe ex mari helladico triremes in occidentem deduE ci fecit, ut Cretenſes apud Methonen & Delum fugarat. Itaque triremes una nocta deportetæ, mane in porto inventæ ſunt. Deinde pontem ſtruit ad hunc modum. Acatia, & vaſa quædam magna lignea, & dolia ubi congregavit, ea trabibus longis, & ferramentis ac funibus velide atque arcta conſtringit, & colligat, ne aquæ ſalſæ opus dirimerent. Poſt, ſuper acatie, & vuſa, & trabea, aſſeres ferreis clavis, ſeufibulis affigens, pontem efficit velidum, latitudi-

nis cubitorum quinquaginta, longitudinis centum, ut quod inter portum & initium pontis erat ſpatium, videretur tanquam arida ambulari. Deinde helepolim ſupra pontem ſtatuit, & triremes ſimul eadem in parte mœnibus ſuccedunt.

CAPUT XI.

Timor civium. Ad defenſionem urbis regionum diſtributio. Imperatoris in proſpiciendis neceſſariis indefeſſus labor. Sacra vaſa Eccleſiæ in pecunias ad ſolvenda ſtipendia rediguntur. Conatus ad triremes Turcicas, & pontem incendendum irritus. Quadraginta fortiſſimi, & pulcherrimi juvenes Ameræ juſſu trucidantur. Conſtantinopolitani Turcis captivis præcipitandis par reponunt cum fœnore.

HÆc dum conſpicerent Imperator & tota civitas, animis conturbari vehementer incipiunt. Imperatorem noſtrorum paucitas habet ſollicitum. Itur in conſilium, decernitur, ut duces, & tribuni, aliique ſtrenui viri Itali ac Romani (qui valde exigui numero inveniebantur) quibus locis nuper conſtituti fuiſſent, ad eadem unuſquiſque rediret, muroſque ſervaret, & hoſtibus reſiſteret. Ac primum quidem de Venetis Bailo (*dignitatis nomen eſt*) Hieronymo Mino cuſtodiendum & providendum palatium cum omni gaza committitur. De Catelanis Bailo, Petro Juliano pars quæ dicitur Bucoleontis, uſque ad Contoſcalium tuenda datur. Jacobo Contareno pars murorum exterioris portus, uſque ad Hypſomathia. Atque hic cum ſuis, militum, maximeque ingenuorum ac nobilium officio non deerat. Manueli e Liguria regio ad portam quæ aurea dicitur, cum ducentis ſagittariis mandatur. Habebant enim Turcæ ibidem helepolim, lignis & pellibus bubalorum atque boum coopertam, & muros arietibus quatiebant. Paulus, Antonius, Troilus germani fratres Myriandro præficiuntur, quo in loco urbs laborabat magis, & diu noctuque a peditibus & equitibus Turcis magna multitudine, fortiterque ac ſtrenue oppugnabatur. Et cum ſæpe murum diruerent, ac perrumpere in urbem conarentur, cum damno & cædibus multis repellebantur. Ac partem quidem ſcalarum intro oppidani traxerunt, partem diffregerunt. Meretur ſane virorum illorum virtus præmium, æternam ſcilicet apud poſteros memoriam. Theophilo Palæologo homini experientiſſimo, græcarumque diſciplinarum ſcientiſſimo, cuſtodia prope portam Selybriam contradita eſt. Juſtiniano autem ſummo duci, & undecunque apto atque idoneo, cui Imperator etiam atque etiam propter generoſitatem, fortitudinem, & audentiam fidebat, cum trecentis Italis & Romanis regio ad portam S. Romani ad defenſandum data eſt, ubi Turcæ inimicius Martem urgebant; ubi etiam heleholen magnam, & helepolim illam ſtatuerant: quod locus eſſet ad mœnia urbemque expugnandam appoſitus, & Ameræ e regione tabernaculum. Theodoro e Cariſto, viro bellicoſo & induſtrio, & ſagittario longe exercitatiſſimo, item Joanni Germano, machinarum militarium perito artifici, regio in Calygatiis defendenda ceſſit. Hieronymo & Leonardo Liguribus vicinia ad portam Xylinen. Devalæ Roſio ad portam Cynegeſii, uſque ad S. Demetrium. Magno autem Duci Lucæ Notaræ regio Petrii, uſque ad portam ſanctam. Ad regionem portæ ſpecioſæ nautæ, naucleri & gubernatores, quos habebat navis Cretenſis, diſpoſiti ſunt. Gabrieli Triviſano Venetarum triremium Præfecto, cum aliis quinquaginta ad cuſtodiam deſinita turris in medio fluctu, qui aditum portus tuetur, & eſt ante portam regiam. Is creditam ſibi partem ut paſtor, non ut mercenarius, diligenter ſervabat. Antonio vero mercatoriarum triremium Præfecto, triremium ipſius, & navium intra catenam, de quibus dictum eſt, tutela obtigit. Quæ naves, quod ad conflictum bene eſſent inſtructæ, earum vectores tubarum, tympanorum, clamorum ſtrepitu millies Turcarum triremes ad dimicationem provocabant, & jaculis quotidie inter ſe certantes, juſta tamen pugna non concurrebant. Alii quoque nobiles, virtuteque bellica egregii cives ad cuſtodiam diſpertiti ſunt: & quidquid hominum poterat, operam navare non deſinebat. Monachi, Sacerdotes, Clerici, & reliqui ordinis Eccleſiaſtici paſſim, & circum circa per urbem juſſi ſunt diſtribui, ut & Deo ſupplicarent, & die ſpecularentur, & noctu laborarent, & precibus numen pro ſalute urbis propitiarent. Demetrium Cantacuzenum, & generum ejus Nicephorum Palæologum, cum aliis quibuſdam ad venerandum Apoſtolorum templum, & ad alia loca obeunda cum bellatoribus ſeptingentis conſtituerunt, ut ubi res flagitaret, eo cum ſubſidio advolaret. Imperator cum Franciſco Toledo cognato ſuo (qui, ut ferunt, ex illuſtri familia Alexii Comneni genus ducebat) & nobiſcum tota die & nocte intra urbem, & mœnia obequitans, neceſſitati bellicæ conſulebat. Et quoniam ad numeranda ſtipendia palatium pecunia deficiebatur, mandavit vaſa Eccleſiæ ſancta Deoque conſecrata confringi, & in numiſmata redigi. Ac ne quis nos ut ſacrilegos reprehendat, qui hoc temporibus adducti fecimus, etiam David idem egit, cum eſuriens panes propoſitionis comedit, quos non niſi ſolis ſacerdotibus licebat comedere. Ajebat enim beatæ memoriæ Imperator; ſi Deus urbem liberaverit, ſe domino ſuo quadruplum reſtituturum. Rurſum inita conſultatione decretum eſt, ut invectæ in portum triremes, & pons aliqua machinatione incenderentur: quoniam naves Turcicæ pro imminenti diſcrimine non leviter urbem terrefaciebant. Invenerunt porro artem, & conſilium Imperatori indicarunt. Jacobus Cocus Venetus, homo erat factis quam dictis celerior, huic negotium commiſſum. Hic orſus eſt opus accommodate admodum & bene in hunc modum. Acatis tria apprime velocia & agilia ſumpſit, iis quadraginta juvenes Græcos & Italos, fidentes animi, & præſtanti virtute impoſuit, eiſque diligenter præcepit, & ignis artem docuit, ut noctu Galatam trajicerent, & prope littus uſque ad triremes accederent, ac tum deliberata exequerentur. Et ſucceſſiſſent incepta, niſi rem ſiniſtra fortuna noſtra impediviſſet. Ponte enim circumnavigato, cum duos illic reliquiſſent, qui ſigno dato, eadem hora illum incenderent, ubi ad triremes jam alii acceſſerunt, Deus propter peccata noſtra opus prohibuit. Etenim juvenibus illis imprudentibus, famulus quidam hoſtibus myſterium detexerat, unde illi cuſtodias per noctem agere inſtituerunt. Atque ut illos cum vaſis, & petris, & acatiis viderunt, unum ſummerſerunt, & vectoribus ad unum captis, alia duo illæſa & integra reliquerunt; aliudque noſtri nihil præſtiterunt, niſi quod unam triremem incenderunt, ignem in ponte Turcarum caterva accurrens extinxit. Juvenes autem illos excellentes, & eximia oris dignitate, impius Ameras mane ad unum, nobis inſpectantibus, & immenſam tota civitate lamentante miſerabiliter jugulari mandavit. Mœſtus idcirco Imperator, & ipſe e triremibus captivos Turcas, numero ducentos ſexaginta de turribus ſuſpendi jubet.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XII.

Diſſidentes inter ſe Ligures & Venetos, ad concordiam revocat Imperator. Ameræ arrogantia, & voluntas perdendarum navium, pro quibus Galatæi ſupplicantes fruſtra ſunt. Incaſſum tamen, & claſſiariis incolumibus quanquam infeſtiſſime oppugnantur. Mœnia a propugnatoribus deſerta, unde a Turcis corbes detrahuntur. Purgatio deſertorum. Ad contumelias patientia Imp. Ejuſdem in muris redintegrandis ſedulitas. Magni ducis, & Juſtiniani alterna convitia. Oratione Imper. reconciliati, officio funguntur. Juſtiniani inconſtantia & timiditas, qua ſua decora fœdavit.

HAnc ob cauſſam offenſio & ſeditio non minima inter Venetos, & Ligures emerſit. Ligures quippe aſſeverabant, ſe omnibus rebus agundis ſupra Venetos excellere, & Jacobum Cocum ex imperitia neſciſſe quid faceret; nec vel ipſum, vel Venetos quid auderent pervidiſſe, propter quos quadraginta illi juvenes periiſſent, ac triremes, & pons in portu incenſa non fuiſſent. Hoc comperto Imp. indoluit, accedenſque eos in hæc verba allocutus eſt. Obſecro vos, fratres, pacem colite; bellum externum vobis ſufficiat. Nolite mutuum belligerare, per miſericordias Dei. Alia item multa cum dixiſſet, pacem iis perſuaſit. Ameras poſtquam perſpexit, quod de triremibus conabamur, magis detrimentum nobis quam utilitatem attuliſſe, ſupra modum lætatus, non ſine faſtu & indignatione animi dixit, ſe facturum nobis, quæ nos ipſis facere nequiviſſemus. Et in colle S. Theodori trans ſinum apud Galatam magnas helebolas ſtatuit, ut naves noſtras quæ erant ad ingreſſum portus, niſi recederent, ſummergeret. Atque hæc faciebat non ſolum propter introitum portas; ſed etiam ut Ligurum navibus par redderet, nobiſque, ſe poſſe omnia, ac multimodis ſollertem, & verſatam eſſe oſtenderet. Cernentes Galatæi, Ameram velle naves perdere, frequentes illum conveniunt, monentque, non videri ex juſtitia, Ligurum, amicorum ſuorum, atque adeo ſuas naves mercatorias diſperdere. Reſpondet, has naves non mercatorias, ſed piraticas eſſe; nec mercaturæ gratia, ſed ut Imperatorem noſtrum, inimicum ſuum adjuvarent, huc veniſſe. Se, ut manifeſtos hoſtes, ſi queat, puniturum. Ipſi, ut amici, cum pace abirent. De cætero ad opus venitur, & erat videre mirum quiddam. Magiſter primæ heleboli ignem injicit, navim principem demergit. Reliquæ conſpecto periculo, nitentes fugere, paulam ultra Galatam cum veniſſent, conſtituerunt, ut altiſſimis ædibus tegerentur. Turcæ ædibus haud parcentes, multas diruerunt, quo naves citra impedimentum oppugnarent. Dictu ſtupendum, amplius centum & triginta helebolas nihil penitus navibus obfuerunt, nec quenquam occiderunt: unicam mulierem lapſat de muro lapis interemit. Diebus autem aliquot Ameras more ſolito nobiſcum cominus non conflixit; eminus tantum jaculatus, machinis noctes atque dies muros valide arietare non deſtitit. Tum nonnulli rei militaris non nimium gnari, cernentes conflictibus abſtineri, relictis ſtationibus domos quiſque ſuas redierunt. Turcæ occaſionem nacti, harpagonibus quibuſdam in locis corbes terra ad tegendum in pugna militem inculcatas detraxerunt, pro quibus tribuni extemplo alias repoſuerunt: Imperator ubi a duce quod contigerat reſcivit, dure illos, & cum minis increpavit. Qui reſponderunt, hoc ſe feciſſe, ut liberis & uxoribus victum curarent, quo eguiſſent. Tum Imperator ſanxit, ut quotquot vel ſenio, vel alia cauſſa ab armis impedirentur, iis pro cujuſque neceſſitate per ædes, & turres panis diſtri-

Georg. Phranz.

A bueretur. Jam vero bellum ingraveſcebat in dies, quod ad hoſtes e finibus Turcici imperii milites recentes quotidie adventarent; noſtræ autem res acciderentur, & ut lunæ lumen, aſſiduis interitionibus minuerentur. Quidam inſuper noſtrorum, contumaces & inhumani, cum noſtra in anguſtum redigi intuerentur, perverſis cupiditatibus ſuis occaſionem nacti, ſeditiones ac turbas perpetuo ciebant, & ore ſceleſto contumelias in miſerum Imperatorem, alioſque principes per vicos & plateas jaciebant, nec Deum timentes, nec Imperatorem, aut homines reverentes. At ipſe ter beatiſſimus illud Davidis imitabatur. *Ego autem ſicut ſurdus non audiebam, & tanquam mutus non aperiebam os meum. Factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam inimici mei vivunt, & prævaluerunt ſuper me. Quoniam multi-*

B *plicati ſunt, qui oderunt me gratis.* Et adibant eum qui narrarent, hunc & hunc talia de ipſo effutire. Quoſdam etiam præteriens, ſibi convitiantes auribus ſuis audiebat. Et in nobis impletum eſt illud adagium, felicium omnes ſunt amici: infelicium ne ipſe quidem pater. Quarto die Maii rumor ſpargitur, Ameram viceſimo nono ejuſdem menſis oppugnationem nobis acerrimam admoturum. Aſt duces & tribuni omnes, & ante alios Joannes Juſtinianus non deſinebant moliri omnia, quo hoſtibus reſiſteretur, & tota nocte muri ruinas, helebolum impreſſione factas mille modis reſarcire non parcebant. Deinde Juſtinianus ad Magnum Ducem Notaram mittit, ut ſibi aliquot heleboles tranſmittat, quæ ibi erant, ubi ſedem Lucas Notaras ſervabat. Recuſat dare, quod etiam in illa urbis regione ea

C tormenta neceſſaria eſſe diceret. Juſtinianus contra occurrere, nullam eſſe neceſſitatem tot helebolum ibidem, propter aquam videlicet. Hanc ob cauſſam ad ſermones projectiores proceſſum eſt, & alter alterum probris laceſſabat. Ac Juſtinianus quidem Notaram hominem ineptum, peſtiferum, & patriæ inimicum appellare. Notaras viciſſim alias contumelias plena manu ragerere. Hoc intellecto Imp. eos ſeorſum abducens, hunc in modum affatur. Fratres, non eſt modo tempus inter vos ita agendi, loquendi, & verbis velitandi. Quin potius etiam iis qui oderunt nos veniam tribuamus, Deumque obſecremus, ut a faucibus hujus nociſſimi, quemque ante oculos videmus draconis liberemur. Pluribus deinde verbis uſas, in amicitiam eos pacemque mutuam reſtituit, & uterque ad commiſſum ſibi

D locum, & ad muneris ſui functionem revertit. Juſtinianus ab hoſtibus timebatur illis diebus potiſſimum qua dictis, qua inſtitutis, & factis, jaculationibuſque & cominus quotidie adverſum eos decertabat; & cum multos capiebat, tum alios gladio conficiebat: ac nemo erat, qui laborem, & facta viri præclara non ſuſpiceret, quem vindicem ſervatoremque urbis omnes prædicabant. Verum ad finem uſque talia non permanſit: ſed quam ſibi famam fortitudine pepererat, eam timiditate amiſit.

CAPUT XIII.

Falſi rumores per Turcas diſſipati de ſummiſſis ex Italia, & Hungaria auxiliis. Maledicta in Ameram. Ejus, & conſiliariorum mœſtitia ex tribus cauſſis. Luminis ſupra urbem nocte apparentis duplex augurium. Ejuſdem poſtremo apparentis verum augurium. Halimbaſſa cur mœrorem ſimularit foris, cum gauderet intus. Ejus oratio ad Ameram de obſidione relinquenda. Sogambaſſæ contrarium conſilium, cum inſectatione ſtultitiæ & inconſtantiæ Principum occidentalium. Ameras dicta probat cum voluptate. Galatam, ad Galataos trajecta ad urbem tuendam prohibendos cuſtodiam mitti imperat.

NObis ita habentibus, falſus quidam rumor exercitum hoſtilem pervaſit, claſſem ex Italia ad opem nobis ferendam advenire. Similiter Jancum Hungarorum Principem, cum copiis equeſtribus pedeſtribuſque maximis. Quibus auditis Agareni trepidare vehementiſſime, maledictiſque Ameram inſectantes & murmurantes dicere, ipſum generis ſui perniciem ac interitum fore, a quo adacti, impoſſibilia conarentur. Ipſe quoque Ameras, totumque illius conſilium varia volventes, & metu ac perturbatione pleni, magnopere triſtabantur. Primum quidem, quod hujuſmodi vulgabantur. Deinde quod videbant tam frequentem, & innumerabilem exercitum in timorem conjectum; & neq; terra, neq; mari tot diebus quidquam adhuc proſpere geſtum, & cum ſæpe tot machinas, tantaque vi ſcalas ad muros applicuiſſent, fœde dimiſſos: deturbatos quippe & multos occiſos, ut deinceps meticuloſe ad mœnia accederent. Tertio loco portentum quoddam conſpectum, terrorem ipſis injiciebat: nempe vis coruſca luminis cœlo ſupra urbem demiſſa, quam tota nocte texiſſet. Hoc lumen ut viderunt, primum ſic interpretabantur, Deum Chriſtianis offenſum, eos igni affligere, & in ſervitutem tradere ſtatuiſſe. Poſtea cum ſemper cum dedecore de mœnibus & ſcalis præcipitari ſe ſe, tamque multis machinis fabricandis nihil proficere animadverterent, & inſuper de claſſe ex Italia, & de Janco ex Hungaria famam, licet falſam, acciperent, rurſum ita illud lumen interpretari cœperunt, ut dicerent; Deum pro nobis pugnare, & tutamen atque præſidium Chriſtianorum eſſe velle: ſine cujus nutu ac voluntate nos quoque nihil poſſumus. Has ob cauſſas Ameras, ut diximus, univerſuſque exercitus ipſius in triſtitia & mœrore verſabatur, ut qui die ſequenti ſoluta obſidione recedere cogitaret. Ipſa autem veſpera diem illam præcedente, quo diſceſſum cogitabant, rurſum ut antea lumen illud cœleſte conſpiciunt, quod tamen non perinde ut prius ſupra urbem tota nocte diffuſum manebat; ſed procul tantum apparebat, & repente diſcuſſum evaneſcebat. Hoc ut Ameras, & alii omnes aſpexerunt, multo repleti gaudio exclamarunt, Deum nos jam deſeruiſſe. Et execrandæ atque impiæ religionis, & erroris ipſorum ſapientes ac ſcribæ ſignificatum illo lumine vaticinabantur, Turcas urbem ſubacturos. Ita omnes ſpem bonam concipiebant, qua propter peccata noſtra fruſtrati non ſunt. Halimbaſſa vero princeps conſilii, ſpectatiſſimus omnium, & rebus gerendis egregius, cum Ameram ancipiti cogitatione ſic diſtraum, aliosque omnes metu ac trepidatione detentos obſervaret, in ſpeciem ipſe quoque triſtis, animo interim exultabat, quod unus ipſe in conſultationibus Ameram ſemper a bello urbi faciendo deterruiſſet; ne id occidentales comperientes, in fœdus coirent, & Turcas Europa expellerent. Rurſus itaque mœſtitiam vultu ſimulans, Ameram ita compellavit. Ego a principio hæc ita eventura ſæpius tibi prædixi, nec mihi auſcultaſti. Nunc rurſum moneo, placeat tibi nos hinc diſcedere, quoniam in rem noſtram futurum eſt, antequam pejus aliquid eveniat. Ameras audita oratione iſtiuſmodi, triſtitia & ſollicitudine ingenti pœne contabuit, quod tanta cum ignominia fugere velus, quam diſcedere videretur. Eum ſic ſtantem, & cogitabundum intuens Sogambaſſa, proximus a primo Vezires, ſive conſiliarius, ſuadere inſiſtit, uti bellum contra nos continuet; & hoc, ut Halimbaſſæ viciſſim ægre faceret; occultas quippe ſimultates & odia exercebant invicem. Erexit igitur, & animos addidit Ameræ hunc in modum.

Quid ita ſtas mœſtus & afflictus, Amera? quæ timiditas te occupavit? quæ ſunt iſtæ cogitationes, quæ aſcendunt in cor tuum? Deus tecum eſt, mitte ægritudinem. An non vides ſignum lumen illud, eum tibi urbem hanc in manus traditurum? An non cernis tantum ac pœne infinitum exercitum quem habes, & ſelectum & inſtructam cum exquiſito apparatu? Alexandri Macedonis copiæ tantæ nunquam fuerunt, nec tantus ejuſdem apparatus bellicus: nihilominus mundum ſubjugavit. Equidem ego, quod quidam ajunt, & frater meus Halimbaſſa paulo ante affirmavit, claſſem ex Italia huc cum ſubſidio appulſuram non credo, non ſpero. Bene ſiquidem noſtis, polyarchiam Principum Italorum, cæterorumque occidentalium facere, ut ἀναρχοι, hoc eſt, ſine imperio ſint, nec viget inter illos concordia. Quod ſi quidam eorum forte pacem firmarint, id non ſine labore, multiſque conditionibus contingit, & brevi ſpatio vinculum illud rumpitur, quique colligati fuerant, curioſius rationes inquirunt, quibus alter in alterius ditionem invadat, mutuoque imminent, & cavent. Multa quidem illi ſtatuunt, ratiocinantur, loquuntur; ſed pauca præſtant: & quod veſperi volunt, mane nolunt. Et cum voluntas ad opus & negotium ipſum accommodanda eſt, morantur. Et hoc faciunt, ut cupiditati, & imprudentiæ ſuæ aptum tempus nanciſcantur. Quod ſi opus quodpiam aggreſſi fuerint, & initium ejus duxerint, nihil tamen propter ſententiarum diſcrepantiam recte agunt. Maxime vero hoc tempore, ut notum eſt, pars eorum novas diſcordias alit. Proinde rurſum ajo, fieri non poſſe, ob cauſſas a me poſitas, ut ex Italia claſſis adveniat. Sed fac revera venire, quid nobis inde periculi, cum ex decem unum illis opponere ſatis ſit? tantum nos exercitum habemus. Quocirca, Amera domine noſter, bonum habeto animum, non diſcrimen, non timor ullus ab hominibus tibi denuntiatur; Deus ſolus tibi timendus eſt. Virum te præbe, lætare, & confortare, & quidquid ignibus jaciundis effici poteſt, hodie & cras ne intermittatur, ut helepolibus, quantum poteſt, muri humiliores redigantur. Hic ſermo atque hoc conſilium placuit Ameræ plurimum, animumque ipſius ex præterita mœſtitudine lætitia ſuffudit ac recreavit. Tum ei mandat, obiret ea nocte exercitum, & exploraret, num ejuſdem eſſet animi. Ille juſſis obſecutus redit, &, luſtravi, inquit, & exploravi, idem valet: quare pugna hilariter, a nobis ſtat victoria. Reſpondit Ameras. Jam Sogambaſſa, ſi videtur tibi, nos quoque in præſens cognoſcamus, num placeat fortunæ adjuvare nos, ut alios multos adjuvit. Mitte igitur Galatam cuſtodiam, ne clandeſtine huc ad urbem defendendam trajiciant.

CAPUT XIV.

Dolor Halimbaſſæ de repudiato conſilio. Imp. Conſtantino rem ſignificat, cum a fortunæ mutabilitate ad ſpem cohortatur. Turcæ jejunantes, & aqua ſe eaptantes Deum victoriam precantur. Oratio Ameræ ad ultimam impreſſionem hortatoria. Voluptates ea Alcorano in prælio cadentibus: vivis, & victoribus duplicatum ſtipendium ac prædam pollicetur. Clamores lætantis exercitus. Supplicationes per urbem ad Deum cum lachrymis. Oratio Imp. ad fortiter pugnandum, cum laudatione Deiparæ, Conſtantinopolis, Venetorum, Genuenſium.

His auditis Halimbaſſa magnopere doluit, & erubuit, quod Sogambaſſæ auctoritas prævaluiſſet, volebatque ea invidia, ſi poſſet, reperire machinam aliquam, ut adverſus urbem nihil efficeretur. Indicaodum porro curat Imp. quod acciderat, eumque hortatur ne timeat, quia in bellis varia & anceps ſit fortuna ſæpenumero. Proinde cuſtodes excubias pervigiles agant. Agebatur autem hæc veſpera diei ſeptimæ & viceſimæ Maii, juſſitque Ameras per totam illam noctem, & diem ſequentem lumina faceſque ardere, & nihil toto die guſtari, & lavari ſepties, & Deum jejunos ac luilratos victoriam urbis ſupplicitet rogare, quam etiam confecuti ſunt. Altera veſpera, poſt occaſum ſolis, poſteaquam corpora curaverunt, Ameras ſtans, orationem ad milites talem habuit. Filii, Deo & Prophetæ ejus Mahometæ, & mihi ſervo ejus dilectiſſimi, obſecro, hortorque vos, craſtina luce rem omnium ſæculorum memoria dignam peragite, quemadmodum & majores noſtri omnibus locis uſque in hanc diem, ut conſtat, admiranda peregerunt: & alacriter, generoſe, excelſoque animo ad ſumma murorum per ſcalas tanquam alites evadite. Ne gloriam a majoribus noſtris quæſitam, & a Deo donatam (quod abſit) deſidia noſtra perditum eamus, cujus multimodis augendæ & amplificandæ nunc tempus adeſt. Alia inſuper multa militariter apud exercitum differens, ad viriliter & animoſe decertandum omnes inflammavit. Deinde rurſum. Quod ſi, quæ belli natura eſt, etiam aliqui de nobis occubuerint, inquit, probe noſtis ex noſtro Coran, quid dicat Propheta (Mahomet) ſi moriatur tali tempore, habiturum inſcriptum in dextera ſua, corpore & anima in paradiſo cum Mahomet eſurum ac biblturum, & cum pueris, formoſiſque mulieribus & virginibus in loco virenti, & floribus redolenti quieturum, & lavacris pulcherrimis uſurum. Ac illo quidem in loco hæc a Deo præmia eſt habiturus, inquit, qui pugnando occubuerit. Hic autem totus exercitus meus, & aulæ meæ optimates, ſi vicerimus, quæ nunc a me ſtipendia ſimplicia accipiunt, duplicata proportione in poſterum accipient, quamdio vixerint. Tota urbs triduo veſtra erit. Et ſi quis ſpoliorum quippiam legerit, vaſa aurea, & argentea, veſtes repererit, viros fœminas cujuſqua ætatis ceperit, nemo hæc repetere, nec aliam afferre habentibus moleſtiam poterit. Ubi finem dicendi fecit, ſacramento ſe conſtrinxit, ita facturum, quemadmodum promiſiſſet. Milites hac conditione mirifice exultantes, uno ore lætiſſimos clamores ſua lingua effuderunt. *Illalla, Illalla, Mahomet Ruſſolalla. Deus eſt, & ſemper erit, & Mahometus eſt ſervus ejus*. Nos tam altis clamoribus, ut late per mare reſonaret, in urbe auditis, quid cauſſæ eſſet taciti quærebamus. Paulo poſt certo ac vere cognoſcimus, luce craſtina Ameram terra marique, omnibus viribus, & ſumma ope urbem adoriri decreviſſe. Intuentes autem tam immenſam impiorum multitudinem (dicam quod mihi videtur) ut ſine dubio contra ſingulos noſtrum plures quingentis pu-

Georg. Phranz.

A gnarent, in ſuperna providentia ſpes omnes noſtras collocabamus. Præcepit item Imperator, ut portantes ſanctas ac venerandas imagines, & divina ſimulacra, Sacerdotes, Epiſcopi, Monachi, viri, fœminæ, pueri cum lacrymis per urbem quoquo verſum incederent, & κύριε ἐλέησον clamitarent, Deo ſupplicarent, ne propter peccata noſtra in manus hoſtium impiorum, & quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſimorum traderemur: ſed clemens ac propitius eſſet nobis hæreditati ſuæ. Inſuper milites illacrymantes inter ſe cohortabantur, uti hora conflictus intrepide hoſtiles impetus exciperent. Nec minus Imperator luctuoſa illa veſpera coactis omnibus primoribus, præfectis & ſubditis, tribunis & centurionibus, præcipuiſque militibus in hæc verba vocem ſolvit.

B Viri nobiliſſimi, clariſſimique, tribuni ac duces, & commilitones macti animis, & omnes demum fideles, & honorandi cives, cernitis veniſſe tempus, & inimicum fidei noſtræ omnibus artibus & machinis terra marique, validius quam hactenus unquam conflictu, pugna, & dimicatione ſingulari, quantum valet ac poteſt nos premere ſtatuiſſe, ut ſi fieri queat, ceu ſerpens venenum in nos effundat, & tanquam immitis leo inſtet, noſque devoret. Quapropter rogo hortorque vos, ut virili atque imperterrito pectore, quomodo huc uſque feciſtis ſemper, fidei noſtræ hoſtibus reſiſtatis. Trado & commendo vobis illuſtriſſimam, & celeberrimam urbem hanc, patriam veſtram, & reginam urbium. Non ignoratis, fratres, quatuor nominibus communiter omnes nos mortem vitæ anteponere oportere. Primum pro fide & C pietate noſtra: deinde pro patria: tum pro Imperatore, ut uncto domini: poſtremo pro cognatis & amicis. Cæterum, fratres, ſi pro uno horum quatuor decertare uſque ad necem obligamur, multo magis, ut liquido apparet pro omnibus ſimul mortem recuſare non debemus. Quod ſi propter delicta mea Deus victoriam impiis conceſſerit, pro ſancta fide noſtra, quam Chriſtus ſanguine ſuo nobis comparatam donavit, nullum periculum detrectemus: hoc enim caput eſt omnium. Et ſi quis *totum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur*, quid illi proderit? Secundo loco patria adeo inclyta, & libertate noſtra privamur, & imperium quondam tam ſplendidum, nunc depreſſum, & humiliatum, probris expoſitum & contemptum amittimus. Tandem & chariſſi- D mis liberis, & conjugibus & cognatis ſpoliamur. Eſt autem dies ſeptimus & quinquageſimus hodie, ex quo Aleterius Ameras nos obſidet, & omnibus machinis, ac robore die noctuque inſtare non deſiſtit: gratia autem, & beneficio omnia intuentis Domini noſtri uſque hodie a mœnibus cum dedecore ſæpe repulſus eſt. Ergo etiam nunc, fratres, timorem ſecludite, quamvis murus aliqua ex parte ob helepolium impulſum corruerit. Nam ut ipſi videtis, ut potuimus eum inſtauravimus. Nos ſpem omnem in gloria Dei inexpugnabili ſitam habeamus. *Hi in curribus, & hi in equis*, & potentia, & numero, *nos autem in nomine Domini Dei ac Salvatoris noſtri*. Poſt in manibus quoque noſtris, & in robore, quod divina virtus nobis donavit. Intelligo hanc innumerabi- E lem impiorum multitudinem contra nos venturam more ſuo cum faſtu, & elato ſupercilio, & ſpiritibus magnis, & violentia, ad affligendam & ærumnis preſſandam paucitatem noſtram. Altiſſimas dant voces, & innumerabiles lætitiæ clamores jactitant, ut nos terrefaciant, quas eorum nugas probe noſtis: nec operæ pretium hæc curare, quantomvis multi hoc agant. Et ſaxa infinita, & alia tela ex heleboliſcis, ut arena maris ſurſum in nos volabant, quibus nos, ut ſpero, non lædent.

Quoniam perſpicio, valdeque apud me gaudeo, & tali ſpe, & cogitatione ſuſtentor, quod, licet perpauci, tamen omnes dexteri, idonei, robuſti, fortes, & magnanimi, & præclare jam ante exercitati eſtis. Scutis capita veſtra in pugna & conflictu bene tegite: dextera rhomphæam tenens ſemper extenſa eſto. Galeæ veſtræ, thoraces, & tunicæ ferreæ, cæteraque munimenta ad corpus tuendum plane ſufficiunt, & erunt prælantibus perutilia, quibus hoſtes non utuntur, nec ea habent omnino. Et vos quidem intra muros tecti conſiſtetis: illi aperti, & cum laſſitudine vobis appropinquabunt. Quocirca, commilitones, per miſericordiam Dei conſtantes eſtote, & rem gerite magno animo. Mementote quomodo olim psuel Carthaginenſium elephanti tantam equorum Romanorum multitudinem voce aſpectuque fugaverint. Quod ſi animal brutum ſimiliter brutum animal fugavit; quaoto facilius nos, qui etiam animantium ratiooe carentium domini ſumus, cum præſertim qui nos oppugnatum veniunt, inſtar animalium brutorum, & ipſis brutis magis adhuc bruti ſint? Peltæ veſtræ, & gladii, & arcus, & ſagittæ in illos eant, & cogitate vos in agreſtes porcorum, aut canum turbas pugnare: ut diſcant impii, ſibi non cum beſtiis, quales ipſi ſunt, rem eſſe, ſed cum præſidibus, & dominis ipſorum, & Græcorum Romanorumque poſteris. Meminiſtis impium iſtum Ameram ſinceræ noſtræ religionis adverſarium & inimicum nulla cauſa legitima fœdus & amicitiam diſcidiſſe, & toties concepta ſacramenta flocci pendiſſe: veniſſeque improviſo, & ad fauces Aſomati caſtellum exædificaſſe, ut nos incurſare quotidie poſſet. Agros noſtros, hortos, viridaria, domos igne vaſtavit: fratres noſtros Chriſtianos quotquot reperit, partim necavit, partim captivos abduxit, ſocietatem diſſuit, Galatæos ſibi conciliavit: qua conciliatione gaudent, neſcientes miſeri, filii agricolæ fabulam, qui aſſavit cochleas, dixitque o ſtulta animalia, & quæ ſequuntur. Adveniens igitur, fratres, nos obſedit, & ore aperto hiat quotidie, dum tempus aptum inveniat ad deglutiendos nos, & urbem hanc, quam ter beatiſſimus, & Magnus Conſtantinus Imperator ille excitavit, omniumque caſtiſſimæ, & ſupra quam dici poteſt caſtiſſimæ dominæ noſtræ deiparæ ac ſemper Virgini Mariæ conſecravit, eique donavit, ut domina, auxiliatrix, & protectrix patriæ noſtræ, Chriſtianorumque perfugium foret, ſpes, & gaudium Græcorum omnium, gloriatio omnium per orientem habitantium. Et illam olim longe lateque prædicatam & illuſtrem, & ut roſam agri florentem delere nititur. Quæ, prope dixerim, totum ſub ſole mundum ſubegit, & pedibus ſuis ſubjecit, Pontum, Armeniam, Perſiam, Paphlagoniam, Amazonas, Cappadocias, Galatiam, Mediam, Colchos, Iberas, Boſporianos, Albanos, Syriam, Ciliciam, Meſopotamiam, Phœnicen, Palæſtinam, Arabiam, Judæam, Bactrianos, Scythas, Macedoniam, Theſſaliam, Helladem, Bœotiam, Locros, Ætolos, Acarnaniam, Achajam, Peloponneſum, Epirum, Illyricum, Lychnitas, accolas Adriatici, Italiam, Tuſcones, Celtas, Celtogalatas, Iberiam, & uſque ad Gadira, Libyam, Maraciam, Mauruſiam, Æthiopiam, Numidiam, Aphricam, & Ægyptum. Hanc urbem dominam urbium ipſe nunc in ſervitutem redigere, eique jugum imponere conatur, & ſanctas Eccleſias noſtras, ubi ſancta Trinitas adorabatur, & ubi ſanctiſſimum numen celebrabatur, & ubi angeli hymnum divinum, & Dei Verbi in carne ſuſceptam œconomiam canebant, vult oratorium ſeu fanum blaſphemiæ ſuæ, & ineptiarum Pſeudoprophetæ ſui Mahomet, beſtiarumque & camelorum habitaculum facere. Quod ſupereſt, fratres, & commilitones, cogitate cum animis veſtris, quo pacto memoriam veſtri, & famam, & libertatem immortalem conſequamini. Et converſus ad Venetos, qui a dextris adſtabant, Veneti, inquit, illuſtres, fratres in Chriſto Deo dilecti, viri fortes, milites prævalentes, & bello probatiſſimi, qui rhomphæis veſtris micantibus, & gratis a Deo vobis collata ſæpe magnas Agarenorum ſtrages edidiſtis: quorum ſanguis de manibus veſtris fluminum inſtar defluxit, hodie vos obſecro, uti urbem hanc in tanta belli calamitate conſtitutam, toto pectore, & ex medullis defendatis. Teſtes vobiſmet ipſi eſtis, quomodo hanc alteram patriam, & matrem ſemper habueritis. Proinde rurſus quæſo hortorque vos, ut ipſa hora oppugnationis fidorum amicorum, fideliumque fratrum officium ei ne denegetis. Poſthæc ad ſiniſtram verſus, Genuenſes ſic eſt allocutus. Ligures, fratres honoratiſſimi, viri bellicoſi, magnanimi, & fama nobiles. Non poteſtis ignorare infœlicem hanc urbem ſemper non meam ſolius, ſed veſtram quoque fuiſſe multis de cauſſis. Vos enim ſæpenumero ſtudioſe auxilium ei tuliſtis, & præſidiis veſtris ab Agarenis ejus hoſtibus eam tutam atque incolumem conſervaſtis. Nunc denuo tempus eſt opportunum, ut in ope afferenda veſtram erga illam in Chriſto charitatem, & fortitudinem, magnanimitatemque demonſtretis. Poſtremo ad omnes ſimul, non eſt tempus, inquit, pluribus vos alloquendi: tantummodo ſceptrum noſtrum humiliatum manibus veſtris commendatum cupio, ut id benevole cuſtodiatis. Oro autem, & obſecro charitatem veſtram, ut quem decet honorem, & obedientiam ducibus veſtris, tribunis, centurionibus, unuſquiſque ſecundum ordinem & manipulum ſuum exhibeatis, & hoc veſtri muneris eſſe intelligatis. Quod ſi ex animo mandatis meis parueritis, confido in domino, nos intentatis ejus in nos minis periculiſque liberatum iri. Si ſecus quippiam evenerit, corona adamantina in cœlo nos manet, & memoria meritorum noſtrorum in orbe terrarum nunquam intermorietur.

CAPUT XV.

Fletus Imperatoris & militum, promiſſa item utrorumque. Ultimum vale inter milites. Imperator, & multi præterea in templo S. Sophiæ Eucharistiam ſumunt. Veniam ab omnibus in palatio petit. Lamenta, & lacrymæ ibidem. Obit mœnia: cuſtodias perluſtrat. Strepitus extra urbem, unde oppugnationis initium, circa ſecundam galli cantum. Cur Ameras belli inexpertos, juvenes, ac ſenes primam facere impreſſionem juſſerit. Fervor pugnantium. Eodem tempore, & hora, terra marique urbs oppugnatur. Chriſtiani prævalent. Hoſtes feſſi a ſuis reſpirare prohibentur. Audacia aſcendentium per præcedentium humeros. In aditu murorum atrox pugna. Theophili Palæologi, & Demetrii Cantacuzeni virtus.

POſtquam peroravit, & cum lacrymis gemitibuſque Deo gratias egit, omnes uno velut ore, ipſi quoque collacrymantes, reſponderunt, ſe pro fide Chriſtiana, & patria ſua oppetituros. Tum Imperator actis gratiis ampliſſimis, plurima iiſdem congiaria ſpopondit; rurſumque, quod reſtat, inquit, fratres & commilitones, parati eſtote in craſtinum mane. Gratia & virtute a Deo vobis impertita, & adjuvante S. Trinitate, in qua fiduciam omnem repoſuimus, efficiemus, ut hoſtes cum dedecore & malo hinc recedant. His dictis Romani miſeri corda leonum aſſumebant, veniamque petebant & dabant mutuum, & cum lacrymis invicem complexabantur, ne-

que jam liberorum chariſſimorum, neque conjugum, aut facultatum memores; ſed mortem tantummodo pro ſervanda patria obeundam ante oculos habentes, unuſquiſque ad ſtationem ſuam revertebantur, & in maris cuſtodias agebant diligenter. Imperator in auguſtiſſimum Sapientiæ Dei Verbi templum ingreſſus, precibus ibidem & lacrymis effuſis, ſacroſancta, & immaculata myſteria percipit: idipſum complures eadem nocte faciunt. Poſtmodum in palatium veniens, & paulum ibi moratus, ab omnibus veniam ſummiſſe petit. Quis complorationes illas & lamenta tunc audita per palatium fando explicet? Niſi quis ligneus eſſet, aut ſaxeus, non potuiſſet temperare a lacrymis. Conſcenſis equis egredimur a palatio, & obimus mœnia, ut ad vigiles excubias cuſtodes incitemus. Omnes illa nocte in muris ac turribus erant, & portæ urbis, quibus aditus introitusque patebat, clauſæ tutiſſime. Ubi in Callygariam ad primum galli cantum venimus, & ab equis deſcendentes, in turrim aſcendimus, audimus foris crebros colloqui, & magnos atque inconditos edere ſtrepitus. Ajunt cuſtodes, eos hoc totam jam noctem facere: trahebant ſiquidem ad foſſam inſtrumenta, quæcunque ad murorum oppugnationem præparaverant. Interim littora ferrent maxime, hoſtium navigia, & triremes, & pontes portal, muris, & littoribus admoventur. Circa ſecundum galli cantum, ſine ſigno aliquo (quod tamen aliis diebus ſolebant dare) oppugnationem impenſe, & ſummo conatu ordiuntur. Statuerat autem Ameras, ut omnes rei bellicæ ignorantiores, & ſanes quidam, ac juvenes conflictum auſpicarentur, quo nos aliquantulum fatigarent, & validiores, fortiores, belli experientiores majore deinde audacia & promptius nos aggrederentur. Fiebat ita, præliumque & conflictus inſtar camini ſuccenſus ardebat. Ac noſtri cum virtute reſiſtebant, hoſteſque mala multabant, atque de muris præcipites deturbabant: & quaſdam machinas, vaſaque militaria eorum diffringebant: & cum utrinque caderent, de Turcis tamen plures cadebant. Ubi lux diei ſtellas abſcondit, & ab oriente roſeum mane apparuit, totæ copiæ, perinde ut funis ab una parte ad alteram ductus urbi incubuerunt, organis bellicis, ut tympanis, & tubis corneis, & aliis demum perſtrepentes, & lætiſonis vocibus frementes, atque in omnes heleboles ignem indentes, omneſque concorditer, uno tempore & hora, a terra marique irruentes, & pugnam laceſſentes. Quidam audaciores ſcalis ſtuppeis aſcendebant, & in eos qui pro turribus ſtabant, omne telorum genus adjiciebant. Pugnatum eſt acriter, horribiliterque horas duas, ac prævaluerunt quodammodo Chriſtiani. Nam triremes quibus ſcalæ portabantur, cum ponte re infecta a muris maritimis repulſæ ſunt, & ſaxa ex urbe jactata, Agarenorum pluribus obtriverunt. Quique a terra propugnabant, ſimiliter, ac pejus etiam hoſtes multabant: licebatque videre inſolitum ſpectaculum, ſolem ac cœlum velut obſcura nube involutum, & paratæ machinæ igne græco incendebantur, ſcalæque & aſcenſoria cum aſcenſoribus, molaribus deſuper jactis devolvebantur, & helebolis ſagittiſque repellabantur, & ubi confertos hoſtes videbant, eo heleboles dirigebant, multoſque feriebant & interficiebant. Hoſtes autem labore oppugnationis defeſſi ſtomachabantur adeo, ut nonnihil ad vires recreandas retrocedere poſtularent, Tzaucbides autem, & rhabduchi aulæ (*genus apparitorum regiorum*) virgis ferreis, & ſcuticis eos urgebant, ne hoſti terga oſtentarent. Quis voces illas, & clamores, penetrantes uſque ad ſidera, vulneratorumque utrinque gemitus verbis conſequatur? Quidam de noſtris eos ſic affectos cum intuerentur, magnis vocibus acclamabant: cum iſta ſæpe conati ſitis, male ſemper repulſi eſtis. Verum ipſi virtutem ſuam ſumma vi volentes nolenteſque oſtendere, rurſum in ſcalas evadunt. Alii audaces, robuſti, ac virili animo per aliorum humeros aſcendebant, & alii per illorum, ut in ſuprema murorum ſcanderent, ſi poſſent. Cum in his omnibus vehementer, magnaque vi niterentur, in ipſo aditu valida dimicatio committitur, & ſtrictis enſibus decertatur: & ex utraque parte multi occiduntur. Inclinanta jam acie noſtra, Theophilus Palæologus, & Demetrius Cantacuzenus, viri inprimis bellicoſi proſilientes, Agarenos vincunt, atque a muris & ſcalis præcipitio depulſos in fugam diſperſos compellunt: reliqui ad auxilium accurrunt.

CAPUT XVI.

Imperator milites ad pugnam confirmat. Juſtinianus accepto vulnere turpiter a ſe deficit, & certamine excedit. Ad preces Imp. ſordus Galatæ moritur. Chaſanis Janitzari ſtrenuitas. Propugnacula capta, Turcæ turmatim in muros evadunt. Imperatoris lachrymæ; & obſecratio ad Deum, & milites. Leoni comparatur, ſua manu fortiter dimicans. Franciſci Toledi, Theophili Palæologi, & Joannis Dalmatæ virtus, & mors glorioſa. Apud portam S. Romani prima in urbem irruptio.

IBi tum Imperator in equo, militum animos ad alacriter dimicandum his verbis exacuit. Commilitones, & fratres mei, per miſericordiam Dei vos rogo, ſtate viriliter. Nunc enim hoſtium copias viribus labaſcere, ſenſimque diſſipari video, nec inſtructo, ut ſolebant, agmine accedunt; ſperoque in Deo, noſtram fore victoriam. De cætero, fratres, gaudete, quoniam corona pretioſiſſima vobis eſt repoſita, non corruptibilis, & terrena tantum, ſed cœleſtis etiam. Deus pugnat pro nobis; timor impiorum exercitum invaſit. Hæc dicente Imperatore, Joannes Juſtinianus dux ſagitta allapſa dexterum crus vulneratur. Qui non ita belli naturam doctus, ut ſanguinem a corpore profluentem eſt intuitus, totus a priſtina virtute immutatus, & parora ictus pedem retulit, ac in poſterum nihil operæ navavit. Deſerto igitur loco cum ſilentio abiens, vulnerarium requirebat, generoſi pectoris, dexteritaris, ac fortitudinis, quam a principio oſtentaſſet, prorſus immemor. Nec vero iis qui aderant ullum verbum fecit; nec pro ſe vicarium reliquit, ne qua confuſio, & pernicies ſequeretur. Converſi milites, cum ducem nuſquam viderent: ſed eum fugiſſe audirent, magnopere conturbati ac tremefacti ſunt. Imperator caſu eodem veniens, milites confuſos animi, ac timoris plenos, ut oves lupis imminentibus offendit. Cognita porro cauſa, & ipſo Joanne duce fugitivo conſpecto, adequaltans, ſic eum aggreditur. Mi frater, quid agis? repete locum tuum; modica eſt hæc plaga, redi, amabo; nunc enim major neceſſitas ita flagitat. Urbs in manibus tuis eſt, aba te ſervanda eſt. Plura eo differente, nihil reſpondit: Sed Galatam trajiciens, ibidem ex dolore animi propter contemptum, in quem inciderat, & amiſſam gloriam numerari inter vivos turpiter deſiit. Turcæ ex perturbatione tanta noſtrorum erexerunt animos. Sogambaſſa Janitzaros, alioſque ad fortiter audendum verbis extimulat. Ac Janitzarus quidam, nomine Chaſanes, Lopadio oriundus, gigantea corporis magnitudine prorumpit, caputque galea tectus, ſiniſtra parmam objectans, dextera gladium educens, ad murum, ubi turbatam videbat, circiter triginta ejus virtutis æmulis ſequentibus procedit. Noſtri ſtantes in muris jacula & ſagittas in eos mittunt, & grandia ſaxa devolvunt, decemque & octo præcipites decidunt, Chaſanes autem non prius impetum aſcendendi dimiſit, quam in murum evaderet, noſtroſque

loco pelleret. Poſtquam igitur euſo potitus eſt, alii inſuper complures aſcenſum tentarunt; quos noſtri propter paucitatem prohibere nequibant: cum hoſtium autem non pauci eſſent, in costamen qui aſcenderant irruentes, in muro confligebant, ac pluſimos trucidabant. Chaſanes dum pugnat, in ſaxum impingens deorſum labitur. Converſi noſtri, eumque infra jacentem conſpicientes, undecunque telis impetunt: qui ſe in genua erigens, ſic manebat. Ejus dextera plagarum multitudine elanguit, ipſeque telis coopertus eſt: alii item multi aut interempti, aut vulnerati, & obligandorum vulnerum in caſtra deportari ſunt. Tendem hoſtes catervatim muros tenuerunt, noſtroſque diſſiparunt: qui relictis exterioribus, per portas ad interiores ſe recipientes, inter ſe conculcabant. His ita habentibus, intus & extra ſacclamatur, & qua portus erat, propugnaculum capitur, arma vexillaque militaria in turribus ſublime figuntur, voces exultantium noſtros fugant, hoſtibus animos augent. Denique iterumque victoriam clamoribus ingeminantes, exultebundi, ac nullo timore omnes murum aſcendunt. Calamitoſus Imperator & dominus meus iſta videns, Deum profundentibus ſe lacrymis precatur, & milites ut infracto animo reſiſtant impellit. Verum opis & auxilii nulla ſpes affulgebat. Imperator equo concitato accurrit, ubi impiorum multitudo aſcendebat, ut cum allophylis manum confereret, primoque impetu de muro eos præcipites egit: ut qui circum erant, & videbant, rem inopinatam cernerent. Nam ut leo fremebat, & ſtrictum dextera gladium verſans, hoſtium complures orco demittebat, quorum ſanguis e manibus & pedibus ejus fluminis inſtar decurrebat. Dominus autem Franciſcus Toledus, quem ſupra nominavi, Achillem ipſum ſuperabat, a dextris Imperatoris confligens, & inſtar aquilæ unguibus, & ore hoſtes concidens. Similiter Theophilus Palæologus ut Imperatorem dimicantem, & urbem in extremo poſitam diſcrimine animadvertit, flens exclamat; mori malo quam vivere: magnaque voce in medium globum irrumpens, partim hoſtes fugat, partim interficit. Quin etiam Joannes Dalmata ibi præſens, generoſius quam miles ullius manum cum hoſtibus conſerebat, ut præſentes & aſpicientes, virtutem & vires virorum maxime militarium, altera ac tertia impreſſione, & acerrima pugna impios in fugam vertentium, multoſque occidentium, & quoſdam de muris depellentium obſtupeſcerent. Cumque conſtanter ac fortiter pugnaviſſent, multa prius hoſtium ſtrage data, ipſi quoque oppetiverunt. Ita inſuper milites alii minime imbelles, eodem in loco, prope portam ſancti Romani in certamine ceciderant, ubi helebolim illam Turcæ fecerant, & helepolim magnam ſtatuerant. Ac diruto muro, inde primum in urbem irruperunt.

CAPUT XVII.

Cretenſium nautarum pro turribus propugnantium laus. Ameræ in eos beneficium. Duo fratres Itali commendantur. Eorum capta urbe gemitus. Tempus captæ Conſtantinopolis. Enumeratio calamitatum, quas a Turcis pertulit. Templi S. Sophiæ epitheta.

EGo hora illa a domino meo aberam, quod ejus juſſu in aliam urbis regionem ad eam luſtrandam diſceſſeram. Turcæ ingreſſi, Chriſtianos in urbe helebolis, telis, ſagittis, lapidibus inſequi, & potiri rerum omnium, præter turres, quæ dicebantur Baſilii, Leonis, & Alexii, in quibus uſque ad ſextam & ſeptimam diei horam e Creta nautæ mira conſtantia propugnabant, multoſque Turcarum interimebant. Tot porro phalangas, totamque urbem ſubactam cum cernerent, noluerunt ipſi etiam jugum accipere, præoptantes mori, quam in ſervitute vivere. Turca autem quidam ad Ameram de horum virtute nuntius approperat. Jubet eos ea pacto deſcendere, & cum navibus, omnique gaza ſua ſalvos ac liberos eſſe. Vix tamen etiam ita eis deſcenſum perſuaſit. Duo quoque germani fratres Itali, Paulus & Troilus in locis ſuis, una cum aliis multis animoſe præliantes, repellebant hoſtes, & cum pugnantium, tum defendentium cædes edebantur. Reſpiciens autem Paulus, hoſteſque intra urbem conſpicatus, ad fratrem converſus, o ſol horreſce, inquit, o tellus ingemiſce; civitas capta eſt: jam non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis tempus eget: de noſtra ipſorum ſalute, ſi qua ſpes eſt, ſolliciti ſimus. Atque ita Turcæ univerſam urbem in ditionem ac poteſtatem redegerunt die tertio hebdomadis (*die Martis*) hora ab initio diei tertia & ſeſqui, anno mundi 6961. Domini 1453. viceſimo nono menſis Maii. Qui irruerant, diripiebant, obvios capiebant, reſiſtentes mactabant, & in quibuſdam locis præ cadaverum objacentium multitudine ſtrata viarum non apparebat. Vidiſſes ſpectaculum novum, lamenta multa & varia, captivos trahi innumeros, nobiles item ac primarias fœminas, & virgines, & Deo conſecratas, quanquam ejulantes, capillis ab eccleſiis avelli raptarique crudeliter. Clamores item & ploratus puerorum, ſacerdotes, & ædes ſanctas dicataſque diſpoliari: & quod vel auditu eſt horrendum, vidiſſes ſacroſanctum ſanguinem, & corpus Chriſti in terram effundi ac projici, & honoranda vaſa diripi, & partim confringi, partim integra in ſinum abſcondi. Perinde de ornamentis faciebant, & imagines auro argentoque, nec non margaritis decoratas, pedibus conculcabant. De ornatu item, lectulis & menſis inſerebant, ſericiſque, & auro contextis veſtibus lectis equos conſternebant. Alii pro tapetibus cum cibum caperent ſibi eas ſubjiciebant, pretioſos ſanctorum cimeliorum lapides rapiebant, divorumque ſacras reliquias pedibus proterebant. Alia item quam plurima ſceleratiſſima, & lacrymis proſequenda præcurſores illi Antichriſti deſignabant. O plena ſapientiæ Chriſte rex, & ininterpretabilia, atque inſcrutabilia judicia tua. Erat inſuper videre longe ampliſſimum illud, ac diviniſſimum Dei Sapientiæ templum, cœlum terreſtre, thronum gloriæ Dei, Cherubicum vehiculum, & alterum firmamentum, facturam manuum Dei, ſpectaculum & opus eximium, totius mundi exultationem, illud elegans templum, & elegantib. elegantius, intra cujus adyta, & ſuper ſacras menſas edebant, & potabant, & inceſtas libidines ſuas cum virginibus, & pueris explebant. Quis te non lugeat templum ſanctiſſimum? Ubique calamitas, & dolebat omne caput. In domibus lamenta & lacrymæ, in triviis planctus, virorum gemitus, fœminarum ululatus, raptationes, captivitates, diſtractiones. Genere illuſtres ad contemptum redigebantur, impii diteſcebant, plateæ & anguli ubique malis omnibus redundabant. Nullus remanebat locus, quem non ſcrutarentur, & excuterent. O Chriſte rex, qualis tunc tribulatio, & anguſtiæ? Omnia domicilia, & loca Chriſtianorum perquirebant, & perfodebant impii, ut pecuniam abditam invenirent: plurimiſque theſauris, & veteribus ac novis, iiſque pretioſiſſimis rebus implebantur.

CAPUT XVIII.

Ameras ſerio de vita Imp. inquirit. Cadaver repertum honeſtiſſime ſepeliendum curat. Ætas ejus. Notaram ſimulatorem, & mendacem quomodo deluſerit, & cum filiis duobus capite punierit, ut item alios viros nobiles. Veneti quidam pecunia numerata, ac promiſſa necem effugiunt. Galatæi multi trucidantur: contra fidem datam fiunt tributarii: Halimbaſſa propter conſilium de Conſtantinopoli non oppugnanda necatur.

CApta igitur urbe, Ameras ingreſſus, ſtudioſiſſime ſuper Imperatore quæſivit: nihil enim ei prius erat, quam viveretne, an interiiſſet cognoſcere. Quidam adeuntes ajebant fugiſſe: alii, in urbe latitare: alii, in pugna oppetiiſſe. Volens autem explorate quod res eſſet diſcere, miſit ubi Chriſtianorum impiorumque cadavera acervatim & promiſcue jacebant. Abluebant porro capita occiſorum plurima, ſi forte & Imperatoria noſcitarent: nec poterant: niſi quod corpus exanime invenerunt, idque ex imperatoriis calceamentis agnoverunt, in quibus (ut Imperatoribus conſuetum erat) aquilæ aureæ depictæ viſebantur. Hujus rei certior factus Ameras, ſummopere gaviſus, & mire exhilaratus eſt, deditque negocium his qui ſuperfuerant Chriſtianis, ut corpus ejus cum honore Imperatoribus convenienter ſepelirent. Heu heu mihi quoque, quem in hæc tempora divina providentia reſervavit. Vixit venerandus hic, & placidiſſimus Imperator, annos omnino undequinquaginta, menſes tres, dies viginti. Ameras victoria tanta tumefactus, crudelem ſe, & immanem præbuit. Ad eum enim accedens Lucas Notaras Magnus Dux, adoravit, theſaurumque opulentum, quem abſconditum habuerat, eidem obtulit, gemmas nimirum, uniones, & alia item cimelia regalia. Quibus viſis Ameras ipſe, quique illi a conſiliis erant, admirati ſunt. Tum Notaras, hæc omnia ſervavi majeſtati tuæ; & ecce ea nunc tibi pro munere dedo, quæſoque magnopere, famuli tui preces ne aſpernere. Confidebat enim, per hæc ſe cum tota domo ſua libertatem conſecuturum. Tum Ameras, hem ſemicanis, homo inhumane, fraudum ſutor, veterator. Cum tantum theſaurum poſſideres, cur Imperatori domino tuo, & huic urbi patriæ tuæ non ſuccurrebas? Nunc cum hujuſmodi nequitiis, & calliditatibus, quibus deditus fuiſti a pueritia, me quoque ſupplantare, & quod tibi debetur, malum ſtudes effugere. Dic mihi, impie, haſce divitias tuas, & urbem hanc quiſnam gratuito in manus meas tradidit? Subjecit Notaras, Deus. Tum Ameras. Quoniam igitur Deus hæc mihi donavit, & te, & omnes in manus meas dedidit, quid tu ais improbe, & nugator? Cur non iſta ad me miſiſti, priuſquam bello vos peterem? ita tibi gratias, & remunerationem deberem. Nunc non tu iſta mihi largiris, ſed Deus, ut dixiſti: ſtatimque lictoribus mandavit, uti eum in carcerem compingerent, & tuto cuſtodirent. Die altera rurſus eum ad tribunal ſiſti juſſit, & his verbis compellavit. Quandoquidem ditiſſimo iſtoc theſauro tuo quem habebas, Imperatori ac patriæ tuæ commodare noluiſti; & quia eidem Imperatori auctor & ſuaſor non fuiſti, cum ei conditionem proponerem, ut urbem pacifice mihi dederet, aliumque locum cum benevolentia & amicitia a me datum acciperet, ne tantæ inter nos cædes factitarentur; hic Notaras interpellans, non ſe, ſed Venetos & Galatæos culpam ſuſtinere affirmavit, qui contra Imperatori ſuaſerint, claſſemque ei ſubſidiariam miſſuros receperint. Et Ameras, mendaciorum doctus es artifex: at nunc non eſt tempus utilitatis tuæ cauſſa mentiendi, nihil enim tibi proderit: præcipeque ut ſequenti die in Xernlopho, inſpectante ipſo, duo filii ejus capite plecterentur, ſuper quibus Imperatorem oraverat, uti alterum Contoſtauli, alterum Magni Logothetæ dignitate exornaret; deinde & ipſi cervices præciderentur, quod factum eſt. Atque hunc finem res Lucæ Notaræ invenerunt. Poſtea multos nobiles ac illuſtres interimi juſſit. Ex Venetis Angarum, & filium ejus. Aſtandeu Cataloniæ, & duos item filios ejus. Præterea Contarenum, alioſque de nobilitate Veneta e medio tollere voluit, qui pecunia partim ipſi perſoluta, partim Sogambaſſæ promiſſa, vitam impetrarunt. Miſit nihilominus Galatam, multoſque ibidem comprehenſos trucidavit. Quæcunque etiam Galatæis pollicitus fuerat, ad nihilum reciderunt: ipſos enim quoque ſtipendiarios ſibi fecit. Halimbaſſam in turrim incluſit, & paucis poſt diebus vita privavit, ob cauſſam ſupra a nobis expoſitam: quod videlicet ab urbe obſidenda illam dehortaretur, ne Chriſtiani Principes in occidente conjunctis viribus tota Europa eum expellerent, & quæ ibidem diximus. Ejus mors univerſo exercitui multo luctuoſiſſima accidit, quod diligeretur ab omnibus, & præclaras ſemper in conſultationibus ſententias dicere conſueviſſet.

CAPUT XIX.

Annorum numerus a Conſtantino Magno ad Heraclium, ſub quo Mahometes extitit. Turcarum tria nomina. Tempus ab Heraclio ad Conſtantinum Palæologum. Quamdiu ii, & quamdiu Palæologi imperaverint, & quamdiu imperii Romani domicilium Conſtantinopoli fuerit. Ameræ capta urbe triumphus. Chriſtianis benecupit. Patriarcha novus eligitur. Imperatores quid novo Patriarchæ, & qua cærimonia donare ſoliti. Eam ea parte ſervat Ameras, & Patriarcham tractat humaniter, ac honorifice. Synodus in Trullo. Cur Mahometes tantam in Chriſtianos humanitatem finxerit. Colonias Conſtantinopolim deducit. Prærogativas & immunitates Patriarchæ impertit.

AB Auguſto uſque ad ter beatum, venerandum, memoriæ immortalis Flavium Conſtantinum, qui a vetere Roma imperii ſedem Conſtantinopolim (olim Byzantium dictam) tranſtulit, quam ipſe reſtauravit & dilatavit, & novam Romam indigitavit, anni interceſſerunt trecenti triginta duo. A Flavio Conſtantino Chloro uſque ad Heraclium Magnum anni * quibus temporibus vixit ter execrandus, & Pſeudopropheta Mahomet, ex poſteritate Iſmaelis, ex tribu Cedar primogeniti Iſmaelis, cujus deteſtabilem ſectam ſequuntur Turcæ, qui tripliciter nominantur, Saraceni, Iſmaelitæ, & Agareni. Saraceni quidem, quoniam Sara, Agar & Iſmaelem hæreditate caſſos dimiſit. Iſmaelitæ, quoniam ab Iſmaele deſcendunt. Agareni propter Agar primævam matrem ipſorum. Ab Heraclio Magno, & Pſeudopropheta Mahometo uſque ad imperium Conſtantini Palæologi, qui de genere Palæologorum octavus imperavit, & imperavit annos quatuor, & menſes totidem, anni numerantur 843. Imperarunt autem Palæologi in hac regina urbium annis centum nonaginta quatuor, menſes decem, dies quatuor. Et quemadmodum ſub Flavio Conſtantino cœptum, ſic ſub Conſtantino Palæologo finitum eſt imperium Conſtantinopolis. In hac porro infœliciſſima urbe viguit Romanorum imperium annis mille centum quadraginta tres, menſes * dies * Ameras die ſextio a capta urbe triumphum duxit, & gaudium ingens publicumque ob victoriam agitavit, jubens prodire omnes minores juxta ac majores, qui ſe occuluerant, & eſſe liberos, nec a quoquam vexari. Similiter quotquot timore adacti ex urbe profugiſſent, ut ſupra retulimus, eorum anum-

quumque redire domum ſuam, & vivere ſingulos juxta rationem religionis ſuæ, ſicut antea. Præterea juſſit, ut Patriarcham pro conſuetudine & more ſuo crearent; vetus enim morti conceſſerat. Tum Epiſcopi qui forte aderant, paucique de clero, & laici ſapientiſſimum, & doctiſſimum Georgium Scholarium, etiamnum laicum elegerunt, quem & Genoadium mutato nomine nuncuparunt. Erat autem munus & conſuetudo Chriſtianorum Imperatorum, ut electo Patriarchæ pedum ſeu virgam paſtoralem auream, lapillis & margaritis diſtinctam, & electum equum de regio ſtabulo, ſella & phaleris regifice & ſumptuoſe ornatum, albo & aureo ſtratorio tectum donarent. Et Patriarcha illi inſidens, e palatio, toto procerum collegio ſtipante, cum fauſtis acclamationibus in patriarchium revertebatur, atque ab Epiſcopis pro lege & more conſecrabatur. Hoc modo a manibus Imperatoris futurus Patriarcha pedum accipiebat, ſedente eo ſuper ſolio regio, & tota procerum corona nudatis capitibus circumſtante. Magnus Protopapas palatii benedictionem pronuntiabat, deinde parvam * Et Magnus Domeſticus pſallebat illud, *ubi enim regis præſantia*, & quæ ſequuntur. Deinde, *Gloria*, &c. Et Lampadarius ex altero choro. *Et nunc & ſemper*, &c. Item, *Rex cœlorum*, & cætera. Finito autem troparío, Imperator ſurgens, habet in manu dextera pedum. Accedit autem candidatus, cujus unum latus Cæſar, alterum Heracleæ Metropolita tegit. Corpus tertium omnibus inclinat. Deinde ad Imperatorem accedit, & conſueta adoratione illum proſequitur, Imperator paulum attollens pedum, ait: SANCTA TRINITAS QUÆ MIHI IMPERIUM DONAVIT, TE IN PATRIARCHAM NOVÆ ROMÆ DELIGIT. Atque ita de manibus Imperatoris Patriarcha poteſtatem ſumebat, eique gratias agebat. Deinde chori pſallebant, AD MULTOS ANNOS DOMINE, idque tertio, & illud, [illegible], hoc eſt ilicet. Secundum hæc Patriarcha cum lampadibus ad diababula, ſive atrium deſcendebat, paratumque inveniens equum, aſcendebat. Aleterius, ut Imperator urbis, Imperatorumque Chriſtianorum imitator, idem facere cupiens, Patriarcham futurum, uti ſecum conſideret ad colloquendum, & una epularetur, accerſivit. Venientem magno cum honore excepit, longumque cum eo ſermonem habuit, & infinita ſe ei daturum ſpopondit. Ubi tempus fuit e palatio exeundi, ſurgens Ameras, pretioſumque illi pedum porrigens, hortatur accipere, ac volente nolente Patriarcha, eum ad extremum uſque palatii deducit, & in equum eo modo quo diximus ornatum aſcendere jubet. Mandat inſuper omnibus aulæ ſuæ nobilibus, uti ipſum comitentur. Ita hi præcedentes, illi pone ſequentes ad veneranda Apoſtolorum ſepta eum deducunt: quod templum Ameras in Patriarchium donaverat. Pulcherrimum autem divinumque Dei Sapientiæ templum, illud late decantatum templum, terreſtre cœlum, & rem inauditam, Aleterius ſibi oratorium, ſeu Meſchitam fecit. Ædes vero in Blachernis, opus admirabile incendio perierat. Deinde cum animadverteret Patriarcha, ibidem de infœlicibus Chriſtianis nullum remanſiſſe, timeretque, ne quid propter ſolitudinem mali ſibi obveniret, quod die quodam Agarenus in veſtibulo ſaoi illius repertus eſſet mortuus, habitandi locum ad beatiſſimæ Deiparæ, a paucis quibuſdam Chriſtianis habitatum petivit, & obtinuit. Monachas porro eodem loci incolentes, ad ſanctiſſimi Prophetæ & Præcurſoris monaſterium in Trullo recedere voluit, ubi imperante Juſtiniano [illegible] (*id eſt*, *aaſa veſella*) ſancta Synodus quiniſexta celebrata eſt. Illa quippe ætate hoc palatium illuſtriſſimum, juxta ſanctiſſimæ Virginis ædem, verſus Boream erat. Hic ergo ſceleratiſſimus, Chriſtianorumque mala peſtis, & verſipellis, ac vulpes hæc fecit: non quod be-

A nedictionem inde ſibi quæreret, aut alioqui natura tam miti eſſet: ſed ut Chriſtiani ejus promiſſis auditis, in urbem confluerent, eamque incolerent, quæ ob quotidianas direptiones (& præſertim dum caperetur) deſerta evaſerat. Et ita factum, congregatique ſunt Chriſtiani nonnulli. Paullo poſt etiam colonias, quas Turcæ ſua lingua Surgunides nominant, e Capha, Trapezunta, Synopio, Aſprocaſtro eo deduxit. Sic eam civibus denuo implevit. Dedit etiam litteras Patriarchæ cum ſubſcriptione auctoritatis regiæ, quibus illi a vexationibus cavit, rebellari vetuit, & quidquam tributi nomine ab eo exigi, vim a quoquam adverſario & inimico afferri interdixit, & ut a vectigalibus, & publicis contributionibus ipſa, omneſque ſucceſſores, ſubjectique Epiſcopi in perpetuum vacarent, manda-
B vit.

CAPUT XX.

Protoveſtiarius, uxor & liberi capti, vendítique. Liberos Ameras ab Hippocomo emit. Ameræ ad Principem Serviæ de pace inter Hungaros & ipſum Ameram conciliaanda legatio. Connubium filiæ Ducis Veneti cum Conſtantino a nobilitate Conſtantinopolitana quare contemptum. Cur a Venetis auxilium negatum. Cardinalis Ruſſiæ patriarchatum recuſat. Quæ pro patria tuenda fecerit Imp. & a quibus ei fides ſervata non ſit. De divina providentia locus. Cometæ viſi augurium. Noctibus ſerenis fulgura. Terræmotus, æſtus ingentes.

EGo quoque in poteſtatem veni, omneſque
C difficultates ſervitutis expertus miſer, poſtremo venditus, primo Septembris, anni 6962. Chriſti 1453. atque in Peloponneſum Spartam ſoſpes ſum perductus. Capta item uxor mea, & liberi, a Turcis quibuſdam ſenibus, & bonis viris, vendítique primario Ameræ Hippocomo, ſeu ſtabuli Præfecto, quem illi ſua lingua Merochurum dicunt, qui præterea mulieres alias ſummo loco natas, eaſque non paucas mercatus eſt, & iis divendundis magnum quæſtum fecit. Cum autem forma, & compoſiti mores liberorum meorum (*filiæ & filii*) latere minime poſſent, audito de iis, Ameras grandi pecunia numerata, ab Hippocomo, de quo dixi, eos abduxit. Remanſit infelix eorum mater ſola, cum una & ſola nutrice ſua: nam & aliæ concaptivæ diverſa venierunt. Si quæras, quid egerit Imp. tempore
D quod obſidionem anteceſſit, dicam. Cum ſe Ameras ad obſidionem pararet, etiam externi Principes Chriſtiani ad auxilium apportandum ſeſe inſtruebant. Quanquam nec remotiores, nec viciniores quidquam re ipſa contulerunt, ut notum eſt omnibus. Immo vero ad Principem Serviæ Georgium Ameras Legatum miſit, ut ſe pacificaturum inter ipſum, & Hungaros interponeret. Cum Legato autem quidam Chriſtianus litteratus erat, additus a Turcis conſiliariis, qui Deſpotæ ſuaderet, uti amicitiam conciliare ne differret. Pace enim cum Hungaris compoſita, Ameras Conſtantinopolim ſtatim erat invaſurus. Miſero conſulere nobis cordi non fuit: neſciebat enim, capita a corpore ablato membra emori. Tum quoque Venetiis celebri ſuper hoc Patrum conventu acto, ſurgens in medium Dux Franciſcus Fuſcarus dixit. Non ex
E ignorantia ruditateque Joannem Imperatorem ipſorum amicitiam, & fœdus, & communionem religionis expetiiſſe: ſuo enim aliorumque qui ipſum vidiſſent, & cum eo collocuti eſſent, judicio prudentiorem in Italia hominem non eſſe viſum: ſed nequitiam & invidiam ei obfuiſſe: neſcit enim invidia utilitatis rationem ducere. Cauſſa hujus erat Aloyſius Diedus. Is aliquando egit, ut beatæ memoriæ Conſtantinus, tunc Peloponneſi Deſpota, hujus Ducis filiam magna cum dote

te uxorem caperet. Qui non alia de cauſſa, niſi ut ejus principatus cum Venetis non concordiæ cauſſa jungeretur & unum fieret, hanc affinitatem admiſit, nobis & aliis pluribus id approbantibus, & propemodum cogentibus. Ut autem renuntiatus eſt Imperator & in urbem venit, novum fuit, ac inſolitum civitatis illuſtribus viris fœminiſque, pro domina, & hera ſua pati filiam Veneti, & generos Veneti, alioſque ejuſdem affines & filios eſſe congeneros Imperatoris & fratres Imperatricis; honorati quidem fortaſſe Ducis, ſed is honor temporaneus erat. Rurſum poſtquam Imperator creatus eſt Conſtantinus, Dux idem de connubio rogans, nihil impetravit. De cætero factus eſt inimicus, multaque cum dixiſſent Aloyſius Lauredanus, & Antonius Diedus, & alii multi, demonſtraſſentque, ſi urbs caperetur, maxima detrimenta etiam ipſorum rebus eventura, non poterant Duci perſuadere, ut Imperatori ſuccurreret: quin etiam Eccleſiam Romanam hujus rei ſollicitudo angebat. Et cum verſaretur Byzantii Cardinalis Ruſſiæ, & ego cum venerando, & beatæ memoriæ domino meo Imperatore, de eo in Patriarcham Conſtantinopolitanum aſciſcendo agerem, cum enim Papam illius temporis ejus auctoritate ad ſubſidium mittendum commoveri poſſe, multa diſputatione, ſermonibus, & conſultationibus habitis, idem Cardinalis domino meo unum ex duobus omnino futurum oſtendit. Sibi namque Patriarchæ creato neceſſe fore omnes obedire: aut diſſidia diſſenſioneſque inter ipſum, & rebelles exiſtere. Interea ſi nobis foris bellum inferretur, & haberemus etiam bellum intus, quantum eſſet hoc mali? Memoriam autem Papæ in ſacris hac neceſſitate noſtra, propter ſpem auxilii fieri placuit. Et quotquot hoc facerent, in S. Sophia facerent: qui omitterent, extra culpam, & in pace eſſent. Et duodecimo Decembris, prætérlapſis ſex menſibus, cum tot verba eſſent facta de auxilio, quot fecit Sultanus Cayri, ſive Ægypti: & a Servia poſſet non modica pecuniæ vis occulte multis modis, militeſque ſimiliter alio modo ſubmitti, non ſraitus eſt his Imp. nec vidit quiſquam vel unum obolum. Contra pecuniam multam, & milites ad Ameram, urbem obſidentem miſerunt, & triumpharunt gaudio Turcæ, objectantes, etiam Servios nobis adverſari. Quis Chriſtianorum principum, aut Iberorum vel unum teruntium, vel militem ad urbis auxilium ſeu aperte, ſeu clam miſit? Hungari Legatos ad Ameram miſerunt. Summa legationis fuit, placere ſibi, ut cum Imperatore pacem & amicitiam iniret. Feciſſe & ipſos pacem cum illo. Sed quia non ſervarentur pacta mutua, ſe quoque pacem factam ratam amplius non habere. Cumque veniſſent Legati dum urbs oppugnaretur, qua hebdomade erat impreſſio facienda, Ameras & totum concilium ejus, ſermonibus blandis eos morantes, reſponſum diutius extrahebant, nec id ſine dolo: dum viderent nempe, quorſum res ſpectaret. Nam ſi urbem occuparent, dicturi erant, ſe illam occupaſſe, ipſi proinde abirent, & agerent, quod liberet, ſecumque aut pacem, aut bellum haberent: quod & factum eſt, & ita reſponſum legatis. Si eam non occuparent, dicere ſtatuerant, propter pacem inter ſe & ipſos bellum eſſe ſedatum, & ſecundum conventa obſidionem ſolviſſe. Rumor tamen erat, Ameram cogitare ac dicere, ſi urbem nunc non occuparet, mox pacem facturum, quam in omni vita ſervaret. Beatæ autem memoriæ Conſtantinus Imperator, quid pro defenſione urbis, & imperii, aut (ut verius dicam) pro ſalute ſua palam & occulta non eſt molitus? Conſtat enim, ſi voluiſſet, facile fugere potuiſſe. Verum noluit: ſed pugnavit ut *bonus paſtor, qui ponit animam ſuam pro ovibus ſuis*, ut etiam poſuit. Et quis alius talia, & cætera facta prætet Joannem Cantacuzenum, & me noverat? quando ſcilicet Jancus ex Hungaria Selybriam, aut Meſembriam ab eo petivit, & fore ſe in poteſtate illius, magnumque illic præſidium habiturum, & tempore belli cum Turcis, eorum hoſtem, & civitati auxilio futurum ſpopondit. Bello conflato Meſembria, ut petiverat, cum bulla aurea per me conſcripta illi data eſt, quam gener Theodoſii Cyprii, Michaelis filius ad ipſum deportavit. Cui nota regis Catelanorum petitio, qui ſibi Lemnum donari rogabat, & Turcas mari ſemper oppugnaturum, neceſſariiſque temporibus urbi ſuccurſurum recipiebat? Quis norat, quam grandem pecuniam, & quæ promiſſa dederit Imp. miſeritque in Chium per Galatam, ut mitterent militem, nec miſerunt? Jejunavit per ſe, & ſacerdotes, diſtributa in eos pecunia: immo pauperibus ſervivit; Deo plurima vovit, ut Chriſtianos a ſervitute impiorum liberaret. Veruntamen hæc omnia partim ſprevit Deus, neſcio ob quæ peccata: partim ignorarunt homines, & quiſque pro libidine ſua loquebatur. Ego autem exiſtimo hæc fuiſſe revera judicia Dei jam pridem juſtificata & rata, ut reſpub. Romanorum ad extremas miſerias devolveretur. Ideo arcanas providentiæ rationes boni conſulere conducit. Æſtate anni 6962. Chriſti 1450. cometes ſupra horizontem quotquot veſperis, ſtatim poſt occaſum ſolis, in rhomphææ ſimilitudinem apparere cœpit. Qui plenum lunæ orbem ſubiens, eclipſin efficiebat, juxta ordinem, & motum ſolitum in orbem luminum cœleſtium. Quidam cometam hunc gladii ſpeciem exprimere, & ab occidente in orientem moveri, ac lunæ appropinquare, defectioniſque illius tenebras videntes, ita rem interpretati ſunt, conſpiratione facta, Principes Chriſtianos ab occidente adverſum Turcas venturos, eoſque debellaturos. Turcæ quoque eo portento in timorem non levem inciderunt. Quin etiam noctibus illis luna illuſtribus, uſque ad ſecundam vigiliam quotidie exiſtabant fulgura, & tonitrua. Mane autem terra tremebat mediocriter, idque diebus decem & octo, quibus cœlum fervebat immodice.

CAPUT XXI.

Motus Albanitarum in dominos, quibus Turachanis filius ſuppetias venit, fratreque captivo in manus accepto abit. Filium Protoveſtiarii muliebria perpeti nolentem Ameras interficit. Protoveſtiarius fit domeſticus Thomæ Deſpotæ. Iter ejus in Serviam impeditur. Alia itinera. Uxorem pecunia redimit. Turachanes Albanitas Principibus legitimis ſubjicit. Filius Thomæ naſcitur. Protoveſtiarii filia captiva perit. Proſpera ejus ad Venetos Legatio. Ameras a Janco & aliis pellitur.

Eodem autumno, anni 6962. Chriſti 1454. Peloponneſii Albanitæ adverſus Deſpotas & dominos ſuos penitus inſurrexerant, & Manuelem Cantacuzenum Deſpotam creaverunt. Qua de re, unde & cur cœpta ſit, non habeo dicere. Menſe Decembri, cum rurſus Ameræ Turachanis filius cum copiis ad Deſpotas adjuvandos, quod rogaverant, advaniſſet, paulum afflictis Albanitis, & fratre ſuo captivo in præmium adepto, reverſus eſt. Quo menſe ſceleſtiſſimus, & immaniſſimus Ameras chariſſimum mihi filium Joannem ſua manu jugulavit. Volebat enim eo jam tum annum agente decimum quartum, & menſem octavum (ſed qui prudentia annos præveniret) nefarie ac turpiter abuti. Me miſerum, & infœlicem patrem. Eodem menſe ego quoque Leontarim diſceſſi, & Deſpotam Thomam Porphyrogenitum venerabundus ſalutavi: qui me in domeſticos cooptavit, & Certezam oppidulum diplomate cum bulla aurea

mihi donavit, atque ad Deſpotas Serviæ, conſocerum, & generum multis, neceſſariis, & utilibus de cauſſis, vere ejuſdem anni me deſtinavit. Comparatus ad iter veni Methonem, at navi inde Epidaurum in Illyriam, & inde in Serviam deveherer: ſed iter meam concitatus in Peloponneſo tumultus impedivit. Nam e cuſtodia Chlomutzæ frater uxoris Thomæ, Centurionis Principis filius effugerat. Hoc tempore per Dalmatiam Ameras in Serviam venit, & Homobrydon recepit: & ego per mare Patras contendi, indeque per Boſtitzam in Ætoliam tranſivi. Ac 1. Septembris anni 6963. Chriſti 1455. Ænum perveni, at ad tempus illic laterem, donec Ameras per Sophiæ regiunculam Adrianopolim repeteret, quo & ego veniens, domeſticos meos captivos pecunia redimerem. Adrianopolim ut venit, affui & ego, & a primario Hippocomo Ameræ, cui vocabulum Prætzeles, conjugem meam, & cum illa Chryſoberginam nutricem ejus emi, & Februario menſe Patras cum iiſdem reverti, multa eo itinere paſſus incommoda, magnoque ſumptu tolerato. Quo tempore autem Adrianopoli verſabar, menſe Octobri, Turachanes cum filiis & frequenti exercitu Deſpotis auxilium apportavit, & rebelles aliquando Albanitas, penitus illis ſubjugavit, ac Pſeudodeſpotam Manuelem poteſtate expulit. Eodem anno, & die ſecundo Januarii, natus eſt Thomæ Deſpotæ filius Manuel Palæologus. Menſe Septembri anni 6964. Chriſti 1456. mortua eſt ex peſtilentiæ morbo Thamar bona filia mea, captiva in Sarajo ſive palatio Ameræ, annos nata quatuordecim, & menſes quinque: quam aliquando juſſa venerandi Imperatoris domini mei Conſtantini, hæredi ac Toparchæ Æni, Ithomes, locorumque adjacentium deſponderam, ſicuti libro præcedente a me explicatum eſt. Et ego infœlix ejus mortem diu ignoravi. Heu heu me parentem calamitoſum. Die 15. Octobris ad Venetorum magiſtratus legationem occœpi, Duce adhuc eodem Franciſco Fuſcaro: qui pecuniis, honore & literis cumulatum me dimiſerant. Sexto Aprilis Patras reveni, ac ſolius Dei ope maris periculum in quod hoc itinere incurrebamus, evaſimus. Junio menſe Ameras urbem Athenas ſuam fecit. Julio in Albaniam movit, majoremque illius partem ſub ditionem compulit. Sed poſtea a Janco, & Capiſtrano, aliiſque viris præcellentiſſimis, qui ſubſidio venerant, victus receſſit, & bonus ille Beglerbegus (Turachanes) in vivis numerari deſiit.

CAPUT XXII.

Mortes Principum. Ameriſſa quare ad Ameram confugerit, qui ſubdere ſibi Serviam conatur. Loca ab eo vaſtata & occupata. Corinthus ei traditur. Plura oppida a Thoma Ameræ deduntur. Demetrii filiam uxorem petit. Thomas ad bellum Demetrio faciendum ſollicitatur. Quæ oppida illius invaſerit. Diſcordiæ fraternæ molitorum reprehenſio.

ANno 6965. Chriſti 1457. exercitus Hungarici dux & moderator Jancus vita exceſſit, Capiſtranus quoque, præterea Serviæ princeps Georgius Bulcus. Secundo Maii regina uxor ejus naturæ debitum perſolvit: quo ferme die & hora ſe ad Ameram contulit filia ipſius Ameriſſa, cum primo fratre ſuo cæco, & avunculo Thoma Cantacuzeno ſublatis ſecum omnibus facultatibus, ſive rebus mobilibus: ſiquidem vitæ ſuæ propter avunculum, & uxorem ejus metuebant. Anno 6968. Chriſti 1458. menſe Novembri diem ſupremum vidit ipſe quoque Lazarus, & Ameras Mahometem Beglerbegum ſuum miſit, ut ſi fieri poſſet, Torobum, totamque Serviam occuparet, aliumque pro ipſis uxori & liberis ejus, Lazari, inquam, locum daret: quod non proceſſit, ſed tantummodo Peritlerin proditione obtinuit. Quodam tempore autem & Toſmoutorobum, & locum alium, reginæque caſtra quædam dedit, quæ Ameras in Boſna poſſidebat. Eodem anno 5. Maii Ameras in Peloponneſum veniens, Corinthum exercitu circumdedit atque obſedit: loca vicina partim cepit, partim vaſtavit & incendit omnino, præſertim Acobam, Aetum, & Pentachirla, indeque recedens, Mochlium incurſavit, quod illi tunc Præfectus ejus, bonus ſcilicet Demetrius Aſanes, pacifice dedit. Julio menſe inde reverſus Ameras, Corinthum eſt aggreſſus, & a ducibus citra recuſationem accepit, Matthæo Aſane, inquam, fratre uxoris Demetrii Deſpotæ & filio Pauli Aſanis, qui fuit vetus & novum malum, & Nicephoro Lucane, ſexto die Auguſti, quorum unus Præfectum ejus agebat, quem utinam ne egiſſet. Aſanes vero dedita opera, & feſtinato ad eam diligentius tuendam miſſus fuerat, qui tamen ſine mora eam tradidit. Neſciebant porro ſe Corinthum tradere. Nam ſi rem æſtimes, quod caput in corpore, hoc erat in Peloponneſo Corinthus. Deinde & pacis conditiones dicto ſacramento fecerunt, ut Thomas Deſpota Patra, & finitimis cederet: præterea Calabryta, & omnino his, quæ beatæ memoriæ Imperat. Conſtantinus in Peloponneſo habebat. Quæ ut audivit Thomas, Mantineæ vivens, cum tota domo locum juxta Tripisbuna petivit, ubi & frater ejus erat, & nominati a me illi Præfecti, qui res tam laudabiles, ſi diis placet, geſſerant. Ac ſine deliberatione, aut contradictione, ſine dilatione ulla miſit Thomas magnum ſuum Primicerium Chazarum, omniaque dicta oppida Ameræ, ut olera horti donavit. Eodem propemodum die poſtquam Ameras Peloponneſo excedere certa de cauſſa compulſus fuit, filium Turachanis Anaren, ad ea pro ſe occupanda reliquit, ipſe inde abiit. Menſe Octobri 6997. Chriſti 1459. Ameras Demetrii Deſpotæ filiam pro uxore per Legatum popoſcit: quam ille ex Pauli Aſanis, patris Matthæi filia, legitima conjuge ſuſceperat. Si negaret, bellum inter eos fore. De hoc conjugio Legatus etiam ad Thomam, qui in Pontico erat, ſacramentum amicitiæ detulit. Et de nominatis quidem oppidis dandis pactum, de quo diximus, ſecum auferens diſceſſit. Januario autem menſe etiam vir optimus Nicephorus Lucanes, vel potius Peloponneſi perniciès, cum de primis, & fidelibus Deſpotæ Demetrii proceribus haberetur, & alii quidam cum ipſo Albanitarum, & Peloponneſiotarum, ignorantes, quæ molirentur ſibi detrimento fore, Thomæ perſuaſerunt, ut bellum fratri indiceret, & adverſus Ameram rebellaret, juramentaque paulo ante cum ipſis ſuſcepta, ut olera comederet. Hoc quidam vir egregius, ſcilicet, Matthæus Aſanes, ad Ameram ſuper conſobrinæ Ameræque conjugio miſſus, neſciebat. Egreſſi igitur principio menſis Februarii ejuſdem anni ex Arcadia Thomas, & qui pro ipſo, imo contra ipſum faciebant, ut progrediens oratio docebit, receperunt a Turcis Calabrytam, ſolam ex urbibus, quas ſe ſperabant recepturos, quæque a Turcis tenebantur. A Demetrio autem quibus ipſi operarii malorum præerant, Charitenam, S. Georgium, Bordoniam, Caſtritzam, & alia nonnulla oppida, ut rurſum ea, non tanquam gubernatores, ſicuti prius, ſed ut domini retinerent. Nihil igitur aliud prudentes iſti, & rebus gerendis idonei, ac generoſi primores egerunt, quam quod omnium conditorem, & dominis terreſtribus potentiorem contra ſe irritarunt. Ita inter fratres inimicitias ſeverunt: non cogitantes miſeri illud oraculi, *omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur*: nec illud proverbii, ne Hercules quidem contra duos. Quin etiam contra

Google

tres inſurrexerunt. Et his ita procedentibus, primum quidem Deus neglexit eos, & quid facerent, neſciebant: ſed erant velut piſces in ſagena, ſeque omnes in terram tractum iri, non videbant. Interim appetuntur, conſumuntur, perduntur minores a majoribus, & hi quoque ſimiliter.

CAPUT XXIII.

Quæ oppida fratrum alter alterius obſederit, quoſque conſiliorum ſocios habuerit. Albanitarum improbitas, & infidelitas. Inter eos, & Romanos prædationes mutuæ. Turcarum inſolentia. Nicolai Meliſſeni junioris deploranda conditio. Georgius Raulus vir illuſtris Demetrio ſe adjungit. Vota pro pace, & concordia fratrum. Ameras Dei carnifex. Irruptio Turcarum, a quibus Thomas obſidetur. Ad Demetrium amicum Spartam abeunt. Fratres Deſpotæ pacem ſacrificio durante ſanciunt, quam Demetrius frangit. Mutua rurſum bella.

DEſpota quippe Thomas germani fratris ſui urbes & loca obſidere inſtituit, Zarnadam, puta, & alia provinciæ Meliſſeni, Calamatam, & cætera ditionis Demetrii in ſinu Meſſeniaco, habebatque adjutores Protoſtratorem, ſtrenuiſſimum Francopulum Nicolaum, Joannem Leonem Eudæmonem, vicarium, & congenerum fratris ſui, & chariſſimum uxoris patruum, Cydoniden potius quam Tzamplaconem appellatum. Deſpota autem Demetrius contra Leontarin, & vicina ejus, & Acobam obſidebat: qui & ipſa administros invenit, Georgium Palæologum, & quendam hujus patruelem, & generum ejus Manuelem Buchalen, qui contra Thomam ipſum negotium & bellum curabant. Et hic quidem, Thomas, inquam, Zarnatam, & Leuctrum, & magnam partem regionis Manes, Calamatam inſuper occupavit. Demetrio autem ad Leontarin invadendam accedente, reſciſcens frater, properavit, & præoccupata urbe intravit. Ita Demetrii conſilium effectu fruſtratum eſt, Georgio Paleologo, & Buchale ſolis fugientibus, & cum ipſo Spartam revertente abeuntibus. Albanitæ item, genus hominum nequiſſimum perditiſſimumque inventa occaſione cogitationi ſuæ, & rapaci atque injuſtæ naturæ accommodata, quid non fecerunt? aut quid non deſignarunt mali? Infidi enim, ter in ſabbato (*in hebdomade*) ab uno domino ad alium tranſibant: & pro eo ut vicos, aut oppida nominarent, caſtras ſecundum linguam ſuam barbarie mixtam nominabant, & ad capitaneatum ſeu ditionem illa petebant. Atque ita aliquando ad alterum Deſpotatum ſe adjungebant: aliquando alii eorum ad alium. Inter hos igitur omne genus miſeriarum reperiebatur, inter Romanos, inquam, inter Albanitas, cognatoſque & domeſticos ipſorum, quorum bona omnia ſæpenumero diripiebantur auferebanturque penitus. Denique talia ac tanta committebantur, ut ea pro dignitate deplorare nemo ſatis queat. Quin etiam Turcæ ipſi, qui Corinthi, Amyclis, & Patris degebant, arrepta opportunitate, alios in ſervitutem abſtrahebant, alios occidebant, dominos ipſos & nobiles irridebant, quibus ſtrictos enſes intentabant. Hæc factitari nos in Arcadia intelligebamus, ubi iſta conſulta fecerant: & nobiſcum bonæ radicis fructus Nicolaus Meliſſenus junior, idemque orphanus manebat; quem ego infœlix generum tempore procedente habiturus eram, qui a Deſpotis duobus viciſſim ipſe quoque male acerbeque tractabatur. Demetrius quippe ad Thomam illum mittebat, Thomas ad Demetrium remittebat: nec deſinebant enim invicem miſſitare, cum interea nec unde viveret ei relinquerent: ſed ipſi ſibi omnia, quæcunque in Peloponneſo poſſidebat (quorum hiſtoria ſupra meminit) vendicarent. Et in tantis offenſionibus non mediocre in diſcrimen vita ejus veniebat. Nos tumultus adeo magnos cernentes, eorumque eventa ponderantes, priuſquam Thomas ex Arcadia egrederetur, cauſis prætextis egreſſi ſumus etiam Pidaſam, quæ hodie Methone nuncupatur. Immo etiam prudentia, rebus gerendis, & nobilitate generis eximius, Georgius Raulus, avunculus Nicolai Meliſſeni, de quo diximus, quique gener meus futurus erat, relicta ſatrapia, & omni ditione ac facultatibus ſuis, extremo Decembri ejuſdem anni nobiſcum Methonem venit: ſedenteſque utrique in portu, fluctuum tantorum finem exſpectabamus, ſi forte Deus patientiam haberet, dum ſtulti aliquando ſaperent, & inſipientes intelligerent, & ad concordiam pacemque redirent, ac Deum precarentur, ut ipſis miſericordiam, ut miſericors Deus, tribueret, mandaretque carnifici ſuo Ameræ, uti eos diutius ſpiritum ducere pateretur. Habet enim ipſe quoque locum & ordinem ſuum apud Deum, veluti cæteri ejus carnifices, cujus mandata & juſſa faceſſunt, tametſi cæci ſunt, & abominandi. Hiſce malis tota Peloponneſo miſera deformata, manus externa Turcarum, omnia incurſavit: ut quas clades incolæ, domini, & nobiles non voluntate, ſed reſiſtentium virtute omiſerant, ipſi darent. Et unius quidem Deſpotæ hoſtes, alterius amici erant. Cujus hoſtes erant (Thomæ ſcilicet) eum prope Leontarin inventum, ut hoſtem perſequentes obſidione clauſerunt, multoſque de ejus militibus partim ceperunt, partim interfecerunt. Deinde prope Leontarium caſtra communiverunt, & paulo poſt Spartam ad amicum ipſorum Demetrium cum victoria, & captivorum pecoriſque magno numero profecti ſunt. Tandem aliquando fratres mala ex iſtoc bello promanantia cum amicis reputantes & dolentes, apud Caritzam dictis ſacramentis pacem inſtituerunt, Lacedæmonis, ſive Spartæ Metropolita cum ſacco (genus ſacræ veſtis eſt) ſacris operante. Cumque in divino ſacrificio populo ſancta oſtenduntur, cum his verbis, *cum timore ac fide accedite*, eo tempore ipſi acceſſerunt, & ſe ſe pacem ſervaturos juraverunt. Ac Demetrius quidem aliquandiu pactis conventis ſtetit, ut accepimus: rurſus tamen contempto jurejurando, bella & ſcandala nova molitus eſt. O patientiam & lenitatem tuam Chriſte rex & in ipſum, & in eos, quorum conſiliis hoc auſus eſt! Sacramentis tremendis ac recentibus contemptis, priſtinæ calamitates redierunt, & uterque alteri damnum dabat quantum poterat, ſpemque ponebant, hic quidem (Demetrius) in amicitia & auxilio Ameræ, volutans animo injurias, quas a ſubditis ſuis fuiſſet paſſus: ille in perjurio alterius, & quod ſibi contra impios (Turcas) decertandum videret.

CAPUT XXIV.

Ameras utrumque Deſpotam oppugnatum venit. Demetrius cum Sparta capitur. Dicterium Ameræ in captum. Ejus filiam ducit: omnia ſuo arbitratu adminiſtrat. Monembaſiotæ deditionem detrectant. Eorum virile ac pium reſponſum, cum laude urbis uberiore, a natura, a civium & magiſtratuum præſtantia, ab honoribus quos ei Imperatores impertiverint. Privilegium ab Andronico juniore.

CUm hæc ita calamitoſa gererentur, hyems anni 6968. Chriſti 1460. exivit. Et ecce eodem anno, menſe Majo Ameras contra ambos expeditionem ſuſcipit, rectaque Spartam progreditur; quoniam illic Demetrius Deſpota commorabatur propter Thomam fratrem & hoſtem ſuum, qui erat Calamæ, & Mantineam, reliquaque in circuitu ſinu Meſſeniaci, Nicolai Meliſſeni obſidebat, quæ a Demetrio tenebantur. Ameræ Spartam venienti, Demetrius ſponte ſua

Georg. Phranz.

Digitized by Google

obviam procedens, ſe capiendum permiſit. Hoc modo Ameras ipſum & Spartam cepit, & cuſtodia illi appoſita, his verbis eum compellavit. Hem Deſpota, quoniam res tuæ huc redactæ ſunt, locum hunc cum imperio retinere non poteris. Et quoniam filiam tuam ducere, teque patrem habere conſtituimus, hunc locum nobis cede: tu autem & filia tua nobiſcum venitote: alium quippe locum, unde vectigal & vitæ neceſſaria ſuppeditent, vobis donabimus. Demetrius quanquam invitus, conditionem accepit. Confectis igitur ſponſalibus, & rebus cæteris, retentoque apud ſe Demetrio, omnia pro voluntate adminiſtrabat. Miſit item nobiles Turcas & Chriſtianos Monembaſiam, ſimul uti conjugem, & reginam Ameriſſamque adducerent (illic etenim, quod urbs munita, & difficilis expugnatu eſſet, cum gyneceo morabatur) ſimul ut ipſum oppidum deditione acciperent. Quorum illud de fœminis factum eſt. Egreſſæ ſunt enim, volenteſque ubi Ameras & Deſpota erant, venerunt: occupari autem urbem Monembaſiotæ (quorum ut jam pridem facinora erant, commemoratione digna, ſic tum quoque virtus ſe oſtendit) non ſiverunt. Periode & Manuel Palæologus, qui Præfecti ibidem munere fungebatur, civium collaudata voluntate, de urbe tradenda mentionem nullam ferebat. Miſſos autem cum a Deſpota, tum ab Amera viros nobiles, & quos ſecum ad occupandam urbem ducebant milites, malis verbis, cum hoc reſponſo repulerunt. Urbem quamvis, caſtellumque opera & arte humana exædificatum & communitum eſſe, habereque incolas poteſtatem ipſius: patriæ ipſorum ſedis aliam eſſe rationem, quæ naturæ donum ſit, & a Deo, locique natura munitionem, & ſecuritatem ſuam acquiſierit. Si nutus & voluntas Dei in cœlo fuerit, fiat: non ſe poſſe contradicere: cui placuerit, eam donet. Quæ Deus condiderit, de iis decernendi, eaque largiendi aliis, nullam ſe auctoritatem habere. Hoc reſponſum Ameras admiratus, Monembaſiotas de prudentia ampliſſime laudavit. Retinentes igitur oppidum, ipſum Thomæ Deſpotæ tradiderunt, & ille poſtmodum Papæ. Quare pergemus dicere, & narrando exponere, quæ ad honorem & prærogativas magnas, & quæ dona maxima propter urbis clariſſimæ elegantiam, & civium virtutes, Imperatores ordine ſanctæ ipſorum Eccleſiæ, ipſiſque adeo civibus impertiverint. Et ſane urbs hæc nomen ſuum (*μονεμβασία*) proprie, & vere gerit. Nam ingredi volentibus, unum præbet introitum tantum: nec eum machina, aut ſollertia humana comparatum, ut diximus: ſed ipſa eam natura munivit. nec alia ſub ſole tam inconcuſſa, inexpugnabilis, & imperturbabilis quavis machina bellica inveniri potuit. Et ad oppidum quidem quod attinet, ſtrictim iſtæc dicta ſunto. Magiſtratuum autem, civium, & populi virtutes, ac ſtrenuitatem age memoremus. Terra marique ad omnia fortes, & idonei ſunt. Ac mare quidem ſcienter navigant. Naves inſtitorias habent magno numero, ſuntque gubernatores & naucleri optimi, non modo ſuarum navium: ſed inſuper non pauci eorum claſſem regiam gubernant. Similiter in terra qua equitando, qua jaculando milites lectiſſimi, & pedites ad dimicandum paratiſſimi, probatiſſimique. Magiſtratus porro intelligentes ac ſapientes, & ſpectati, quoſvis peregrinos hoſpitio excipientes, foventeſque. Ante omnia fidem & benevolentiam erga Deum, & imperium Romanum jam inde a majoribus hucuſque integram, inviolatamque conſervant. Ob hæc & ſimilia ornamenta virtuteſque, & in Imperatores ſtudium atque fidem, domini nostri Imperatores diverſis temporibus varie Monembaſiam honorarunt, & magnis prærogativis ſanctam illam Eccleſiam extulerunt. Ac primum quidem cum oppidum hoc nobile, & in arduo ſitum, epiſcopatum haberet ſubjectum metropoli Corinthi, ob civium virtutes, de quibus explicavimus, urbiſque amabilitatem, æternæ memoriæ Imperator Mauricius, cognomento Tiberius, Metropolis eam dignitate illuſtravit, & triceſimum quartum ei thronum conſtituit, anno * indictione * aliaſque libertatis, & immunitatis prærogativas eidem donavit. Temporibus inſequentibus Imperator Alexius Comnenus, cæterique donationes illas approbarunt & confirmarunt. Poſtmodum immortali dignus memoria ſenior Andronicus Palæologus, anno 6900. Chriſti 1292. indictione * virtute & ſapientia ejuſdem Eccleſiæ (cui tum Dominus Nicolaus præſidebat) commotus, zeloque divino incitatus, propter ipſum Epiſcopum, & prompta ac parata erga ſe civium ſtudia fidemque, a throno quarto & triceſimo, propria & imperatoria auctoritate, ſuffragante Synodo ad decimum uſque enmevexit, & alia plura privilegia eidem ſanctæ Eccleſiæ largitus eſt. Hæc omnia veſtigia avi ſecutus Imperator Auguſtus junior Andronicus rata habuit, & Reipublicæ illi bullam auream dedit, in qua vetera beneficia renovat & approbat, & denuo ipſe quoque civibus, & ſanctæ eorum Eccleſiæ nova confert. Hæc omnia mihi ex ſecretario imperatorio nota ſunt, frequenterque legi. Ipſam vero bullam, poſtquam captivus ſum factus, acquiſivi.

CAPUT XXV.

Ameras Demetrii filiam ſibi deſponſam mittit Conſtantinopolim. Bordonienſium primorum timiditas. Caſtritzenſium deditio, & Ameræ perfidia. Leontarim a civibus deſertam occupat, quos Gordicæ recepta, quo confugerant, omnes cum uxoribus & liberis interficit. Buchaleorum in Beglerbegum animus ingratiſſimus. Georgii Palæologi fortuna adverſa. Crocontelus Toparcha ſe cum duobus filiis dedit. Thomas Deſpota, & ejus uxor & liberi, quo loco. Cujuſdam Palæologi miſera mors. Ameras urbes occupat: Peloponneſo excedit. Iter Protoveſtiarii in monaſterium, quo Deſpota cum aliis conceſſerat. Ameræ in Præfectum Calabrytæ, & urbanos cives crudelitas. Alia loca ab eodem ſubacta.

IGitur cum Demetrius Deſpota Monembaſiam a Monembaſiotis ſibi traditam adhuc teneret, Ameras reginam & filiam ipſius ſibi deſponſam, cum quibuſdam de ſuis, & ipſius ſponſæ comitibus Conſtantinopolim mittit, Deſpotam apud ſe retinet. At poſtquam Ameras Bordoniam venit, generoſi (ſi credere dignum eſt) optimates illic timore perculſi eam deſerunt. Caſtritzenſes ubi aliquandiu reſtiterunt, pugnaruntque, tandem poſitis conditionibus ei ſe venerabunde dediderunt: nimirum, ut ipſorum conſuetudines & legitima ne convelleret: qui & hoc illis dedit, & alia beneficia plurima promiſit. Cumque egrederentur uti pro more, ob virtutem ſcilicet, præmia acciperent, quibuſdam eorum capita præſecuit; quoſdam palo per corpus adacto ſuffixit; Prænococam excoriavit. Ita dignum beneficio & factis ſuis præmium invenerunt. Ameras Leontarim accedens, ubi a civibus fugitivis deſertam animadvertit, occupavit. Gordicam autem oppidum munitius ſecuritatis cauſa ſe ſe contulerant. Quod ſimiliter Ameras aliquandiu obſeſſum, tandem ſubegit, ex pacto, & jurejurando, neminem ſe turbaturum, aut occiſurum, aut captivum abducturum pollicitus. Cæterum ſpreto ſacramento, & ultionis cupiditate atque ira hortantibus, in parvo quodam campo coactos & vinctos, cum uxoribus & liberis gladio trucidandos objecit. Inde ſupplicium, & Præſides eorum Buchalei pertuliſſent, niſi Mahometes Beglerbegus vitam ipſis impetraſſet, quod uxor Manuelis Buchalei ejus ſoror patrue-

lis eſſet. Qui male gratias retulerunt. Nam cum illis cuſtodiam attribuiſſet, qua quieti, & citra laborem viam in locum alium ducentem ambularent, ubi in Ponticum venientes navigandi copiam repererunt, doloie duces ſuos a Beglerbego ſibi adjunctos interemerunt, conſcenſaque navi, Corcyram, & inda rurſus Neapolim profugerunt. Et ſervituti quidem quomodocunque tandem ſe eripuerunt: ſocer vero Manuelis Buchaiæ Georgius Palæologus ferro vinctus ducebatur. Nam hic Leoutario fugiens, cum genero ſuo Spartam venit, ut in Demetrii obſequio eſſet: in obſidione autem Bordoniæ, & Tripes, accepto vulnere in poteſtatem venit. Hunc vinculis conſtrictum ad dominum quondam ſuum Thomam Deſpotam abducebant. Poſtquam ſanatum eſt vulnus, quanquam cuſtodia ſepiretur, quoquo tandem modo deceptis cuſtodibus Dyrrhachiam eſſugit, iterumque ad Demetrium Deſpotam ſe adjunxit, ac Nauplii diu manſit, quod ibidem (in ditione ſcilicet Venetorum) uxor cum liberis viveret. Crocontelus, ſive (ut aptius dicam) Crocodilus, Ameram Leontarim, & vicina loca, inſuper S. Georgium ſubjugaſſe cernens, ipſe quoque ad illum defecit, eique cum caſtro duos filios dedidit: præmium autem retulit *Eloi*, ſive *Eli*, & quæ ſequuntur, hoc eſt, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me*. Dicam porro melius; cur non & ipſum prædictorum malorum primum auctorem reliquiſti? His ibi evenientibus, Thomas relicta Calamata, Coſmenam, & Petalidim trajecit, venitque Abarinum, & inde Marachio, cum jam ante regina Arcadia exceſſiſſet, eoque cum liberis, & Arcadiæ primoribus advenifſet. Ameras his oppidis ſubactis, præterea Cerytena a Sguromalle Palæologo, & fratre uxoris magni Lucanis, qui obiit anima in ſeceſſu emiſſa (quod olim viſceribus ſimul effuſis paſſus eſt Arius) Andruſam, & Ithomen tranſmiſit. Quibus cum finitimis omnibus occupatis, ad Coronen videndam abiit. Inde recedens etiam Methonen laſtravit. Inde Pylum, ſive Abarivum movit, quo die Thomas quoque ante ædificatis navibus Peloponneſo egreſſus, & ad portum longum (ut ab Italis vocatur) appulſus eſt, ut idoneam nactus tempeſtatem, inde Corcyram navigaret, ut navigavit, & eo ſalvus 28. Julii pervenit. Nos quoque opportunitate inventa, 11. Julii conſcendentes, eo tranſmiſimus, quod præter alias miſerias etiam peſtifera lues Methoneo invaſiſſet. Secundo Auguſti Corcyram tenuimus, volentes in Cretam navigare, aut Berrhœam prope Theſſalonicam, quod illic erat monaſterium pulcherrimum in honorem S. Nicolai ab avo meo materno a fundamentis exædificatum. Georgius autem Raulua, ipſiuſque gener, & filia ante eodem profecti, hortabantur, ut in eundem locum ſe conferret, etiam conſobrinum ſuum (qui meus erat futurus gener) Nicolaum Meliſſenum, & ille idem mihi ſuadebat. Jam vero & Deſpota, & aliis ibi verſantibus, & nos, ut ibidem maneremus, abivimus, donec quid tempus ferret, videremus. Poſtquam autem Ameras Arcadiam ſub ditionem ſubjunxit, & inde inferiorem Peloponneſum petivit, omniaque illic occupavit, inſuper & operibus bene firmatam Chlomuttam, & Santamerin, quæ a quibuſdam cognomento Beglerbegis poſſidebantur, ipſi quoque metu perculſi, omnia deſeruerunt, & Corcyram abierunt. Proceſſit autem Patram uſque, ibique manſit, & Calabrytam occupavit, cui oppido Præfectus nec Deſpotis, nec Ameræ fidem ſervabat: ſed neque Deo, ut, opinor. Verum Ameras condigna eum pœna multavit: pellem quippe detrahendam ei curavit, & omnes cives ejus partim capita amiſerunt, partim in ſervitutem abducti ſunt. Oppidum hoc communivit, & undequaque tutam reddidit. A Patra movens Salmenicum, Leſtrenam, Boſtitzam tranſiit, & has quidem duas urbes fecit ſuas: Sal-

A menicum Palæologus quidam, cognomento Græitzas aliquamdiu ſervavit.

CAPUT XXVI.

Ameras cum Thoma Deſpota pacem facere cupit. Nuntius ad Papam. Exſpectatio Deſpotæ. Legati ab Amera vincti, & ſoluti rurſum. Ameras ad ſe mitti vult Deſpotæ filium, cui benefaciat. Thomas Deſpota ad Pontif. Rom. navigat: caput S. Andreæ offert, ab eo monaſterium ad habitandum, & redditus accipit. Deſperato auxilio comites, & apud Corcyram domeſtici ejus flentes diſperguntur. Meliſſenus in Cretam fugiens, uxorem ducit. Thomas Venetiis Romam redit, filia Epidaurum proficiſcitur; uxor Corcyræ diem obit.

B DEſpota autem, ut narravimus, cum tota familia Corcyram profecto, litteræ illi a Procuratore Angelocaſtri allatæ ſunt, quibus hæc continebantur. Ameram cupere aliquem de proceribus a Deſpota ad ſe mitti ad amicitiam, & locum quendam Deſpotæ cum conditione daturum, in quo vitam agitaret. Re cum ſuis deliberata, Deſpota Georgium Raulam ad Ameram, generum autem ejuſdem ad Papam mittendum judicavit, qui & hæc, & Deſpotæ profectionem Corcyram eidem nuntiaret, ut videret, cognoſceretque, quorſum Ameras tenderet. Profecti ſunt igitur, ille nono Auguſti, hic undecimo. Peſte vero etiam Corcyræ graſſante, Deſpota, & nos circumjecta loca peragrabamus, Legatorum re confecta reditum exſpectantes. Joannes itaque Rales Angelocaſtrum tranſiens, A- C meram Berrhœam prævenit, ſtatimque ejus juſſu cum omnibus comitibus in vincula traditus, & compedibus alligatus eſt. Cum ita vincti manſiſſent, poſt dies nonnullos juxta colles Mauri montis exempti ſunt; ajebatque Ameras, exſpectaſſe ſe, ut cum eſſet prope Peloponneſum, aut veniret ipſe Deſpota, aut filium ſuum cum proceribus mitteret, cui benefaceret, quemque ſtabili in ſede locaret, ubi ſecure ævum duceret. Quoniam igitur nihil factum eſt, inquit, rurſum jubemus, fiat, ſi vult, & poſt abitum tuum veniat Deſpota, aut unum filiorum ſuorum mittat, cui benefaciamus. Rale re infecta reverſo, menſe Octobri, anni 6969. Chriſti 1461. decimo ſexto Novembris Corcyreorum navim ingreſſus Thomas, cum pluribus de nobilitate Anconam curſum direxit, ut inde ad Papam, & Ducem Me- D diolanenſium, & alio iret, relictis Corcyræ regina cum liberis, & nonnullis aulicis, famulis autem domeſticiſque ſe proſequentibus. Ut Anconam venit, & inde Romam, nihil aliud effecit, quam quod Papæ Pio II. anno altero Pontificatus ipſius S. Andreæ Apoſtoli (qui primus a Chriſto vocatus eſt) caput dedit. Ipſe contra illi & comitibus monaſterium incolendum attribuit, & quantam ad vitam ſuſtentandam ſufficeret. Ut igitur viderunt viri nobiles eum ſecuti, & qui Corcyræ manebant audierunt, omnem auxilii ſpem funditus periiſſe, alii huc, alii illuc calamitatem ſuam deflentes dilapſi ſunt. Tunc etiam mihi charior filio, & futurus gener meus Nicolaus Meliſſenus, Magni Protoſtratoris filius, navim mercatoriam Cretenſem, Sopholei cujuſdam Venetiis venientem conſcendens, Cydoniam Cretæ urbem delatus eſt, menſis Aprilis undeci- E mo, anni 6970. Chriſti 1462. flentibus & lamentantibus nobis inprimis, quod eo privaremur: mire enim erga me officioſus erat. Thomæ, ubi aliquandiu Romæ vixit, viſum in ditionem Venetorum redire, & inde Anconam rurſum tendere, quo filia ejus, regina Serviæ advenerat. Cumque ad eam videndam aliquot ibi dies hæſiſſet, ipſe Romam rediit; regina Epidaurum in Illyricum diſceſſit. Mater autem ejus, Thomæ conjux, Corcyræ vitam infœlicem exigens,

Deo miſerante eodem anno die Auguſti ſecundo defuncta, & in monaſterio SS Apoſtolorum, Jaſunis, inquam, & Soſipatri ſepulta eſt.

CAPUT XXVII.

Sinopium, Ceraſus item & Trapezus, & Toparchia a Turcis occupantur. Demetrius Adrianopoli vivit, attributis ab Amera locis aliquot pro redditibus. Similiter fit regi Trapezuntis, quem ex cauſſa non vera facultatibus denuo ſpoliat. Leſbum occupat. Turachanis filius Naupactum in circuitu vaſtat. Venetis damnum dat, qui ſe ulciſcuntur. Iſthmum capiunt, & muniunt. Fruſtra Corinthum oppugnant. Monembaſiam ſubjugant. Lemni oppidulum Palæocaſtrum traditur Venetis. Lauredanus Leſbum fruſtra tentatur occupare. Thomas Deſpota liberos ad ſe Romam vocat, ubi, antequam eos videret, de vita exit.

PRinceps autem impiorum (Turcarum) eodem anno Spheutiarem invadens, ſama celebrem illius urbem Sinopium occupavit, quam & ego vidi. Nec urbem hanc ſolum, ſed vicinum quoque locum omnem. Præterea Ceraſuntem, & Trapezuntem manibus Davidis Comneni regis, & circumjectam regionem univerſam eripuit, & omnes propemodum dynaſtas, ac Principes ibi habitantes, miſeros, nihilque proficientes, ſuis toparchiis exuit; quibus diſcedens locum ad habitandum Adrianopoli deſcripſit, ubi etiam Demetrius Deſpota Peloponneſi dominus vivebat, cui de vita ſuſtentanda providit, eique, & quos ſecum habebat magnam Ænum, Lemnum, Imbrum, Samothracen in eam rem addixit. Regi autem Trapezuntis Davidi Comneno oppidis quibuſdam attributis, ad Maurum montem domicilium aſſignavit. Quem poſt modici temporis intervallum, reperta adverſus illum cauſſa non vera facultatibus omnibus ſpoliavit, ac pugno interfecit. Vere ejuſdem anni Ameras in magnam Valachiam ad res ordinandas tranſiit, revertenſque Leſbum claſſem miſit, & inſulam in poteſtatem redegit. Anno 6971. Chriſti 1463. menſe Novembri, filius Ameræ Turachanis incurſione facta, omnia circum Naupactum Ætoliæ (Galatam vocant) vaſtavit, & omnes illic mortales ſervos fecit. Nec Venetos tantum, ſed & tributarios ſuos minoris Valachiæ. Quod ut cognovit Venetarum triremium Præfectus, auxilio accurrens, urbem Ameræ e regione, Boſtitzam nomine, adortus incendit, captivoſque inde Naupactum abductos, cum ſuis illos commutavit. Cæterum bellum in Ameram jam præmeditatum a ſenatu Venetorum, collatum eſt in opus, & initium factum. Venienſque generalis Præfectus claſſis, Aloyſius Lauredanus, multo apparatu & præparatione & copiis, cepit Iſthmum, illumque communivit: ſed male propter celeritatem ac feſtinationem: non enim in feſtinatione ſecuritas, ut eſt in proverbio. Deinde fruſtra Corintho tentata, relicto Iſthmo diſceſſit. Anno 6972. Chriſti 1464. Veneti Monembaſiam ſubegerunt, non tam voluntate & gratia, quam utilitate Præfecti ejus; quomodo ſcilicet inertia, & infortunio Præfecti, Lemni oppidulum, dictum Palæocaſtrum, ſurreptum potius, a peregrinis qui tutus erant, & Venetis traditum eſt: ex quo totam inſulam adepti ſunt. Quin etiam Leſbum idem Lauredanus armis aggreſſus, nullum fecit operæpretium, inaniſque diſceſſit. Vere autem anni 6973. Chriſti 1465. Thomas Deſpota filios, & filiam ad ſe venire juſſit. Qui poſtquam incolumes Anconam pervenerunt, audito tantum de eorum adventu, antequam eos aſpiceret, 12. Maii ad dominum emigravit, anno ætatis quinquageſimoſexto, & paulo amplius. Liberis adhuc Anconæ ſubſiſtentibus, Beſſario Cardinalis ad eorum Pædagogum epiſtolam exaravit, qua ſe excuſat, cur hactenus non reſponderit. Narrat quantum pecuniæ Papa Thomæ & filiis in menſem decreverit; & docet quomodo ea diſtribuenda & collocanda ſit. Quemadmodum cum Romam venerint adoleſcentes, in omni pietate, ac civilitate morum inſtituendi ſint præſcribit. Alia demum ad eos pertinentia prudenter differt.

CAPUT XXVIII.

Filii Thomæ Deſpotæ accita Papæ Romam veniunt, paternis vectigalibus fruuntur. Andreas primogenitus ab eodem honoratur. Mors Dorothei Patris ſpiritualis. Itinera Protoveſtiarii inopia cogente. Romæ ſanctorum ſepulchra viſit, & colit. Vaſtatur Epirus & capitur Scanderbegus. Veneti Imbrum inſulam, & Athenas occupant, Patrenſem agrum populantur, Turcas ſubſidio accurrentes cum ſtrage repellunt. Temeritas Præfecti Veneti in hoſtibus perſequendis. Ejus & collegæ ſupplicium. Metropolita Patrarum ſuſpectus Turcis, palo ſuffigitur. Jacobus Lauredanus fit navarchus.

PApa, ut Principes Anconam delatos audivit, curavit, ut diligentia, ſtudio, & ope reverendiſſimi Cardinalis, & Patriarchæ Conſtantinopolitani Beſſarionis Romam venirent, quæque pater ad vitam ſuſtentandam habebat, iis reliquit, ac primogenitum filium, Andream Palæologum honoribus ornavit. Anno autem 6974. Chriſti 1466. Octob. die 15. etiam ſpiritualis Pater noſter & frater, & amicus optimus Dorotheus, in domino ex hac luce diſceſſit, & nos ex abſentia ſua triſtes reliquit: & ego inopia conflictatus, 18. Aprilis Peloponneſo excedens, Anconam Maii 17. rurſumque Kal. Junii Viterbium deveni: ſiquidem illic in thermis Cardinalem & Patriarcham Beſſarionem eſſe audiebamus. Novem poſt diebus Romam intravimus, & in ædes dominorum noſtrorum, Deſpotarum, inquam, Andreæ, & Manuelis Palæologorum divertimus, manſique Romæ diebus quinquaginta ſex, & ſepulchra ſanctorum Petri & Pauli veneratus ſum, multorumque aliorum ſanctorum illic ſepultorum cineres colui: luſtratiſque locis in urbe illa magna, celebri, & antiqua, 16. Julii egreſſus, recta via Anconam veni, ubi paulum moratus, per mare Venetias contendi, ejuſdemque menſis die 18. eodem perveni. Ibi in monaſterio S. Crucis dies ſex & viginti, uſque ad Auguſti viceſimum ſecundum hæſi: unde ſero, Deo juvante, diſcedentes, ſalvi huc Corcyram venimus, 5. die Septembris, anni 6975. Chriſti 1467. Quo tempore autem nos Romæ morabamur, impiorum Turcarum Princeps Ameras in Albanitiam irrumpens, Scanterinum ipſius dominum aſſiliit, cepit, omnia vaſtavit, & condito oppido prope principem ipſius urbem Croam nominatam, ad eam inde laceſſendam ſcilicet, Conſtantinopolim reverſus eſt. Vere ejuſdem anni Victor Capellius, claſſis Venetæ Præfectus generalis, inſulam Imbrum, rurſumque Athenas navigans, totam urbem reipub. ſubjecit. Deinde menſe Auguſto Patrenſem agrum populationibus miſcuit. Amera ad ferendum auxilium accurrente, Præfectus claſſis Venetæ cum tota claſſe, & Michael Raulus collega cum probatis multiſque militibus, potenter hoſtes in fugam verterunt, & complures eorum occiderunt, diuque perſequentes, fugiendi ſpatium eis non dederunt, ut alioqui periti milites facere adverſariis conſueverunt, nec ipſi ad ſuam claſſem (quod Romani ipſius loci magiſtratus, & totus populus ſuadebat) reverſi ſunt. Præfectus enim ſpreto conſilio, & victoria elatus, potius contra conſulentes verba minacia profundebat, eos ea ignavia, & diffidentia non una hoſtes inſequi dictitans. Ita exercitus volens nolens uſque Sabellium, & ultra, uſque ad ardua Siderocaſtri ho-

ſtes inſecutus eſt. Ameras importunam inſecutionem inanem, & confuſam intuitus, relictis aliquot manipulis in inſidiis locis aliquot, per quæ tranſituri erant, converſus eos in fugam verrit, & perſecutus, & conſecutus, nominatum claſſis Præfectum mulo inſidentem occidit, ut pronus decideret. Alii item perempti, multi capti. Ipſum quoque Michaelem Raulum equo lapſum ceperunt, & palo infixerunt. Tandemque ut victores, ad mare procurrentes, ubi ſtabant triremes; & plures earum in littus ſubductas invenientes, vectores partim jugularunt, partim, & quidem multos, captivos fecerunt: ſuſpectumque habentes ejuſdem veteris Patræ Metropolitam, ut qui in cauſſa eſſet, cur claſſis Venetorum in illos incurriſſet, comprehenſum palo induerunt. Hoc caſu graviſſimo navarchus contriſtatus, & gravi morbo correptus, in Europa cum eſſet, deceſſit: cujus locum ſubiit Jacobus Lauredanus, B Petri illius Lauredani filius, Aloyſii Lauredani, qui eum in hoc munere anteceſſit, patruelis. Et hæc quidem hyeme hujus anni contigerunt. Patræ autem clades ante autumnum, menſe Auguſto contigit.

CAPUT XXIX.

Matthæi Aſanis mors. Deſpota vacationem petit. Ameras parte penſionum, & famulorum ei relicta, reliquos Conſtantinopolim transfert. Suſpicis Ameræ de Deſpota, & pœna inflicta. Obviam ſibi procedentem miſeratur, in equo ſecum Adrianopolim ducit, redditus reſtituit. Peſtilentia ſævit multis locis. Multæ myriades pereunt, in his Ameriſſa Deſpotæ filia. Protoveſtiarius victum annuum quærit. Albanitiæ partem reguli C *mortuo occupant Veneti, partem ex ſorore nepos. Protoveſtiarius fit monachus, appellaturque Gregorius. Similiter uxor jam monacha, dicitur Eupraxia. Fidem orthodoxam pro conſuetudine recepta uterque profitetur. Symbolum Nicænum ad verbum e ſacris literis hauſtum Protoveſtiarius demonſtrat.*

ANni porro ejuſdem, Martii die 28. in quem & noſtram Paſcha incidit, Matthæus Aſanes, omnium Peloponneſi miſeriarum auctor, animam efflavit. Et ecce carmen Davidis impletum eſt, *diſſipentur inimici ejus, & fugiant a facie ejus, qui oderunt eum.* Poſthæc, ut a quibuſdam didicimus, etiam Demetrius remiſit Ameræ redditus, nolens amplius onus in exercitu ſuſtinere. Ajebat enim, ſe ad iſtam muneris functio- D nem propter ſenectutem amplius aptum non eſſe. De cætero multi iſti redditus impenderentur ubi ipſe juſſiſſet: ſibi hic ſedenti cum paucis, tantum daretur, quantum ad vitam tuendam ſufficeret. Reſpondit Ameras, bene habet: ſegreget Deſpota quos vult. Ubi ſegregavit, dedit ei ex vectigalibus frumenti aſprorum quinquaginta millia: plures miniſtrorum ac famulorum ipſius Conſtantinopolim tranſtulit. Alii tamen aliter narrant: nempe malorum omnium architectum Matthæum Aſanem cum quibuſdam ad littus Æni habitantibus quaſdam pecunias furatum, Deſpota ignorante. Quod ubi reſcivit Ameras, eundem Matthæum ſuffigere palo voluit: qui præ timore in loco ubi vivebat expiraverit. Ameram ſuſpicatum, Deſpotam quoque hujus conſilii participem fugam facturum, Didymotichum eum relegaſſe, eique omnes redditus abſtuliſſe, & ita male mul- E taſſe. Die quodam, veniente Amera a venatione, & tranſituro ubi Deſpota erat, pedibus obviam proceſſit, eumque ut generum ſuum adoravit. Videns ambulantem Ameras doluit vehementer, & inſuper ejus ſenectutem miſeratus, de regiis equis unum ei præberi juſſit: quo conſcenſo Adrianopolim cum Amera abiit, ubi in victum aſprorum quinquaginta millia e frumento capiunda ei decrevit. Hoc verius eſt. Verna

A tempeſtate ejuſdem anni tam gravis peſtilentia Conſtantinopolim, Adrianopolim, Calliopolim, finitimaſque in circuitu urbes, vicos, oppida, regiones vexavit, quam longis retro temporibus non extiterat: ut (quemadmodum fama eſt) multæ hominum myriades, nedum chiliades a medio abierint, & in his Ameriſſa Deſpotæ filia. Menſe Januario anni 6976. Chriſti 1468. etiam Albanitiæ domino Scantari natura vivendi finem fecit, cujus loci & dominii partem Venetorum reſpub. partem ſororis ejus filius Turca, qui erat apud Ameram, miſſus ab ipſo occupavit. A medio autem vere ejuſdem anni, & tota æſtate mihi a catarrho morbo meo male fuit. Tandem mundanis veſtibus abjectis, primo die Auguſti ad monachiſmum me contuli, & pro Georgio Gregorius ſum nuncupatus. Ipſa autem Helena conjux mea in ordinem monacharum cooptata, B dicta eſt Eupraxia. Edidimus autem prius fidei noſtræ in Deum confeſſionem, uti mos eſt orthodoxis, monaſticum induentibus habitum, & ita cœpi primum quidem ſanctum ſymbolum exponere, oſtendereque, unde a ſanctis Patribus eſſet compoſitum: & ut cognoſceremus, non eos id a ſe ipſis habuiſſe, ſed ex divinis oraculis tum verba, tum ſententiam mutuatos, id pie conſcripſiſſe. Propemodum igitur divini ſymboli voces ſingulæ e ſacris ſcripturis ſunt depromptæ, ut particulatim docuimus.

CAPUT XXX.

Helena Palæologa Venetis prædatores accuſat. Terræmotus ingentes. Ænum Veneti capiunt, Boſtitzam inſtaurant. Nivium copia in Peloponne- C *ſo. Turcæ Lemnum occupant. Navarchus Venetorum de Euboea deſerta reprehenditur. Inſulam Turcæ armis, vicinas præterea deditione voluntaria accipiunt. Beglerbegs urbes Peloponneſi ſe dedunt. Nicolaus Decanalis cum filio, & ſcriba vinctus mittitur Venetias. Mors Demetrii Deſpotæ & uxoris. Gravis morbus Protoveſtiarii. Beſſario in reditu e Francia moritur, corpus Romæ ſepelitur. Zachaſanes Ameram vincit, & ab eodem vincitur. Helenæ Palæologæ, & Hierothei Patris ſpiritualis obitus. Ameras Caphum ſubjugat, in Valachia non infeliciter gerit. Catarrhus & gravedo Protoveſtiarii: ejus querimonia ſuper miſeriis ſuis, & humilis confeſſio peccatorum, & precatio ad Deum. Ameras contra Naupactum, & S. Mauram nihil proficit. Operis totius concluſio.*

D ATque ita autumno anni 6977. Chriſti 1469. regina, Domina Helena Palæologa, Thomæ Deſpotæ filia, Deſpotæ Serviæ uxor, ad Venetorum rempublicam abit, accuſatum eos, a quibus Corcyræ facultatibus ſuis cauta fuerat. Vere ejuſdem anni terræmotus multi & graves in S. Maura, Cephalenia, & Zacyntho extiterunt, multaque ædificia per urbes, vicos, quin & oppida quædam cum mœnibus corruerunt. Cephaleniæ porro oppidulum quoddam omnino procubuit, nec pauci ruinis eliſi ſunt. Æſtate ejuſdem anni Venetorum navarchus Nicolaus Decanalis cum triremibus Ænum invaſit, ac die ſeptimo cepit. Inde in Peloponneſum navigans, Boſtitzam reparat, æſtate ejuſdem anni videlicet. Hyeme autem anni 6978. Chriſti 1470. Januarii die quinto & viceſimo, tota inſula tam E alta nix cecidit, ut ſimilem Corcyræi non meminiſſent: adeo, ut manibus vulpes, & lepores caperent. Idem verſus Occidentem fiebat, multoque magis verſus Aſiam, ſive Orientem. Ad finem autem veris, exeunte Junio, eodem anno, impiorum Turcarum Princeps contra Eubœam claſſem inſtruit. Quæ antequam exercitus per terram Callipoli veniret, Lemnum occurrit, & Cotzyæum, & omnia loca circumcirca per inſulam ſubegit, excepto Palæocaſtro (ſi-

ve veteri oppido) & Scala, & ita reverſa eſt. Ex Nicomedia autem, & aliunde urbanis copiis ſupervenientibus, una exeuntes, ad Euripum venerunt. Quibus viſis Exarchus, ſive Navarchus Venetorum receſſit. Ac furſitan bene fecit: immo male, quando Eubœam urbem ſive oppidum confirmare ac munire præſidio noluit. Tranſiens autem Ameræ exercitus, Imbrum ex itinere cepit. Inde ad Eubœam appulſus eſt: quo menſe affuit etiam Ameras. Pugnatum eſt vehementer terra marique, & duodecimo Julii oppidulum armis in poteſtatem redactum. Quo facto omnes in circuitu parvæ inſulæ & oppida ultro ſe dediderunt. Ameras aliquandiu ibidem moratus, ineunte Auguſto Conſtantinopolim venit, miſitque Beglerbegum ſuum in Peloponneſum. Qui Bottitzam incolebant, alii metu territi aufugerunt: alii cum ſummiſſe venerantes, urbem tradiderunt. Progredienti idem fecerunt Bumeri, Olænæ, & Chelidonis, & Pontici incolæ. Loca porro omnia maritima uſque ad fundamenta evertit: cætera retinuit. Progreſſus atque ad Principatum, inde reverſus Peloponneſo exivit. Pro Niculao autem Decanale Veneti alium claſſis Præfectum, Nicolaum, familia Mocenicum miſerunt, qui eundem Nicolaum cum filio & Notario comprehendit, & ferreis vinculis oneratos Venetias ad ſenatum miſit. Principio autem autumni anni 6979. Chriſti 1471. Demetrius Adrianopoli obiit monachus, & David appellatus, cum paulo ante filia ejus Ameriſſa a mortalibus demigraſſet. Uxor autem ejus regina non multo poſt maritum deceſſit. Die viceſimo ſexto menſis Julii, anni 6980. Chriſti 1472. in tam gravem morbum, quod non putaram, incidi, ut perfecte monachus μεγάλα σχήματος factus ſim. Circa autumnum vero anni 6981. Chriſti 1473. reverſus eſt ex Francia a rege, & Duce Burgundiæ Beſſario Cardinalis, ad eos pacificandos ab Eccleſia miſſus, & in itinere decimo quinto Novembris vitam reliquit. Corpus ejus Romam honorificentiſſime delatum, & in æde ſanctorum Apoſtolorum, prope quam habitabat, juxta monumentum martyris Eugeniæ ſepulturæ mandatum eſt. Circa ver ejuſdem anni expeditionem molitus eſt Zuchaſanes contra Ameram Mahometem, & aliquot ejus loca in Oriente, ſive in Aſia incurſavit. Contra quem Conſtantinopoli ſummis viribus egreſſus eſt Ameras. Conflictu ſtatim inito, Ameræ exercitus Zuchaſani ſuccubuit. Ibi cæſus eſt Beglerbegus Palæologus, filius quondam Thomæ Palæologi Gidi illius, Beglerbegus occidentis, multique alii Principes ac duces occidentis. Poſtea cum ſuperveniſſet Ameras, victus eſt Zuchaſanes, & ille in urbem ſuam, Ameras Conſtantinopolim rediit. Exeunte Julio ejuſdem anni Veneti caſtrum Strobolen juxta Corcyram occuparunt. Novembris die ſeptimo, anni 6982. Chriſti 1474. mortua eſt apud S. Mauram regina Helena Palæologina, monacha facta, mutatoque nomine dicta Hypomene per magnum habitum, quique nobiſcum erat hieromonachus, & ſpiritualis Pater dominus Hierotheus. Æſtate autem anni 6983. Chriſti 1475. impiorum Princeps ad ſuperiora ponti Euxini claſſem miſit, & Cherroneſi Tauricæ magnam urbem Capham occupavit. Æſtate anni ſequentis Valachiam quantis potuit copiis adortus eſt. Menſe Septembri anni 6985. Chriſti 1477. e Valachia victus magis quam victor rediit. Et Beglerbegum quidem in urbe Sophia reliquit, ipſe Adrianopolim petivit. Ejuſdem anni primo Octobris caput mihi, & genua rheuma invaſit, tantumque pituitæ ex ore, naribus, auribus profluxit, ut ſalus mea in deſperatis poneretur ab omnibus. Ter immaculata myſteria ſumpſi. Atque utinam mors me abſtuliſſet, medicina & requies malorum meorum omnium: ſenectutis, inquam, morborum, & egeſtatis. Nec enim multis bonis tantummodo, quibus frui inde ab ætate florida aſſueveram, privatus eram: ſed etiam quotidianum, & neceſſarium victum non repetebam. Veruntamen patientiam tantorum incommodorum, & gratiarum actionem qua utor erga Deum, ipſo bene propitio veniam multa adverſus ipſum peccatis meis impetratura confido. Nec enim ab aliquo mortalium commiſſum eſt peccatum, nec quidquam alio modo factum ſcelerate, quod ego indignus, & miſer non fecerim, qui cogitatione, verbo, voluntate propoſito, judicio, actione peccavi, quantum nemo unquam alias. Verum enim vero liberatus a morte, ex hujuſcemodi morbo diu manſi ſurdus, ut nec prope mea verba prolata audirem. Atque ut ad ſupremam providentiam revertar, ubi prætetiiſſent relicti mihi dies hujuſmodi vitæ, & adveniſſet mors ac quies virorum, ut divinus Job appellavit, ſic Deum orabam. Si, o Salvator, neceſſe eſt me pati (quis enim novit profunditatem judiciorum tuorum, benignitatis tuæ, mala mea quidem execrantis, juſtitia autem faciente, quod ſuum eſt) ſortem meam in terra excipientem, tempus tamen pœnitentiæ da mihi hic, non in futurum, ubi nullus finis, ubi nulla rerum reparatio. Hic igitur cum purgaveris me, aliis omnibus huc pertinentibus, ſic me hinc transferre dignare, ut non excidam a tuis miſerationibus, in ſecundo, & horribili adventu tuo. Æſtate anni ejuſdem Ameras miſit ingentem exercitum ut Naupactum caperet: deinde S. Mauram invaderet. Verum Deo nos adjuvante, neque Naupactum illo anno ſubegit, nec S. Mauram invaſit: ſed deſiderio ſuo fruſtratus receſſit.

Finis libri præſentis hiſtorici, ſive Chronici, quem ego conſcripſi, nobilibus quibuſdam Corcyræis rogantibus: ne quæ oculis vidiſſem, audiſſem, legiſſem, ſilentio premenda exiſtimarem. Ita manu mea hæc conſcripſi, & in religioſiſſimi ſacerdotis Antonii manus tradidi. Lectores per Deum obſecro, pro me precentur. Si quid deeſt, ſenectus mea, & corporis invaletudo non ſiverunt, ut par erat, emendare. Colophon huic ſcriptioni impoſitus eſt, anno ab orbe condito 6985. Criſti 1477. Martii viceſimo nono, indictione undecima.

F I N I S.

Digitized by Google

IN PROTOVESTIARII CHRONICA NOTÆ.

In prooemium.

COmplures ante nos hiſtorici docuerunt) *In ipſo limine videlicet hiſtoriarum ſuarum. Ut Diodorus Siculus, ut Nicetas, ut Gregoras, ut utroque horum ſæculis aliquot vetuſtior Theophylactus Simocatta, quem nunc fœlicibus, precor, auſpiciis in lucem efferimus. Alii demum, quos tu, credo, meminiſti, & hic recenſere nihil admodum refert. Iſtiuſmodi autem hiſtoriæ commendationes ad parandam lectorum benevolentiam attentionemque pertinent. Etſi hæc hiſtoricus etiam de ſe & propoſito argumento commemorando conſequi poteſt, ut Salluſtius & Livius fecerunt: alios enim taceo.*

Suſcep. vero res novas ac recent. a nemine adhuc) *Iſtuc magis de duobus poſterioribus, quam de libro primo accipiendum. In iis enim multa legas licet, quæ apud alios aut non leges, aut non tam diſpoſite, ac plene leges. Laonicus Protoveſtiario aliquanto poſterior (ſi modo anno Domini 1490. claruit) cum de rebus Turcarum ſcriberet, non potuit non complura attingere. Sane quædam ab eodem etiam uberius declarata non inficiabor. Verum ut ex illo Chronographus noſter creſcere interdum & illuſtrari, ſic ex noſtro ille viciſſim corrigi, atque etiam aliquot locis augeri poteſt.*

Quidam enim inde uſque ab orbe cond.) *Facium hoc Georgius Syncellus, Zonaras, Cedrenus, Glycas, Conſtantinus Manaſſes, Julius Pollux nondum evulgatus, & alii, a me nondum viſi, partim hiſtorici, partim Chronographi. Vere ab ovo ordiuntur, ut eſt proverbium. Latinos idem facientes mitto. Veruntamen utrique reſpondebunt, ſe œcumenicam, ſeu generalem quandam communemque hiſtoriam, ſcribere voluiſſe, quamvis poſtea ad unum imperium magis magis deſcenderint.*

Eorum plerique opinion. diſſenſ.) *Cedrenus præfat. & diſſenſiſſe, & (quod non apud noſtrum ſequitur) alios ad gratiam, alios ad odium & invidiam ſcripſiſſe affirmat. Nam Theodorus, inquit, Daphnopates, Nicetas Paphlago, ac reliqui Byzantini, tum Nicephorus Diaconus Phryx, Leo e Caria, Theodorus Sida oriundus, alterque Theodorus Auguſtanus, Demetrius item Cyzicenus, ac Joannes Monachus (Zonaras, ſic enim ſæpe appellatur) horum quivis peculiari ſibi propoſito argumento (verbi gratia, laudatione alius regis, alius Patriarchæ vituperatione, alius amici prædicatione) procul a nominatorum (ſupra) virorum ſententia aberrarunt, ipſique inter ſe diſſenſerunt. Hæc Cedrenus ad verbum ex prooemio Joannis Curopalatæ tranſcripſit, ut neſcias ex utro Protoveſtiarius ſumpſerit, quod dicit.*

Nec unquam vel ad grat. vel ad invid.) *Bene Salluſtius principio belli Catilinar. Statui res geſtas populi R. ſtrictim, ut quæque memoria digna videbuntur, preſcribere: eo magis, quod mihi a ſpe, metu, partibus reipub. animus liber erat. Anna Cæſariſſa Alexii Comneni filia, prooemio Alexiados, quam de rebus a patre ſuo geſtis 20. libris compoſuit, ſic ait:* Nam qui hiſtoriam, ut debet, ſcribendam ſuſcipit, is gratia & odio vacet oportet: frequenterque inimicos, cum id actiones ipſæ poſtulaverint, ſummis præconiis cohoneſtet: contra, neceſſitudine conjunctiſſimos, ipſorum erratis admonentibus, ſæpe redarguat. Quocirca citra dubitationem & amici vituperandi, & hoſtes commendandi ſunt. *Subit memoriam Georg. Phranz.*

Sannazarii epigramma lepidum in Pogium Florentinum, hiſtoricum.

Dum patriam laudat, temnit dum Pogius hoſtem,
Nec malus eſt civis, nec bonus hiſtoricus.

Oblivione quam longinque temp.) *Adverſum edacitatem temporis, ſeu dentes ævi, (ut nominat Ovidius) quibus omnia conficiuntur conſumunturque, certiſſimum ac validiſſimum remedium eſt hiſtoria. Hoc idem (ut alios teſtes omittam) pulcherrima ſimilitudine eadem, quam paulo ante nominavi Cæſariſſa, mulier omni liberali eruditione politiſſima, & eloquentiſſima his verbis, unde ſcriptionem ſuam inchoavit, teſtatur.* Tempus irrequieto curſu, & perenni motione ſua trahit ſecum, atque ad ortum ciet omnia: & nunc quidem res haud dignas monumentis lapideis, nunc magnas, & ad poſteritatis memoriam egregias e medio auſert, ac velut profundo quodam ſummergit, non apparentia producens, & quæ apparebant abſcondens, ut habet tragœdia. Adverſum cujus continenter fluentis impetum tutamen ac munimen firmiſſimum eſt hiſtoria, violentum ejus curſum cohibens, ac ſiſtens quodammodo, & quæcunque per id tranſacta excepit, colligens, conſtringenſque, nec in barathrum oblivionis defluere permittens.

Et citharam dulci ſtrepito) *Ut concentus fidium aures, ita profecto hiſtoriæ lectio permulcet ac delectat animos. Eadem metaphora Simocatta in dialogo Philoſophiæ & Hiſtoriæ, jucunditatem illius expreſſit. In nulla ſcientia cognitioneque major voluptas reperitur, quam etiam morbos a corporibus depuliſſe legimus. Cic. ad Luceium lib. 5. Nihil eſt enim aptius ad delectationem, quam temporum varietates, fortunæque viciſſitudines, quæ etſi optabiles nobis in experiundo non fuerunt, in legendo tamen erunt jucundæ. Cæteris vero nulla perfunctis propria moleſtia, caſus alienos ſine ullo dolore intuentibus, etiam ipſa miſeria eſt jucunda, & quæ ſequuntur. Homerica fictio de Sirenum cantibus, utilem & ſuavem hominibus hiſtoriam eſſe demonſtrat. Prætervehentes enim non dulcedine vocum, aut novitate cantus, ſed multarum rerum ac narrationum profeſſione, promiſſionsque ad ſe pellexiſſe videntur, ſic, ut capti amore præterita diſcendi, ad ipſarum ſaxa adhæreſcere haud recuſarent. Invitant autem Ulyſſem hiſce verſibus, ut eos Cicero convertit, lib. 5. de finibus.*

O decus Argolicum, quin puppim flectis Ulyſſe,
Auribus ut noſtros poſſis cognoſcere cantus?
Nam nemo hæc unquam eſt tranſvectus cærula curſu,
Quin prius adſtiterit, vocum dulcedine captus:
Poſt variis avido ſatiatus pectore Muſis,
Doctior ad patrias lapſus pervenerit oras.
Nos grave certamen belli, cladem que canemus,
Græcia quam Trojæ divino numine vexit.
Omniaque e latis rerum veſtigia terris.

Innumerab. annorum ſpatia penetrantem) *Hiſtoria ſola per orbem diſſipata, cuſtodem ſui habet æternitatem. Nam cum reliqua omnia vel vi ex-*

tinguantur, vel vetuſtate conſumantur, intereant ſiquidem reſpub. urbes, hiſtoria, niſi genus humanum totum pereat, nunquam interit, ut prudenter quidam vir doctiſſimus ſcriptum reliquit.

Et Greg. cognominatus, ubi me ad monach. aggregavi) *Viris ac mulieribus in monachiſmo profitendo ſollemne fuit mutare nomen, etiam Imperatoribus & Imperatricibus, quorum quamplurimi multi & multæ diu ante obitum, multi ac multæ ſub horam mortis habitum ſanctum in pœnitentiæ ſignum induerunt. Cujus rei apud Protoveſtiarium quoque exempla non deſunt. Morem inde fluxiſſe crediderim, quod ſe tunc quaſi iterum baptizari, & novum hominem induere arbitrarentur: & ita etiam quod ad nomen attineret, nihil ſibi amplius cum veteri homine negotii eſſe demonſtrare vellent.*

IN LIBRUM PRIMUM.

AD CAPUT I.

AB Italis tot tantiſque cladib. affectum) *Nomine Italorum in recentiorum Græcorum hiſtoriis Latinos, & Latinorum nomine occidentales, & Pontificis Romani auctoritati ſubditos, ſive populos ad civile eccleſiaſticumve Romæ veteris imperium pertinentes, intellige, quos ſæpe item communiter Francos nominant: ſuos enim Romanos vocare ſolos gaudent, & in eo ſibi plaudunt. De calamitatibus & cladibus iſtis, vide Nicetam lib. 3. de imperio Alexii Comneni: præterea ejuſdem Alexium Ducam Marzufum, ubi de capta a Gallis, Flandris, Venetis, Conſtantinopoli agitur, & quomodo cædibus, rapinis, incendiis in urbe graſſati ſint, oſtenditur.*

Purpurea induere ſandalia juſſit) *Calcei purpurei ſignum imperii ſunt aut præſentis, aut futuri, ac deſtinati: & illos geſtans, aut imperat, aut imperabit. In hiſtoriis Byzantinis frequens eorum mentio.*

Theod. Laſcar. qui junior. Alexii natam) *Nicetas lib. 3. de Alexio Angelo Comneno de geminis hiſce nuptiis in hunc modum ſcribit. Imperator vero cum filias ſuas ob adoleſcentiam & formam ſecundas nuptias deſiderare videret, delectu ex omnibus gentibus Chriſtianis habito, eos Principes præferebat cæteris, quos metuebat. Tandem eo conſilio omiſſo, Romanis eas deſpondit. Irenem Alexio Palæologo, cum prius formoſam uxorem repudiaſſet, Annam Theodoro Laſcari, adoleſcenti animoſo, & bellicoſiſſimo. Ex quibus verbis pater, utramque amœa in matrimonio fuiſſe.*

Quod nomen cæteri quoque Palæol. deinceps) *Hæc a me interjecta, & parentheſi nota incluſa ſunt, perſpicuitatis gratia, & ad tollendam dubitationem, cum ſe Palæologos etiam Comnenos certnes nominare. Exemplo ſint ſubſcriptiones duæ, altera Michaelis, de quo ſermo eſt, quam alicubi inveni: altera pronepotis ejus Andronici junioris.*

ΜΙΧΑΗΛ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ ΘΕΩ ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ, ΔΟΥΚΑΣ, ΑΓΓΕΛΟΣ ΚΟΜΝΗΝΟΣ, Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

MICHAEL IN CHRISTO DEO FIDELIS IMP. ET ROMANORVM AVGVSTVS, DVCAS, ANGELVS COMNENVS, PALEOLOGVS.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ ΘΕΩ ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ, ΔΟΥΚΑΣ, ΑΓΓΕΛΟΣ ΚΟΜΝΗΝΟΣ, Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

ANDRONICVS IN CHRISTO DEO FIDELIS IMP. ET ROMANORVM AVGVSTVS, DVCAS, ANGELVS COMNENVS, PALEOLOGVS.

Sic ſubſcripſit diplomati, quo Monembaſiotis immunitates & prærogativas complures donavit, cujus mentio eſt lib. 3. cap. 24.

Dupliciter Palæologi) *Etenim Irene Alexii Angeli Comneni Imp. filia nupta cum Alexio Palæologo filiam genuit, quam poſtea Andronico Palæologo conjunxit. Illa ex eodem Andronico Michaelis mater, & reliquorum deinceps Palæologorum avia, proavia, abavia fuit, tum a patre ſimiliter Palæologo eſſet. Verum igitur, ab utroque genere, paterno maternoque fuiſſe Palæologos, & ita dupliciter Palæologos.*

Theodorus Laſcaris junior præſidebat.) *Alexius Angelus Comnenus filiam minorem Theodoro Laſcari in matrimonium cum imperio dedit. Laſcaris virili ſobole carens, Joanni Batatzæ (qui alias Ducas) viro nobiliſſimo Irenem ex ſe natam copulat, & generum Imperatorem renunciat: fuitque is alter Nicænus poſt ſocerum Imp. nam imperii ſedes Latinis Conſtantinopoli dominantibus Nicææ fuit. Joannes Theodorum Ducam genuit, qui hic Laſcaris ab avo materno nuncupatur. Theodorus Joannem Ducam, in quo (inquit Cantacuzenus præfat. hiſtoriæ ſuæ) interciſa propagatione imperatoria, ad Michaelem Palæologum ex aſſe reſpub. demigravit. Quia nimirum tutelam ejus nimis mala fide, & improbiſſime geſſit, & impuberem viſu privavit, imperandi libidine impulſus ſcilicet, quod ex hac etiam hiſtoria, cap. 5. liquebit.*

Ferrum candens manibus prunaſque in ſinum) *Mirabile quiddam in hoc ipſo genere de muliere adultera, ſed pœnitente, & Epiſcopo Didymotichenſi commemorat Cantacuzenus lib. 3. cap. 27. lege ibidem Annotat. doctiſſimam Jacobi Gretſeri, cujus extremum placet adjungere ad verbum, ut qui ſecus ſapiunt, ſe deſipere intelligant.* De purgatione per ferrum candens, dicere ſuperſedeo poſt Delrium, Tom. 2. Mag. Diſquiſit. lib. 4. cap. 4. quæſt. 4. ſect. 3. ne videar ſcribere velle Iliadem poſt Homerum. Satis eſt noſſe, graviter, tanquam ſuperſtitioſam, a ſacris Canonibus damnatam & interdictum eſſe. Vide cap. Conſuluiſti, cap. Mennam 2. q. 5. & cap. Dilecti, ext. de purgatione vulgari. & cap. Sententiam, ext. ne clerici vel monachi ſæcularibus ſe negotiis immiſceant. S. Thomam 2. 2. q. 95. a. 8. ad 3. & Antonium Auguſtinum in Notis ad cap. 1. Pœnitentialis Romani.

Romanis nec in lege, nec in more) *Liberos homines Romanorum moribus in quæſtionem dare, ſeu torquere fas non erat: multo minus nobiles. Servi tantum veri inveniendi cauſſa torquebantur. Immo & liberi, in ſuſpicione conjurationis, & inceſtus. Apud Athenienſes autem, & Rhodios tum ſervi, tam liberi. Teſtimonia quædam quæſtiones eſſe, Ariſtoteles affirmat, quæ idcirco videntur fidem facere, quia neceſſitas quædam eis inſit. Nam quæ ſunt extorta vel minis, vel pollicitationibus, vel cruciamentis, videtur veritas ipſa dicere.*

AD CAPUT II.

Oblata occaſione Michael talis repertus eſt) *Hinc cognovi, qui tam callide tegeret animum* ſub vulpe latentem, *ut Michael tenuit, quamdiu occaſio bona defuit. Ea porro occaſio diſerte infra explicatur. Nec ejus perjuria, & ſcelus vel minuit, vel aliquam partem reticet Protoveſtiarius; tum ut hiſtorici officio fungatur: tum quia quem timeat Palæologorum familia una cum imperio propemodum deleta, habet neminem. A duobus Thomæ filiis Andrea, & Manuele exulibus, & aliena*

Digitized by Google

liberalitate victitantibus, nullum erat ei periculum. A reliquis paucis, & civibus, & in ſervitutem redactis, multo minus.

Ad Sultanum Iconii aufugit) *Regnum Iconienſe quibuſdam Turquia dicitur, Anatolia minor Aſia. Præter Græciæ ſubditos Iconienſi Sultano duplices facit, partim Muſulmanos appellator, partim Turcomanos. Turcomanos ait eſſe gentem, quæ Perſarum (ſic Turcas Iconienſes vocat, velut e Perſide oriundos) extremos fines inſidebat, & implacabili odio Romanos, id eſt, Græcos perſequens, agendis prædis ex horum agris delectabatur. Ita Leunclavius in Pand. ad Annales Sultanorum Turcicorum. Idem. Præter Græciæ meus, eundum editus, qui Conſtantinopolis a Flandris captæ, rurſumque a Michaele Palæologo recuperatæ LX. annorum plus minus hiſtoriam deſcripſit, Sultanos Muſulmanorum Iconienſes, Aladinis poſteros, & Azatinem, &, Zachariaem duos Perſarchas appellat, quod e Perſia profectis in ea minoris Aſiæ lora populis cum imperio præeſſent. Idem ab aliis etiam Græcis hiſtoricis factum obſervare licet.*

AD CAPUT III.

Cum paulo ante mort. monachi habitum induiſſet) *Deus bone, quam ego multos orientis Imperatores nominare poſſem, qui hoc fecerunt? Quantopere autem Andronicus junior hunc divinum angelicumque habitum (θεῖον καὶ ἀγγελικὸν σχῆμα, ut ſæpiſſime ab hiſtoricis Græcorum poſterioribus nominatur) diem ſuum jam obiturus flagitarit, & quibus gaudiis cum conſecutus exultarit, ut vix mente conſtaret, lege, ſi placet, Cantacuzenum noſtrum lib. 2. cap. 14 & 16. Pauca huc adſcribam.* Sive enim vivorum numero exemptus fuero, proderit mihi coram incorrupto judice in terribili illo judicio cum pœnitentium habitu apparere: ſive convaluero, multo melius erit, conceſſum vivendi ſpatium in peccatis meis per pœnitentiam expiandis conſumere. *Hæc ille. Sic ergo eſt habitus angelicus, ut ſit nihilominus pœnitentiæ habitus. Monachorum ſeu Religioſorum vitæ ſtatus, multis de cauſſis beatarum mentium illarum vitæ ſimilis exiſtimatur. Idem tamen propter varias aſperitates, & (ut ipſi loquuntur) mortificationes, etiam non animo ſolo, ſed re item & opere pœnitentiam agentium vitæ ſimilis aſſeritur.*

Navium cum vect. in tot, tantiſque fluctib.) *Rempub. civilem conferri ſolere cum navi, & cives cum vectoribus, turbas, ſeditiones, pericula, tempora denique dubia, ac formidoloſa cum fluctibus, eccleſiaſticam ſimiliter (quæ Petri navis dicitur) annotat. in cap. 1. lib. 1. Simocattæ docuimus, quæ omnia huc transferas licet.*

Eam in nobil. & milit. greges profundeb.) *Imitatur liberalitatem largitio, quemadmodum cætera quædam vitia virtutum quaſi perſonam ſibi apponunt: & ſæpe qui Curios ſimulant, bacchanalia interim vivunt. Verum iſtiuſmodi largitiones aliud nihil, quam corruptelæ ſunt. Nec mirum, inveniri, qui largitoribus, & honorum ſtudiorum corruptoribus hujuſcemodi faveant, quando, ut dicitur, pecuniæ obediunt omnia.* Quiſquis habet nummos, ſecura naviget aura. *Militum autem plerique non facile ferreos, aſt argenteos ictus, ut Danaë in Maſtellaria, facillime patiuntur.*

AD CAPUT IV.

In clypeum ſublat. Imp. declarant) *Mos antiquus creandi, & ſalutandi ab exercitu Imperatoris, de quo nonnulla diſſerui annot. ad cap. 41. lib. 1. hiſtoriæ Cantacuzeni. Ibidem de acclamationibus militaribus in creatione Auguſtorum.*

Cum duobus ejus generis * ac Peloponneſi, &c.) *Ubi aſteriſcum repoſui, ſcriptum eſt in græca, τὸν τῆς ἀπουλίας ῥῆγα μαφρὶ* Siciliæ regem Manfredum. *Sequitur continenter. καὶ τὸν τῆς πελοποννήσου, καὶ ἀχαΐας πρίγκιπα.* Et Peloponneſi atque Achajæ Principem *Manfredus Friderici II. Imper. ex pellice filius, & Siciliæ rex, quomodo potuerit eſſe gener Deſpota Epiri, & a Michaele Palæologo capi, quem Carolus Galliæ rex in prælio interfecit, ut narrat Thomas Fazellus rerum Siculorum Decade II. lib. 8. equidem non video. Omnino fugit ratio Protovestiarium, & alium nominare voluit, aut debuit, ut opinor. Peloponneſum autem Græci hodie Moream, ab arbore mora, tota regione frequentiſſima nominant: ſicut Epirum Arbaniam ſive Albaniam: tametſi apud hunc noſtrum etiam Peloponneſi provincia quædam Albania ſive Albanitia crebro nominatur.*

Monembaſium) *Vocatur item Monobaſia veteribus, & Epidaurus. Sunt autem in Peloponneſo Epidauri duæ, tertia in Dalmatia, quæ nunc Rhaguſia. Nomen obtinuit Monembaſia ab unico tantum ingreſſu quem habet. Urbs ſitu & natura loci munitiſſima, quam prædicabit lib. 3. cap. 24. copioſius. Hodie Malvaſia nomen habet.*

Spartam Laconiæ caput) *Sparta propter leges & inſtituta præclara apud ſummos ſcriptores ſumme laudata cernitur, meritoque non Laconiæ tantum, unius regiunculæ, ſed univerſæ Peloponneſi caput, & μητρόπολις dici potuit. In 1. græcor. epigrammatum ἀοίδιμος πόλις vocatur, hoc eſt, illuſtrium, aut generoſorum virorum patria. Cic. 1. Tuſcul. cum Lacedæmonius quidam (nam & Lacedæmon dicitur) mortem tantopere contempſerit, ut cum ad eam duceretur damnatus ab Ephoris, & eſſet vultu hilari atque læto, dixiſſetque ei quidam inimicus, contemniſne leges Lycurgi? reſponderit, ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna multaverit, quam ſine mutuatione & verſura poſſem diſſolvere. O virum Sparta dignum, &c. Verum Spartam hujus temporis talem haud fuiſſe, nimis certum eſt, quando nec vetus illa talis fuit; fortis, & generoſa ſcilicet, niſi quandiu Lycurgi leges viguerunt, ut eodem in loco teſtatur Cicero. Laconia porro Turcis hodie Tzaconia eſt.*

Quinquaginta ingreſſi vigil. occid.) *Vide occaſionem receptæ urbis apud Gregoram lib. 4. non longe a principio. Occaſionem receptæ Conſtantinopolis Sabellicus rerum Venetar. decad. 2. lib. 10. ſic breviter explanat. His itaque calamitatibus circumventus (Balduinus) quadam fere amentia actus, nullo in urbe relicto præſidio, omne robur copiarum ad maris anguſtias occupandas miſerat. Sed cum externum hoſtem informidaret, in domeſticas incidit inſidias. Quidam Græci (ut levia ſunt gentis ingenia) præſentium rerum tæpeant pœnitere (quanquam ab initio eos Gallici nominis pertæſos crediderim) rati, quod erat, abſentia copiarum urbem hoſti facile tradi poſſe. Itaque cum Palæologo per fidos nuntios agunt, ut certa noctis hora cum quibus ſibi videretur copiis adeſſet, fore, ut in urbem receptus, ſine ulla cæde rerum potiretur. Ille occaſionem minime negligens, ſilentio noctis cum expeditiſſimis copiis ad urbem accedit: quas per averſa ab hoſtibus loca, ne quid illi præſentire poſſent, mœnibus admotas, cæſis portarum vigilibus proditores in urbem ſine alia majore cæde acceperunt. Balduinus & Pantaleo Juſtinianus Antiſtes ad primam captæ urbis tumultum exciti, cum neceſſariis pretioſiſſimiſque rebus, quas nocturna illa trepidatione aſportare potuerunt, ad Euripum ſe trepide receperunt; ubi navem ingreſſi, continua navigatione in Eubœam ſunt delati.*

Tali modo urbs mag. illa, & urb. Imperatrix) *Βασιλὶς τῶν πόλεων ſexcenties a Græcis appellatur, quod vel* regina, *vel*, imperatrix urbium, *vel*, urbs imperans, imperatoria *transferre poſſis. Mirum dictu, quam ab ipſiſmet Græcis tantetur. Nicetas in Alexio Murzuflo, ubi captam a Gallis, & peſſundatam lamentatur.* O urbs, urbium omnium ocule, per orbem terratum celebris, ſpectaculum ultramundanum, Eccleſiarum mater, princeps religionis, rectæ ſententiæ dux, & eruditionis alumna, omnis pulchritudinis di-

verſorium, &c. *Nicephorus Calliſtus præfat.* Conſtantinopolis veteæ pietatis ærarium atque domicilium, quod quæcunque aliquis mente concipere poſſit, bona continet omnia, novum tabernaculum, altera Sion, novum ſanctuarium Dei, altera, & ea duplex arca, pulcherrimus totius orbis oculus, ſeu potius cor ejus, nova Edem, terreſtre cœlum, paradiſi velut primarium exemplar, commune omnium Chriſtianorum domicilium, urbium omnium regina, rerum omnium opportuniſſima, & ut ſimpliciter dicam, quidquid eſt in terris optimum omne. *Matthæus Camariotes epiſtola, qua eandem a Turcis occupatam & vaſtatam lamentatur, quæque recitatur in Turcogræcia.* Patria capta eſt, cujus urbs in terris ſimilis nulla: ſed ejuſmodi, quæ non humana potuerit extrui manu. Eadem magnitudine & pulchritudine præſtabilis, ſitu & vetuſtate ſplendens: quam affirmare omnium uſpiam urbium maximam pulcherrimamque auſim: quam unam omnes ſperabant, & credebant in perpetuum ab omnibus manſuram inexpugnabilem: cui ſecundum Deum univerſi ſalutem credebant ſuam: quæ ſi oculus appelletur orbis terræ, aut cor, a vero non aberretur: de qua nemini gloriari non licebat: in qua civem adſcriptum eſſe, non parum argumenti ad gloriam, commendationemque habebat. *Conſtantinus Manaſſes, qui ab hinc annis quadringentis floruit, in Annalibus, ubi de condita, ſeu potius amplificata & exornata Conſtantinopoli narrat*, ſeque ad opulentum Byzantiorum oppidum confert (Conſtantinus) a quo beatiſſimam & fortunatam urbem excitat, urbem, inquam, magnam, Romam novam, Romam carentem rugis, nunquam ſeneſcentem, ſed perpetuo juveneſcentem, ſeque renovantem, Romam illam denique, de qua gratiarum rivi profluunt: quam terra continens complectitur, & mare viciſſim excipit: quam jucunde ornant Europæ manus, & ab altera parte os Aſiæ deoſculatur.

Poſt annor. 9. & 50. intervallum) *Non convenit inter auctores de annis, quibus Latini Conſtantinopolim tenuerint. Georgius Pachymerius ait, tenuiſſe annos 50. & menſes octo. Paulo amplius ſexaginta annos Cantacuzenus lib. 4. cap. 25.*

AD CAPUT V.

Hæred. imperii miſerab. oculis ſpoliat) *Palæologus Joanni Laſcari ignito crepitaculo* (ὀξείᾳ πυρωθέντι) *vibrato adusſit oculos, ut paulatim viſus extingueretur. Holobolo autem Manueli, quod excæcati Imperatoris fortunas miſeratus eſſet, naſus & labra præciſa. Wolfius in Annotationibus locorum aliquot ex Georgii Pachymerii hiſtoria lib. 3.*

Terræ ac cœlo ſcelest. facinus conqueri) *Veteribus mos fuit, in comœdiis præſertim ac tragœdiis, nocti, diei, ſoli, lunæ, cœlo, terræ miſerias & ærumnas ſuas conqueri. Teſtis Plaut. in Mercat. ubi Charinus adoleſcens ſic loquens inducitur.*

Non ego item facio, ut alios in comœdiis
Vidi facere amatores, qui aut nocti, aut diei,
Aut ſoli, aut lunæ miſerias narrant ſuas.
Quos Pol ego credo humanas querimonias
Non tanti facere, quid velint, quid non velint.

Apud Euripidem Medeæ nutrix, ut quidem M. Tullius verſiculos latine expreſſit. Tuſcul. 3.

Cupido cepit miſeram nunc me proloqui
Cœlo atque terræ Medeai miſerias.

Electra apud Sophoclem.

Ὦ φάος ἁγνὸν καὶ γῆς
Ἰσόμοιρ' ἀὴρ, ὥς μοι
Πολλὰς μὲν θρήνων ᾠδὰς,
Πολλὰς δ' ἀντήρεις ᾔσθου
Στέρνων πλαγὰς αἱμασσομένων,
Ὁπόταν δνοφερὰ νὺξ ὑπολειφθῇ;

O lux pura & fulgida,
Æquiſque ab humo diſtans undique
Intervallis æther,
Triſtes o quoties ſonos,
Non cum cæca receſſit
Audiſti, inque vicem feris
Sanguinolenta ferire
Pectora palmis.

Vide Symbolas Virgilianas, in illud Eclogæ 2. ibi hæc incondita ſolus Montibus & ſylvis ſtudio jactabat inani. *Ad lamentationes quippe & querelas hujuſmodi libenter etiam in loca ſola, in ſylvas, agros, montes ſecedebant, quo id liberius, ſine pudore, & alicujus interdum periculi metu facerent.*

Elementa ipſa ad ulciſcend. invocare) *Luculentiſſime dolorem hujus Patriarchæ ex indigniſſima ſorte pueri Imperatoris perceptum deſcripſit Protoveſtiarius. Et eſt hæc etiam magni cujuſdam luctus, doloris, iræ declaratio, a cœlo & elementis ipſis ultionem petere. In ſacris literis dira, & maledicta hujus generis ex divino zelo, & inſtinctu cœleſti profecta leguntur. In noſtris ſcriptoribus, potiſſimum vero in poetis, memini me aliquot exempla legere, quæ memoria exciderunt: unum occurrit ex Ovidio in Ibin, poemate omni maledicentia dirisque, ut ita dicam, diriſſimis refertiſſimo.*

Terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas:
Deneget afflatus ventus & aura ſuos.
Nec tibi ſol clarus, nec ſit tibi lucida Phœbe:
Deſtituant oculos ſidera clara tuos.
Nec ſe Vulcanus, nec ſe tibi præbeat aer,
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.

Arſenium hunc ſumma ſeveritate Palæologum averſatum, quamvis ſcelus agnoſcentem, & ſummiſſe genibus advolutum, & veniam orantem ſcribit Pachymerius lib. 3. Ubi item Epimethei pediſſequam ait eſſe pœnitentiam.

AD CAPUT VI.

Concord. de fin. cap. tribus) *Illa erant,* τὸ πρωτεῖον, τὸ ἔκκλητον, τὸ μνημόσυνον. *Ut eſſet penes Romanam ſedem principatus, ut eam appellare liceret Græcis, & memoria Pontif. una cum Patriarchis celebraretur. Ex Pachymerii lib. 5.*

Romam tanquam majus tribunal appellare) *Eccleſia Romana omnium per orbem Eccleſiarum parens & magiſtra eſt. D. Auguſtinus epiſt. 162. In Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus. In hoc argumento verſatur Bellarminus Controverſ. tomo 2. de Pont. Romano lib. 2. Addamus inſignem locum D. Leonis ex concione in SS. Petrum & Paulum.* Iſti ſunt viri, per quos tibi Evangelium Chriſti Roma reſplenduit; & quæ eras magiſtra erroris, facta es diſcipula veritatis. Iſti ſunt Patres tui, verique paſtores, qui te regnis cœleſtibus inſerendam multo melius, multoque fœlicius condiderunt, quam illi, quorum ſtudio prima mœnium tuorum fundamenta locata ſunt. Iſti ſunt, qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut gens ſancta, populus electus, civitas ſacerdotalis & regia, per ſacram B. Petri ſedem caput orbis effecta, latius præ-

ſideres religione divina, quam dominatione terrena, &c.

Non quievit, populumque concitavit) *Laonicus lib. 1. loquens de Concilio Florentino. Poſtremo eo res deducta eſt, ut Græci pariter, & Romani in religionis negotio conſentirent, diſcordiaque omnis quam longiſſime ſubmoveretur. Græci reverſi Byzantium, acta edocent eos, qui domi remanſerant; qui quidem actis ſtare noluerunt, putantes ſibi neutiquam fas eſſe conſenſum præſtare Romanis uſuris aſſerentibus. Hinc perpetuo diſcordiam fuiſſe Græcos in negotio religionis adverſus Romanos conſtat.*

Maledictus omnis qui confidit in homine) *Adverſus Balduinum, ultimum Conſtantinopolis ex Latinis Imper. Quinque enim fuerunt. Balduinus, Henricus, Petrus Altiſiodorenſis, Robertus Petri filius, Balduinus II. Et hic a Michaele Palæologo exactus, ad Caroli regis Franciæ opes confugit.*

Et Conſtantinum Porphyrogennetam) *Porphyrogennetus, ut ſcribunt Græci, ſive Porphyrogenitus, ut pleriique noſtrum, dicitur, qui patre Imperatore, & in purpura conſtituto, hoc eſt, in imperio (cujus purpura ſignum eſt) & ſucceſſor naſcitur. Plura tamen me nunc de cauſſa, & veriloquio hujus vocabuli dubitare faciunt. Unum, quod ex filiis Imperatorum iis, qui patre purpuram geſtante procreati ſunt, quoſdam non primogenitos (ad quos ſucceſſio inprimis pertinet) ſic nuncupari cerno; ut in hac hiſtoria Theodorum Joannis filium, Andronici & Manuelis ſeniorum fratrem: præterea Theodorum & Demetrium Manuelis filios Palæologos, quibus ſeniores erant Joannes & Andronicus. Alterum, quod Conſtantinus Manaſſes chronographus (ut a Vulcanio obſervatum eſt) ubi Conſtantino oculos ab eunucho juſſu matris Irenes erutos fuiſſe memorat, ita habet, Leunclavio interprete.* Et quidem eo ipſo in loco viſum oculis effoſſis amiſit, quo in loco primum radios ſolis aſpexerat. Solent autem domum illam nuncupare porphyram, hoc eſt, purpuram. *Ibidem in margine libri annotat interpres, ab* ea domo porphyrogeniti appellati. *Quaſi palatium quoddam fuiſſet, ubi Auguſtæ edere partum ſolerent. Lib. 5. de imperio Manuelis Comneni Nicetas de vicino partu Imperatricis ita loquitur. τὴν δὲ δέσποιναν πρὸς τὸ τίκτειν ὀδίνουσαν, ἡ πορφύρα μὲν ἡ πορφύρα, καὶ εὐτρεπίσθη πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ γεννηθησομένου βρέφους. καὶ ἐν τῇ τῆς πορφύρας ἡ δέσποινα ἦν, παρῆν καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐλεῶν, καὶ παρηγορῶν, καὶ τὰς ὀδύνας κουφίζων αὐτῆς.* Cum autem Imperatrix partui propinqua eſſet, deprompta & adornata eſt purpura ad puerum ſuſcipiendum. Doloribus vero urgentibus ea in purpura collocata, adeſt & Imperator, ſuaque præſentia conjugem ſolatur & ſublevat. *Ex hiſce verbis apparet, dictos porphyrogenitos, quod naſcentes purpura exciperentur: ſeu quod illos mater in purpura effunderet. Cur autem non omnes purpura excipiebantur? Aut ſi omnes excipiebantur, cur non omnes Porphyrogeniti? Amplius igitur de hoc nomine, quod notiſſimum & facillimum videtur, quærendum eſt.*

Quod ſinceram Ecclesiæ doctrin. deſeruiſſet) *Immo quod inſinceram poſthabita, ſinceram amplecti voluiſſet. Quod a filio Michael tam parum honeſte, & inſtar canis ſepultus eſt, videtur per hunc contemptum tutelæ tam ſacrilege in regio puero violatæ pœnam Deus ab homine exegiſſe: tametſi Andronicus ita populo, & clero præſertim placere voluit, cui Michael ob initam cum Eccleſia Romana concordiam vehementer diſplicuerat.*

AD CAPUT VII.

Becum Patriarch. Athanaſ. excepit) *Cum Patriarcha creatus declaratur, dicitur ἀναγέσθαι εἰς θρόνον. Cum loco ſuo movetur, κατάγεσθαι τοῦ θρόνου, καὶ καθαιρεῖσθαι. Cum malis artibus ad dignitatem graſſatur, ἐπιβήτωρ, & talis ἐπιβάτης, & ἐπιβάτωρ, quaſi inſcenſor & adulter, & alienæ mulieris inſultor. In politicis ἐπιβάτην & ἐπιβήτορα uſurpat non ſemel Simocatta. Qui enim magiſtratus gerunt, cum dicantur in altiore, aut etiam altiſſimo dignitatis gradu locati, recte ita dici poſſunt aſcendere, &, ſi latiuitas pateretur, aſcenſores.*

Ex prima conjuge Hungar. regis filia) *Duas deinceps uxores habuit Andronicus, quarum prior Hungarorum regi nata, Anna audivit, & mares ei duos peperit, Michaelem, qui cum patre imperitavit aliquandiu, & Conſtantinum Deſpotam. Poſterior Marchionis Montisferrati filia, cujus eſt Joannem, Theodorum, Demetrium, & puellam Simonidem, liberos omnino quatuor. Andronicus viduus, inquit Pachymerius lib. 7. non auſus regias ambire nuptias, quod e ſecunda uxore imperii ſucceſſores procreaturus non eſſet, Irenen Marchioniſſam, regis Hiſpaniæ neptem, bonus bonam non genere minus quam moribus uxorem ducit.*

AD CAPUT IX.

E monte Atho) *Mons hic Macedoniæ propter καλογήρους* bonos ſenes *(ſic enim monachos ibi habitantes Græci recentiores nominarunt) celeberrimus fuit, & nunc etiam ἅγιον ὄρος* mons ſanctus *dicitur. A Cantacuzeno πόλις οὐρανίας* cœleſtis civitas, *apud quem multa de eodem variis locis. Adhuc ferunt illic ſupereſſe monaſteria circiter 23. & quondam ſingula habitata ducentis, aut trecentis. A Turcis monaſtir vocatur. Quicunque porro hujus montis monachi alio venirent, ob arctiorem, quam colebant, diſciplinam, majoremque opinionem ſanctitatis, venerabilius tractabantur, quod etiam ex hiſtoria Cantacuzenica lib. 3. perſpicias.*

Suaſerunt triem. num. ne augeret neve. n. p. aut vet. refici) *Putanus quidam magnæ auctoritatis, apud Manuelem Comnenum effecit, ut res utiliſſima, & omnibus inſulis ſalutaris, & a ſuperioribus Imperatoribus conſtanter obſervata inutiliter abrogaretur. Nam vectigalia nautica olim in claſſem conferri ſolita, hic in fiſcum referenda curavit: at triremes, quæ ex edicto ab inſulis præbebantur, pene cum ipſis vectoribus in mare demerſit: cum diceret, triremes non ſemper reipub. eſſe utiles: ſumptus vero qui in eas fierent, & annuos eſſe, & immenſos. Eos igitur in fiſcum referendos: neceſſitate vero poſtulante ex imperatoriis theſauris ſtipendia promenda eſſe. Quæ cum dixiſſet, vir optimus, & rerum gerendarum periſſimus eſt habitus, cum revera ſententiam crudeliſſimo dignam pirata dixiſſet. Imperatorem enim ſumptuum magnitudine decepit, & parvitate impenſarum rurſus exhilaravit. Quo ſive temeritate, ſive tenacitate factum eſt, ut piratæ optatiſſima occaſione mare tenerent, & maritimæ provinciæ latrociniis vexentur. Nicetas lib. 1. de rebus Manuelis Comneni.*

AD CAPUT X.

Cum quibuſdam æqual. & conjurat. fug. Adrianop.) *De clandeſtino Andronici Nepotis diſceſſu, ſeu fuga potius Conſtantinopoli Adrianopolim, Cantacuzenus lib. 1. cap. 18. ubi aliam narrationem offendes. Hoc te ſemel ſcire velim, Protoveſtiarium adhærere Gregoræ ut in hoc, ita in reliquis pene omnibus, videbique cum eodem Gregora Cantacuzeno infenſum. Cum autem duo illi toties tantopere diſcrepent, uterque verum dicere non poteſt. Ego ut Cantacuzenum aliquando minus vera ſcribere conceſſerim; ſic Gregoram propter rerum ignorantiam & affectum quendam ſiniſtrum ſæpius falſa pro veris ponere non negarim.*

A Chriſto nato 1328.) *Græcus codex expreſſe habet αωκη, id eſt, 1528. errore evidentiſſimo. Itaque pro φ. ponendum τ. ut ſint trecenti, non quingenti.*

AD CAPUT XI

Potitus orbe & Imp. avo de victu, & vita proſp.) *Supra contrarium ſcripſit. Jam quo pacto illi de victu providerit, quamque illum nihilominus reverenter ac liberaliter habuerit, docet Cantacuzenus lib. 2. cap. 1. Nimis inhumanum & crudelem Nepotem Gregoras & alii faciunt.*

AD CAPUT XII.

Monach. q. Calaber Barl. Conſtantinop. venit) *Non primum Conſtantinopolim, ſed Theſſalonicam venit. Qualis autem homo fuerit, quod utrobique egerit, & quas turbas commoverit, uberrime traditum eſt a Cantacuzeno lib. 2. cap. 34. & ſequentibus.*

Lumen illud in monte Thabor creat. eſſe) *Mirum Græcos errorem tam putidum erraſſe, ut lumen illud, quod e corpore Christi in monte Thabor transfigurati ſplendidiſſimum emicuit, increatum quiddam, & deitati coæternum, nec tamen divinæ ſubſtantiæ partem aliquam eſſe vellent, & in Deo quiddam ſtatuerent, quod Deus non eſſet, idque accidens. Pluribus de iſto lumine in hiſtoria Cantacuzenus. Lege annot. Gretſeri in cap. 40. lib. 2.*

Quod Joanni Chryſoloræ ead. ſcotient) Hic primus græcas litteras variis barbarorum irruptionibus expulſas poſt 700. annos in Italiam reportavit: quamquam nulla ejus extant præter Grammaticæ regulas gravioris doctrinæ monumenta. Byzantino emiſſus a Joanne Imp. ut totius Europæ reges adeundo, pereunti Græciæ maturam opem imploraret, officium quidem laborioſa peregrinatione ita implevit, ut in Italia ſubſiſteret, Græcia ſcilicet præſenti metu liberata, cum Tamerlanes terror orientis Bajazetem ad Stellam montem vivum cepiſſet. Itaque Chryſoloras diro Græciæ hoſte ſublato lætus, Venetiis primum, & mox Florentiæ, Romæque, ac demum Ticini, evocante ingentibus præmiis Joanne Galeatio Principe, græcarum litterarum ſtudium excitavit, tanta fœlicitate, ut ex ejus ſchola ſummæ, nec ideo interituræ laudis ingenia prodiderint, in quibus fuere Leonardus Aretinus, Franciſcus Barbarus, Philelphus, Guarinus, & Pogius. Poſtremo cum ad tollendam pſeudopontificum controverſiam indicta ſynodus tanti ſpectaculi cupidum excivisset, exauctorato Balthaſare Coſſa, Conſtantiæ interiit, cujus tumulum Pogius aliique exornarunt. *Hæc ego carptim ex elogiis Pauli Jovii. Tumulatus eſt Chryſoloras Conſtantiæ in Prædicatorum monaſterio ante aram, cujus hoc fertur ibidem legi epitaphium.* D. Emmanuel Chryſoloras, miles Conſtantinopolitanus ex vetuſto Romanorum genere, qui cum Conſtantino Imp. migrarunt. Vir doctiſſimus, prudentiſſimus, optimus. Qui tempore generalis Concilii Conſtantienſis diem ſuum obiit, ea exiſtimatione, ut ab omnibus ſummo ſacerdotio dignus haberetur. Die 15. Aprilis 1415. *Quod dicitur miles Conſtantinop. intellige equitem auratum fuiſſe. Ejus gener non diſcipulus modo fuit Franciſcus Philelphus, cui Theodoram filiam nuptum dedit.*

Quæ illi fil. duas, quar. major Myſorum Principi) *Unicam filiam, Mariam nomine Andronico juniori Anna Sabauda genuit, quam parentes poſtea vix dum nubilem Michaeli Alexandri Myſorum, ſeu Mæſorum regis filio collocarant: Nuptiæ apud Adrianopolim celebratæ ſunt. Cantacuz. lib. 2. cap. 24. Aliam quæ Orchani Turcarum regi nuberet, non genuit. Hoc loco ἀνεοφησίαν Protoveſtiarii demiror, cum præſertim tam prope ab Andronici & Cantacuzeni ætate abfuerit. Cantacuz. non Andronici filia, Theodora nempe Orchani conjuncta eſt, & ille generi, non autem Joannes affinis armis adjutus eſt ſæpius. Teſtatur idem Laonicus lib. 1. Tempore deinde multo interjecto, inquit, Cantacuzeni Græcorum regis filiam uxorem ducit. Quæ affinitas ubi interceſſit, pax inter Græcos & Turcas facta eſt. Infra. Cum Orchanem data in uxorem filia generum aſcivisset, eum & amiciſſimum & familiariſſimum in poſterum expertus eſt.*

Joannem Cantacuz. ei curat. ac tutor. dedit) *Hujus in fidem puerum regnumque tradidit, ac jurejurando eum obſtrinxit, ſine dolo in adminiſtratione regni, ac pueri educatione verſaturum.*

Auctorit. & opib. præpot. ab Imp. ſecund.) *Multa de hoc viro in ἐν προλεγομένοις ante hiſtoriam ipſius a me diſputata ſunt, ex quibus nonnulla hic repetam. Auctoritas ejus, poteſtas & exiſtimatio incredibilis: ita, ut eo inconſulto, aut refragante nihil gereretur, ipſeque adminiſtraret omnia: & eſſet non quidem vocabulo (nam id una cum habitu, licet non ſemel ab Andronico invitatus, & enixe rogatus, conſtanter fugit) ſed opere ipſe Imperator. De copiis ſuis, facultatibus, pecuniæ theſauris, variis locis ipſe conqueritur, in quibus inſulas, oppida, caſtella recenſet. Pecuniam quam Byzantii, & in aliis urbibus per Thraciam apud amicos depoſitam habebat, nec ipſi qui eandem diripuerant, inimici, quam magna eſſet pro certo noſſe potuerunt. Tritici, hordei, frugum fructuumque infinita illi copia, innumerabiles acervi. Boum paſcualium numerat quinque millia, aratorum juga mille, equos paſcuales mille quingentos, camelos ducentos, mulos trecentos, aſinos quingentos, porcorum quinquaginta, ovium ſeptuaginta millia. Satin' hic homo dives?*

Cui pater Cantacuz. filiam jungi matrimon. mand.) *Id quod factum eſt, juncta illi Helena, ut ipſe Cantacuzen. narrat lib. 4. cap. 1. & peperit mares quatuor, Andronicum, Manuelem, Theodorum, Demetrium: filiam unam Irenem. Laudatur eximie in eadem hiſtoria lib. 4. cap. 34. Joannes hic moriente patre novem duntaxat annos natus erat, non 12. ut Laonicus vult: capta autem a Cantacuzeno Conſtantinopoli, quindecim. Eundem Joannem his verbis commendat cap. 1. lib. 4. Cantacuzen.* Cœpit enim ſtatim vehementiſſime juvenem diligere, non ſolum ob amorem, quo in patrem ejus fuerat: ſed etiam quod videbat Gratiarum omnigenarum, ut ita dicam, domicilium. Nec enim forma ſolum ei inerat digna imperio: verum etiam fortitudinis atque prudentiæ non vulgarem præ ſe ferebat indolem: quæ virtutes poſtea quoque (ut ſperabatur) in eo eluxerunt. Nulli quippe majorum ſuorum intelligentia ſecundus eſt: & generoſam ſæpenumero audendi fiduciam hoſtibus demonſtravit.

Quos qui curat. propemod. totid. numerab.) *Si canes venaticos amplius mille quadringentos, & accipitres ſupra mille habuit, ergo curatores propemodum ultra duo millia quadringentos habuit. Quis hoc credat? quid enim ὑπερβολικώτερον? Hauſit hoc a Gregora. Laonicus lib. 2. Bajazetem a Tamberlane captum affirmat habuiſſe ſeptem millia virorum, qui accipitres curarent: præterea aluiſſe canes ſenlee mille. Credat cuilibet.*

Vixit annos 45. imperavit 20.) *Ita quidem Gregoras rationem ſubduxit. Cantacuzenus lib. 2. cap. 40. de ejus obitu in hunc modum. Ad veſperam die Mercurii, 17. Kalend. Quintiles, anno 49. ſupra 800. & 6000. ab orbe condito, indictione 9. morbi ſævitia confectus, ex hac luce migravit. Diutius autem multo eum vixiſſe, & imperitaſſe, ex eadem hiſtoria colligitur. Si enim explerat annum ætatis 27. antequam ſecundam uxorem duceret, ut lib. 1. narratur, eaque ducta adhuc annis aliquot cum avo bellum geſſit: ſi eo victo, ut iſti volunt annis 20. ſolus regnavit, ſequitur quinquagenarium, aut eo natu grandiorem obiiſſe.*

Digitized by Google

AD CAPUT XIII.

Conjugemque ut Dominam coronat) *Uxores apud portas vocantur dominæ, quanquam etiam apud alios ſcriptores. Amatores item amicas ſuas ita appellabant. Eodem vocabulo Auguſtæ, & reginæ, id eſt, Imperatorum regumque conjuges afficiebantur. Hæc omnia prolatis exemplis probavimus Symbolor. lib. 11. qui eſt in 6. Æneid. ad illum verſum.* Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. *Proinde vocem Deſpœna, latinæ huic plane reſpondentem, interpreti our retinere, aut vocibus Domina, & cum de Imperatorum uxoribus dicitur, Auguſta etiam, & Imperatrix exprimere licebit.*

Matthæo filio calceos purp. ferre dat.) *Supra cap. 1. Alexius Comnenus Irenæ filiæ, quam Auguſtam deſignavit, copulatam Alexio Palæologo, hoc dedit.*

Palæolog. ad Orchanem Ameram Turcar. confug.) *Manifeſte falſum, ex Cantacuzeni hiſtoria, cui plerumque major fides, quam iſtis Chronologis tribuenda eſt.*

In Serviam ad generum ſuum) *Etiam hoc commentitium. Tres tantum habuit filias, quarum Mariam uxorem dedit Nicephoro Ducæ Acarnaniæ Principi, Theodoram Orchani, Helenam Joanni Imperatori locavit.*

AD CAPUT XIV.

Sæpenumero mecum ipſe) *Hæc epiſtola gravis ſane & vehemens, ſi vera, & a Joanne conſcripta eſt, parum vera eſſe oportet, quæ ad amoliendam ab ſe tyrannidis ſuſpicionem toties affert Cantacuzenus: dum tutor potius ac patronus, non invaſor imperii ac tyrannus videri ſtudet. Profecto tam ſpecioſe ac veriſimiliter ſe ubique purgat, ut nihil poſſit magis. Vide Laonicum poſt initium lib. 1.*

Ex generis conjunctionem imperans) *De filii Joannis matrimonio cum filia Cantacuzeni, quod vita exceſſurus mandaverit Andronicus, nec apud Cantacuzenum, nec apud Grecorum quidquam lego. Eſt autem id propter incredibilem amorem, quo Cantacuzenum ipſum proſequebatur, admodum probabile.*

AD CAPÚT XV.

Monach. induit, ac Joaſaphi nomen) *Laonicus ait, Cantacuzenum in Nazaræorum, ſive monachorum ordinem tranſlatum, & mutato nomine Matthæum appellatum. Utrumque falſum. Teſtatur ipſe in hiſtoria ſua lib. 4. ſe imperium retinere potuiſſe, ſi voluiſſet. Et cap. 42. id ſibi a Joanne ſuaſum affirmat. Joaſaph autem, ut ibi videre eſt, nomen accepit, poſtquam cucullam induit.*

Bellumque geſſit annos 6. menſes 7.) *Imo vero annis quinque tantum, ipſi enim potius affirmanti credendum.*

Manuelem gubernare Theſſalonicam) *Paulo aliter Laonicus lib. 1. Manuelem cum regeret Thermam ſive Theſſalonicam, adſcitum auxilium Pheris urbi inſidias ſtruxiſſe, & res novas contra Amuratem molitum. Adverſus quem ille Charatinum miſerit, qui Thermam occuparet, & Manuelem vinctum adduceret.*

Apud Lesbi dominos locum) *Lesbus hodie a Græcis Mitylene, ab urbe ſua primaria dicitur. Traditum eſt, a Joanne Andronici filio donatam Franciſco Cateluſio Genuenſi, propter navatam ſibi fideliter operam adverſus Cantacuzenum, anno 1355. Cum a Mahomete II. occuparetur, anno 1462. Principem habuit Dominicum Cateluſium. Inde annos amplius centum in ditione Genuenſium fuiſſe colligitur.*

Pruſam ultro abeundi conſilium) *A Pruſa rege Bithyniæ nomen urbi huic inditum, in ora maris ad radices montis Olympi ſita. Hic mons inde nomen accepit, quod olim velut Athos in Europa, frequentia haberet monaſteria, Conſtantinopoli degentibus, & Propontidem navigantibus eximia altitudine ſpectabilis. Pruſa etiam* θεόπολις. *Dei civitas in conſtitutione Leonis Auguſti de thronis appellatur. Eam ſubegit Orchanes 1327. Principio domicilium imperii Turcici fuit, quamvis non ita diu. Sultanorum ſepultura ibidem diutiſſime, etiam poſt captam Conſtantinopolim permanſit.*

AD CAPUT XVI.

Quoſdam de Satrapis ſuis in Aſia deſciviſſe) *Hiſtoriam de Amuratis expeditione Aſiatica contra Præfectos, & de conjuratione regiorum juvenum adverſus parentes abſentes, luculenter exſequitur lib. 1. Laonicus, quem lege: noſter brevitati ſtudet.*

Suum volens nolens luminibus privatum) *Qui infundens oculis ei acetum fervidum, viſum ejus ademit. Laonicus ibid.*

Unuſquiſque fil. manu ſua jugul. juſſus) *Si plenum crudelitatis eſt, filium ante oculos patris mactare, quanto magis parentem compellere, ut ſua manu filii ſe ſe carnificem præbeat? Occiderunt aliquando parentes filios ſuos: ſed ulciſcendi cauſa: innocentes nunquam. Laonicus lib. 1. conjurationem duorum iſtorum regiorum juvenum, quorum alterum, Turcam nempe, Sauzem vocat earundemque pœnas fuſe deſcribit. In extremo ejus deſcriptionis, patres, inquit, duo fuere, qui tam crudele imperium exequi noluere. Hinc & ipſi trucidati ſunt cum filiis. Dicebat enim, nequaquam iſtos citra conſilia parentum deſciſſe ad Sauzem. Nunc autem cum fortuna utantur dubia, eos nutare in utramque partem.*

AD CAPUT XVII.

Aliquot triremib. in Italiam ad flagit. opem) *Pœne omnia hujus capitis aliquanto plenius a Laonico diſſeruntur. Etiam a Venetis retentum ait, non ſinentibus eum pedem uſquam ferre, donec creditoribus ſatisfeciſſet.*

AD CAPUT XVIII.

Bajazetes Aliſurius) *Plures Turcicorum Imperatorum habent ſua cognomina. Nam ut hic eſt Aliſurius, ita alius Gazi, alius Gilderun ſive Lælaps, alius Aleterius, alius Cecyritzes &c. Quemadmodum videlicet Chriſtiani Imperatores, Reges, Principes a corporis habitu, aut a moribus cognominantur Pulchri, Calvi, Craſſi, Barbaroſſæ, Aucupes, Audaces, Simplices, Caſti, Pii, &c. ne pluribus exemplis in re perſpicua utamur.*

Una cum fil. ad Bajazetem ſupplex) *Vide Laonicum principio lib. 2.*

Lupus turbinem vid. gaudio exilit) *Homo ferus, rapax, violentus apte cum lupo comparatur. Lupus autem, cœlo præſertim nubilo & caliginoſo prædatum exit. Non alieni ſunt ab hoc loco verſus Maronis de 2. Æneid.*

—— inde (lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus exſpectant ſiccis) per tela per hoſtes
Vadimus.

In Palatio Peges) Πηγὴ *fons extra urbem, ad quem (ſeu potius circa quem) Leo Thrax Imp. Deipara templum exædificavit, miraculis nobiliſſimum. Juxta hoc templum fuiſſe palatium extructum vel hinc intelligere poſſumus.*

Utrum e duob. frat. Imp. præoptent.) *Male Laonicus. Miſſo nuntio explorabant Byzantiorum animos, quemnam ſibi regem dari, Manuelem an Bajazetem vellent. Hac ratione pulchre capiſcebatur ut Byzantii erga ſe animati forent. De Ma-*

Digitized by Google

nuele & Andronico, non de ſe ipſo quærebat Bajazetes.

Ad annum mundi 6800.) *In codice græco non plus eſt, quam 50. majorem autem oportere numerum eſſe, locus præcedens indicat de morte Andronici, quem extinctum narrat 6840. Nec inveni adſcriptos annos imperii ejuſdem Joannis, quos quidam faciunt tantummodo 13. ab anno ſcilicet Domini 1341. ad 1354. quidam multo plures. Regnavit tamen cum eo Cantacuzenus etiam annis aliquot, ut patet ex hiſtoria lib. 9. poſt Conſtantinopolim ab eodem Cantacuzeno occupatam.*

AD CAPUT XIX.

Sigiſmundus Germaniæ rex) Quanquam Carolus Magnus non tantum jure belli, & S.P.Q.R. voluntate, Pontificiaque conſecratione verus & legitimus, ſi quis unquam alius, Imperator effectus eſſet: ſed tranſactione inſuper cum Irene regina, eamque ſecutis Nicephoro & Baſilio Imperat. interpoſita, certiſque terminis utriuſque Imperii diviſione & ſeparatione facta, jus ſuum abunde confirmaſſet, ideoque legati Byzantini eum βασιλέα palam ſalutaſſent, & omnino inter utroſque Principes ita conventum, diuque inter ſucceſſores obſervatum eſſet, ut æquo jure Byzantini & noſtri Auguſtos, adeoque fratres ſe appellarent: paulatim tamen invida, & ambitioſa illa natio noſtris Cæſaribus eum titulum detrahere conata eſt, & ſuos ſolos Romanos & Baſileas, & αὐτοκράτορας ῥωμαίων in diplomatis & numiſmatis proſcribere, dominoſque orbis terrarum, ceu unius familiæ jactare: noſtros autem Latinos tantum, & Alemanos, Francoſque & Cæſarem noſtrum ut novo, ita inepto commento ῥῆγα ἀλαμανίας ἢ φραγγίας. Unde factum, ut a noſtris paria reponentibus, non aliter quam Græcorum reges, aut Conſtantinopolitani Imperatores vocarentur. *Hæc Marquardus Freherus præfat. in jus Græcorum.*

Excuſarat ſe etiam Baſilius Imp. orientis Ludovico II. Imp. occidentis, cur eum nomine τῦ βασιλέως afficere non eſſet auſus, tametſi hoc ipſum ambage quadam, & obſcurius. Cui ille his verbis reſcripſit, quæ tomo 10. anno Chriſti 871. a Baronio afferuntur. Indicat itaque dilectio tua, ſe maledictum legis (Deuter. 19.) paveſcere, & idcirco terminos æternos transferre, & veterum Imperatorum formas commutare, ac præter canonica, & paterna præcepta converſari renuere, & recuſare. Et tamen, qui ſint illi, vel ubi aut unde fuerint poſiti termini æterni, vel veteres formæ, aut illa canonica & paterna præcepta, minus aperte declarat: niſi forte Imperatoris nomen velit hæc cuncta ſentiri. Verum apud nos multa lecta ſunt, multa quidem indefeſſe leguntur: nunquam tamen invenimus terminos poſitos, aut formas, aut præcepta prolata, neminem appellandum Baſilea, niſi eum, quem in urbe Conſtantinopoli imperii tenere gubernacula contigiſſet, cum gentium ſingularum monumentis interim poſtpoſitis, ſacræ nobis affluenter hiſtoriæ monſtrent, plurimus fuiſſe Baſileas nuncupatos, & non ſolum electos quoque, quales fuere Melchiſedech, & David, verum reprobos, quales primorum Aſſyriorum, Ægyptiorum Moabitarum, & cæterarum nationum (quas enumerare longum eſt) extitiſſe probantur. Ergo cum ita ſit, fruſtra cauſſandum ducit prudentia tua, alios præter ſe Baſileas appellandos, niſi forte radendos ducat totius codices mundi, in quibus pœne cunctarum gentium Principes a priſcis temporibus, & deinceps Baſilei inveniuntur ſcripti. Et certe ut de Latinis interim codicibus taceamus, ſi græcos, & noviter editos revolvas, invenies proculdubio plurimos tali nomine vocitatos, non ſolum Græcorum, ſed & Perſarum, & Epirotarum, Indorum, Bythinenſium, Parthorum, Armeniorum, Saracenorum, Æthiopum, Vandalorum, & Gothorum, & aliarum gentium Prælatos βασιλέων appellatione veneratos. Intuere igitur frater, & conſidera, quod multi fuerunt, qui Baſilei diverſis temporibus, & in diverſis locis & nationibus nuncupati ſunt, vel hactenus nuncupentur: & noli vel nobis quod dicimur invidere: vel tibi ſingulariter uſurpare, quod non ſolum nobiſcum, ſed & cum pluribus Præpoſitis aliarum gentium poſſides.

Jus Provinciæ illius ad regni ſui jura pertin.) *Pertinent partim antiquitus, partim etiam nunc hæc ad Hungariam regna. Dalmatia, Croatia, Slavonia (id eſt, Illyricum) Rama vel Roma (quo nomine in Hungarorum titulis intelligitur Bozina) Servia, Gallicia ſive Valachia, Lodomeria, Comania, Bulgaria. Leunclavius.*

Jus meum in Bulgar. hæc arma hunc appar. eſſe) *Vox tyrannica. Cic. 1. off. Maxime autem adducuntur plerique, ut eos juſtitiæ capiat oblivio, cum in imperiorum, honorum, & gloriæ cupiditatem inciderunt. Et infra non longe, invehens in Julium Cæſarem ut tyrannum, & dominationis cupidiſſimum. Declaravit id modo temeritas C. Cæſaris, qui omnia jura divina atque humana pervertit, propter eum quem ſibi ipſe opinionis errore finxerat principatum. Ejuſmodi verbum eſt etiam Agamemnonis apud Homerum 1. Iliad.*

Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι.

Ipſe equidem eripiam, ſi tradere forte gravetur.

Hi ſunt, quibus jus in manibus & in armis eſt. Pyrrhus Epirotarum rex moriturus interrogabatur ab adoleſcentiore filio, cuinam ipſorum regnum relinqueret. Reſpondit, ὃς ἂν ὑμῶν τὴν μάχαιραν ὀξυτέραν ἔχῃ, qui veſtrum acutiorem habuerit gladium. *Immo fama eſt, unum ex miſſis ab eo centurionibus, qui pro curia ſtabat, & audiebat, nolle Cæſari ſenatum prorogare provinciam, dixiſſe, at hic prorogabit, manu capulum gladii pulſantem. Plutarchus in Julio.*

Exercitum e conduct. &c. ſuos item armat) *Laonicus lib. 2. narrat eum Pontificem rogaſſe auxilium eorum, pecuniam viroſque, impetraſſe. Miſiſſe quoque auxilia regem Gallorum, Burgundiæ ducis fratrem præfuiſſe toti exercitui. Conſcriptum exercitum e Germanis. Ab Hiſpanis item, Italiſque militibus & pecunia adjutum. Habuiſſe præterea Pannones & Dacos. Bajazetem uſque ad Iſtrum ſumma celeritate ex Aſia, & Europa collectis copiis occurriſſe. Lege reliqua de infelici illi prælio ad Nicopolim. Cauſſa mali fuit, audacia, impudentia, fuga Gallorum, quibus ſe Pannones & Germani ſocios adjunxerunt. Feſtinantibus autem Iſtrum tranſire, inquit, maxima pars exercitus flumine abſumpta eſt, & quæ ſequuntur.*

Terra marique obſid. admota) *De cauſſa hujus obſidionis lege Laonicum lib. 2. poſt principium.*

AD CAPUT XX.

Ad patruum Imperatoremque profugit) *De hoc perfugio, & de profectione Manuelis in Italiam, & Franciam petendi auxilii, Laonicus ſimillima lib. 2.*

Spartæ principat. ſocietat. Joan. Bapt. vendit) *Equites Rhodios Nazaræos vocat Laonicus, ac Theodorum etiam Argos non magno pretio vendidiſſe narrat. Nazaræi in veteri Teſtamento dicebantur Deo oblati & conſecrati, ſicut apud nos monachi & religioſi. Quare & hi a Græcis ſcriptoribus eodem nomine ſæpius vocantur. Equites autem Rhodii, Hieroſolymitani, Melitenſes in Religioſis numerantur. Quare a Græcis etiam φρέρων Fratres voce Gallica dicuntur: frer enim gallice frater.*

Anno ab ortu Chriſti 1445.) *Numerus aperte falſus: quare ejus loco aſteriſcum poſui. Aliogui*

qui enim ad expugnatam Conſtantinopolim tantum 9. anni ſupereſſent, cum regnante Manuele plurimi ſuperfuerint. Regnavit autem hoc tempore Manuel, quem Joannes, & Joannem Conſtantinus excepit.

AD CAPUT XXI.

Deſpota Andron. Theſſalon. Ven. ſen. venunded.) *Scribunt nonnulli lege permutationis Terviſinæ civitatis redditus ei ceſſiſſe. Mortuum in itinere dum Venetias navigaret. Nihilominus urbe potiti Veneti, ſuos eo Rectores miſere: quorum primus fuit Martinus Bandomerius, cum titulo Comitis Theſſalonicæ. Vendita idcirco, quod Græci viderent, ſe eam adverſus Turcarum vim tueri nullo modo poſſe, licet urbs ipſa magnitudine inſignis, copiis locuples, Thermaici ſinus porta nobilis (unde etiam Therma dicitur) nec ulli Græcarum civitatum cæteris ornamentis inferior eſſet. Anno deinde 1431. Sultanus Murates eam obſedit, ac multoties oppugnatam Venetis tandem eripuit. En Leunclavii Pand. Vendita autem anno 1423.*

In hoc item capite locum reperi miris tenebris implicatum, valdeque intricatum, de profectione 5. filiorum Bajazetis in occidentem, & rebus eorum aliorumque: nec ſatis liquebat, utrum ſcriptor dicenda ſibi, an omittenda proponeret. Aliqua enim quæ non proponit, tamen poſtea narrat: & alia quæ promittit, prætermittit. Quia igitur verſus illi commode abeſſe poterunt, eos ſedant. Unum quiddam in iis memoratu haud indignum. En filiis illis quinque Bajazetis Juſuph (ſic enim Joſeph illi pronunciant) Chriſto nomen dediſſe, appellatumque Demetrium, cui frater Ameras Mahometes liberaliſſime res vitæ neceſſarias providerit. Poſt Baptiſmum vixiſſe annos 7. atque ad dominum evolaſſe.

AD CAPUT XXII.

Temires Maſſagetarum, & Perſarum ſeu) Scytharum Imperator Tamberlanes propter inauditam animi feritatem atque ſævitiam, portentoſaſque vires, orbis terror, & clades Orientis appellatus eſt: ex humili militiæ loco per omnes honorum gradus ad eximiam bellicæ virtutis opinionem, & denique ad ſummum imperium aſcendit. Homo ore truculento, recedentibuſque oculis ſemper minaci, corpore autem ingenti, validiſque nervis adeo firmo, lacertoſoque, ut Scythici ingentis arcus chordam (quod pauciſſimis præſtare licebat) ultra aurem tenderet, cupreumque mortarium pro ſcopo ſagittariis in ludo propoſitum, emiſſæ arundinis ſpiculo perfoderet. Sed cum nonnulli auctores altero crure debilitatum, ideoque deformiter incedentem ſcribunt. Se Dei maximam iram profitebatur, quæ depravati ſæculi mores ulciſceretur. *Plura Jovius in elogio. Vide inſuper initium lib. 3. Laonici, & finem.*

De nomine Temires ita Leunclavius. Quem noſtri non recte Tamerlanem, & Tamburlanem Græci Temirem vocant, is a Turcis pleramque Temir, vel Temur Chan (quod regiæ dignitatis eſt nomen) dici ſolet: ac ſi nominaretur Hiſpanorum more Don Temir. Significat autem von Themir ſive Themur ferrum, id eſt, gladium. Tartari propter ſucceſſus rerum proſperrimos Temir Cutlu cognominarunt: hoc eſt, ferrum, ſeu gladium fœlicem. Nonnunquam tamen Temir Lano appellatur, quod Temirem claudum ſignificat. Claudicabat quippe, ut ipſe conſiteetur in primo cum capto Bajazete congreſſu & colloquio. Claudicationis cauſſam refert Laonicus, quod privatus adhuc, & inops murum, quo cincti pecorum greges erant, furti committendi cauſſa conſcenderit: cumque ſe viſum a patrefamilias animadvertiſſet, in terram deſiliens, crus fregerit. Alii, quod inter pugnandum pede vulneratus, ex eo tempore claudus fuerit.

Georg. Phranz.

Ameram Bajazetem cum uxore & filio cep.) *Pugnam deſcribunt lib. 3. Laonicus addit. Timires cum prius præconem dimiſiſſet per caſtra, ne quem de Bajazetis exercitu caperent, & ad mancipiorum miſeram conditionem deducerent, curavit, ut ſpoliatis abire liceret. Non enim fas eſſe ducebat, gentiles ſuos ad mancipiorum formam redigere. Bajazetes contra, præconis voce nuntiari juſſit, ut quemcunque de Temiris militibus fuerint nacti, eum illico obtruncarent. Sequitur de capto Bajazete cum ducibus pæne omnibus, uxore & filiis.*

Hic qualis fuerit, ubi regnarit) *Propoſitionem iſtam parum exſequitur Protoveſtiarius. Nos ſupra de Tamberlane nonnihil adduximus. De Scythis multa Laonicus lib. 3. & alii, qui de gentium moribus ſcripſerunt. Lege etiam Herodotum, ſi lubet.*

Cyrus ille mag. rex a Tomyride dein cæſus) *Unico ſibi filio a Cyro Perſarum rege interfecto, Tomyris Scytharum regina orbitatis dolorem non in lacrymas effudit; ſed in ultionis ſolatia intendit: hoſteſque recenti victoria exultantes, pari inſidiarum fraude circumvenit. Quippe ſimulata diffidentia propter vulnus acceptum refugiens, Cyrum ad anguſtias uſque perduxit. Ibi compoſitis in montibus inſidiis, ducenta millia Perſarum cum ipſo rege trucidavit. In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod ne nuntius quidem tantæ cladis ſuperfuit. Caput Cyri amputatum in utrem humano ſanguine repletum conjici regina jubet, cum hac exprobratione crudelitatis, ſatia te ſanguine quem ſitiſti, cujuſque inſatiabilis ſemper fuiſti, Juſtinus lib. 1.*

AD CAPUT XXIII.

Equis adeo ſtrigoſis) *Ut totus locus aliquid lucis accipiat, adſcribam verba Nicetæ in Joanne Comneno Alexii filio. Forſitan autem Neocæſarea potitus eſſet Imperator, niſi caſu quodam improviſo inconſulta & contumaci ſuperbia & iracundia prorſus effrænis Joannis nepotis ex fratre Iſaacio Sebaſtocratore illi obſtitiſſet. Nam cum acie cum Perſis decernendum eſſet, viſo inſigni equite Italico, Joannem fratris filium, quippe cui equos non deeſſe ſciret, Arabico equo deſcendere, eumque Italo dare juſſit. At is homo elati animi, & jactantior quam decebat, Imperatoris dicto non audiens, audacius, ne dicam impudentius refragatus eſt, Latinumque per contemptum ad pugnam provocavit, jure accepturum equum, ſi viciſſet. Sed cum patruo Imperatori, cui bilem effervescere cerneret, diutius reſiſtere non poſſet, equum dat invitus, alioque conſcenſo animo æger, & iracundia æſtuans, directa haſta in hoſtilem aciem tendit: at paulo longius progreſſus, ea reflexa, & humeris impoſita galeaque capiti detracta, ad Perſus* (ad Turcas, ſæpius enim Perſæ dicuntur, quia a Perſis oriundi) *transfugit, a quibus cupide & amanter ſuſcipitur, tum quod eis dum cum patre exulabat, innotuerat: tum quod præſentia ſua ipſorum res firmaturus eſſe putabatur. Neque multo poſt Chriſtiana religione abjurata, Iconienſis Perſæ filiam uxorem duxit.*

Nomine Solimanum Scaechum) *Scacchus aut regum, aut magnorum Principum, aut filiorum Imperatorum atque regum, procerum denique nomen, præſertim apud Perſus, quemadmodum apud Hiſpanos Doni vocabulum. Padiſcacher numero multitudinis ſunt ſupremi Principes ſive Scacchi, παντοκράτορες, velut habentes univerſum imperium, reges regum.*

Plurimas Imp. novellas in Arabicam) *Novellæ appellatæ ſunt novæ Juſtiniani conſtitutiones, ut quæ codicis editionem ſecutæ ſunt. Extant legum novellarum Theodoſii, Valentiniani, Marciani que libri. Harmenopolus lib. 1. εἰσὶ δὲ νεαραὶ, αἱ παρὰ τῶν μετὰ τὸν νόμον βασιλέων τινῶν ἐξετάχθησαν, πρὸς τὰς ἀνακυπτούσας ὑποθέσεις γινόμεναι.*

AD CAPUT XXIV.

Sultanus Azatines (*forte Aladines*) Chriſtian.) *Parentheſin ego interpoſui. Hunc magno luxu in Byzantii complūs totos dies potando & comeſſando exegiſſe ſcribit Pachymerius lib.* 3.

AD CAP. XXV.

Ex præfectura Æni, & Peritheorii) *Urbem Ænum Æneas Trojanus exul in Thracia condidit, ut eſt 3. Æneid.*

— feror huc, & littore curvo
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis.

A Plinio lib. 4. cap. 11. & Mela lib. 2. non Ænum, ſed Ænus genere muliebri, a Dionyſio Æna dicitur, & id cum verbis poetæ conſentit. De Peritheorio ſic ſcriptum eſt a Cantacuzeno lib. 2. cap. 38. Quin & aliam Thraciæ maritimam urbem, ab Anaſtaſio Imperatore, ut fama eſt, conditam, & ab eo dictam, tum autem deſtructam reſtituit (Andronicus junior videlicet) non totam illam quidem: ſed quantum potuit mœnibus complexus, & Peritheorium indigitavit. Videtur dicta, quaſi undique, ſeu ex omni parte ſpectatu digna.

AD CAPUT XXVI.

Othomanes patern. regnum occipit) *Othmanes, ſive Oſmanes (non autem, ut plerique ſcribunt, Othomanus) in Annalibus Turcicis habet nomen Sultani Gazi, qua voce ſtrenuus magnanimuſque miles ſignificatur. Idem cognomentum Orchani filio, & Amurati nepoti, ſeu Urchani, & Murati (quomodo quidam malunt) tribuitur.*

Filii Amurii quidquid a Sangari fluvio) *De partitione provinciarum armis acquiſitarum inter 7. duces Turcicos, vide Laonicum, non longe a principio hiſtoriæ.*

AD CAPUT XXVIII.

A Lazaro dolo necatus eſt) *Modum exponit Laonicus in extrema libri primi. Addit, regno præfuiſſe annis 57. longe pluribus videlicet, quam noſter vult. Laudat eundem eximie.*

AD CAPUT XXIX.

Dictus eſt idiom. Turcico Gilderun.) *Gilderun, ſive Hildrim appellatus eſt; quæ voces Turcis & Tartaris ſunt idem quod cum tonitru fulmen horribile. Tribuitur eidem & græcum cognomentum κεραυνὸς, id eſt, procella, ſive turbo, quod præceps eſſet in actionibus, audiretque neminem. Titulum hunc ejus, caſtris ipſius conſpectis irriſit Temires ſive Tamberlanes, eoque non propter animi virtutem, ſed præcipitem audaciam dignum eſſe affirmavit. Scipiadas duo fulmina belli nominat Virgilius. Et Lucret. lib.* 3. Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror. *Sic Ptolomæus Lagi nepos, Philadelphi frater dictus eſt κεραυνὸς, quod in bello quaſi fulminaret, ut Maro de Julio 4. Georg.* Cæſar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem.

Suis ſedibus a Bajazere pulſi ad Temirem) *Occaſionem belli, quod Bajazeti Temires, ſeu Tamerlanes intulit, ejuſdem legationem ad Bajazetem, & arrogans illius reſponſum, in fine libri 2. diſerte Laonicus perſequitur.*

Conſtabat Ameræ exercitus centum quinquag.) *Longe minores copias Bajazetes duxit, quam Temires: nempe centum quinquaginta millia duntaxat: aut, (ut tradit Laonicus lib. 3.) duodenas tantum myriadas, ex Europa & Aſia collectas, cum mille Triballis ſatellitibus, & cuſtodibus ſuis, in quibus ſpei reponebat plurimum. Ille vicena ſupra octingenta millia in aciem eduxiſſe fertur. Nihilominus Bajazetes tantam multitudinem, ſe cum Alexandro M. (cujus minor fuit exercitus) Temirem cum Dario (cujus multis partibus major) comparans contempſit.*

Caveam ferream f. cur. in qua eum includ.) *Accumbente Tamberlane ſub menſa item tanquam canis fruſtilla ſibi projecta miſer colligebat. Equum aſcendenti, dorſum vice ſcabelli præbebat, ut Sapori Perſarum regi Valerianus Imperator. Conjux item pro pocillatrice ad menſam famulabatur. Magnum humanæ fortunæ ludibrium.*

Ac paulo poſt morte afficit) *Laonicus lib. 4. refert ex aliis, nimia ægritudine ægrotantem, fato ſuo functum eſſe. Regnaſſe annis 25. Adeo præfractum, & temerarium fuiſſe, ut neminem monentem ſequeretur; ſed ſibi ſoli confideret, quando eundum erat in hoſtes. Expiraſſe in Jonio, cum eo in hyberna moviſſet Temires.*

AD CAPUT XXXII.

Qui Cyritzes cognominatus eſt) *De hujuſcemodi Sultanorum cognomentis ſupra diximus. Notio autem hujus mihi nondum liquet: nec eam ignorare magni eſt detrimenti.*

Apud Varnam oppid. rem male geſſit) *Cladem hanc Varnenſem ſub Ladislao Hungarorum & Polonorum rege acceptam anno Chriſti 1444. diſerte & diſtincte Bonfinius rerum Hungaricar. Decad. 3. lib. 6. deſcripſit.* Rex ferventiſſime prælians, dum Corvinum (Joannem Hunniadem) ipſum eripere ſtudentem, & ut vitæ ſuæ parceret, hortantem minime audit, ſed Martio furore provehitur, dextero interim armo confoditur equus. Qui cum prolaberetur in præceps, inter medios Janizarorum enſes regem ejecit: & ita confluente ingenti Prætorianorum manu, cum regia geſtaret inſignia, telorum ſylva confoſſus eſt. In acie ac fuga innumera utrinque multitudo cæſa. Ex Turcis multo plures in acie, e Chriſtianis, quos ad ſedecim millia hominum fuiſſe perhibent, vix tertia pars periit. Ex Turcis autem, qui ad hoc bellum cum ſexaginta millibus hominum ſane confluxerunt, triginta circiter millia interfecta fuiſſe dicuntur. *Sed hanc ipſam cladem non male etiam noſter Chronographus, quanquam breviter, explicavit. Lege ibidem apud Bonfinium quibus verbis Amurates Turcarum rex Deum Chriſtianorum ad ulciſcendam rupti fœderis injuriam invocarit.*

Tand. vit. monaſt. apud Pruſam excoluit) *Apud Varnam magno in diſcrimine conſtitutus, vovit, ſi incolumis, & victor evaderet, abdicaturum ſe regno, abiturumque in Aſiam, & vitam inter ſacerdotes ac Nazaræos acturum. Voti damnatus Pruſam petivit, ubi cum Zichidis qui ſunt Turcarum monachi, & cum aliis doctis ac religioſis Mahometanæ ſectæ verſatus eſt. Alii Magniſiam urbem nominant, ubi multitudo Religioſorum degeret.*

AD CAPUT XXXIII.

Nec tantam regni molem ætati tam immaturæ) *Natus erat tum Mahametes annos non plus viginti, aut certe non multo plus. Prudenter itaque Vezires Amuratem jam ſenem monebant, ne puero gladium, quod eſt in proverbio. Nam adoleſcentes, aut ſtulti atque imperiti homines poteſtate abutuntur, rempub. male adminiſtrant, ad ſuam nimirum, aliorumque perniciem. Calimbaſſam tamen, ſeu Halimbaſſam inter Satrapas Turcarum auctoritate & opibus eminentem ei præfectum attribuit, cui (ut ſuo loco videbimus) parum ſeſe gratum præbuit. Verum iſta a Veziribus admonitio facta eſt, cum Pater ex Pannonia victor reverſus, regno altro ceſſit.*

Caraman. Aliſur. e mort. d. pleraque reg. occup.) *Mortuo Amurate Caramanus Aliſurius, qui jam antea non ceſſabat Aſianos ad defectionem ſollicitare, ut potentiam inde ſuam augeret, tum id maxime faciebat. Invadens igitur tum exercitu regionem Mahometis, populabatur, & prædas agebat. Mahometes rei indignitatem non ferens, cum copiis illi occurrit,*

ejus provinciam vaſtavit , eumque rurſus in montes compulit . Princeps hic Cariæ ab aliis Caramanus dicitur , & ab eo appellata Caramania Cilicia , ſeu Caria .

Profect. Trapezunt. illud quoque reg. cæt. addidit) *Anno circiter octavo a ſubacta Conſtantinopoli, Mahometes II. cum exercitu numeroſiſſimo Trapezuntem terra marique oppugnatum profectus, ea citra prælium ac laborem potitus eſt , nec urbem ipſam tantum , ſed provinciam , ſive regnum totum obtinuit , quod ab Amiſmte initium ſumens , uſque ad Iberiæ (hodie Georgianam appellant , & Iberes illos Georgianos) fines porrigitur , oppidis , urbibus , hominibus frequens . Cives Trapezuntios trifariam partitus eſt . Unam partem ipſe ſibi ac purpuratis ſuis in miniſtros aſcivit . Alteram in urbem Conſtantini colonos deduxit . Tertiam illic in patria habitare juſſit , non quidem intra urbem , ſed extra mœnia . Ipſum regem Davidem Comnenum , cum liberis , cognatis , & omnes ejus primores in navim conjectos , Conſtantinopolim deportavit . Hæc paucis ex Turcogræcia . Obſidio duravit dies 32. Finis Trapezuntio imperio impoſitus eſt anno Chriſti 1460. vide Laonicum.*

Oppidum Hydruntem obſed. & occupavit) *Hydrus Pomponio Melæ , Hydruntum Straboni , Hydra Ptolemæo , Hydruns Appiano , oppidum Apuliæ . Hoc Turcæ aliquot diebus obſeſſum , muris ictibus tormentorum proſtratis in poteſtatem redegerunt , die 11. Auguſti anno Chriſti 1481. Cives partim cæſi , partim in ſervitutem abrepti . Matronæ ſtupratæ , virgines raptæ , ſanctimoniales fœdatæ , adoleſcentes immani feritate trucidati , ſenes equorum calcibus conculcati , ſacerdotes in templis jugulati , prægnantes cum fœtu dilaniata . Ipſe Archiepiſcopus ſenex , pontificia veſte indutus , crucem tremulis manibus tenens , Chriſtianos ad conſtantiam fidei exhortans , ſerra lignea fruſtatim diſſectus . Octingenti circiter capti , cum nollent fidem Chriſti abnegare , educti oppido nudi , inter ſe ad conſtantiam cohortati , in parva valle (quæ nunc Martyrum vallis vocatur) occiſi ſunt . Eorum virtutem egregiam & invictam fortitudinem pluribus explanat Leander Albertus in deſcriptione Salentinorum , regione Italiæ nona . Mortuo Mahomete , poſt crebras cum Turcis , qui Hydruntem tenebant , & infelices dimicationes , oppidum Alphonſo regi , Ferdinandi F. reſtitutum eſt .*

AD CAPUT XXXIV.

Hexamilium reædificavit) *Iſthmum denuo communivit , ſeu muro incluſit , & firmavit . Sæpius in his annalibus ſic nominatur Iſthmus , a ſex milliarium longitudine , ut videtur . De eo vide Laonicum lib. 4.*

Patricius Nicetas trirem. per arid. Iſthmi.) *Fecit quiddam ſimile Mahometes in obſidione Conſtantinopolis , ut lib. 3. narratur . Fecit primus Auguſtus in bello Actiaco . Atque hac de cauſſa , quia navigationi impedimento eſt , multi perfodere Iſthmum , ſed fruſtra conati ſunt . Vide parœmiam , Iſthmum perfodere .*

AD CAPUT XXXV.

Omnes Michael. Balbum Aug. auxil. poſceb.) *Quæ hic de Agarenorum populationibus , & Creta ab iiſdem incurſata referuntur , compendio a Zonara in Michaele Balbo , ſub finem recenſentur .*

Inſulæ bonitat. fertilitatemque) *Uberrima regna vocat Virgilius . Plin. lib. 25. cap. 8. perſuaſum fuiſſe ait , Cretenſibus ipſis , ac aliis , quidquid in Creta naſceretur , infinito præſtare cæteris ejuſdem generis alibi genitis .*

Quum p. his verbis commend. Creta honorat. Jovis nut.) *Poeta ille , ni fallor , Homerus eſt . Locus non occurrit . Honorata autem Creta vel ob hoc ipſum , quia Jovis nutrix ,* & quid Jove majus habetur? *ut eſt apud Ovidium . Jovis magni*

Geurg. Phranz.

inſulam vocat Anchiſes 3. Æneid. Nam cum multæ ſint nationes , quæ apud ſe natum , & educatum Jovem glorientur , verior eſt ſententia , in Creta natum & educatum , cujus etiam ſepulchrum in eadem inſula oſtendebatur , ut teſtis eſt Cic. 1. Tuſculana .

Naves ne una. q. except. concrem.) *Alexander M. tranſiturus cum exercitu in Indiam , cum præ multitudine ſpoliorum gravem jam videret , tardumque exercitum , inſtructis ſummo mane curribus , primum ſuis , ſectoramque impedimentis ignem injecit , idemque deinde reliquos facere Macedonas juſſit , & quæ ſequuntur apud Plutarchum in Alexandro . Quonam modo deluſus ſit Julianus Imp. a duobus transfugis ſimulatoribus in Perſide , ut igni ſuis navibus injecto , omnes præter 12. cremaret , cum eſſent triremes 700. onerariæ 400. narrat Zonaras in Juliano .*

Creta una ex ſeptem nobilib. inſulis) *Unde Creta appellata , quære apud Stephanum . Plinius lib. 4. cap. 12. Doſiades eam a Creta Nympha Heſperidis filia , Anaximander a rege Curetum , Philiſtides , Mallotes , Crates primum Æriam dictam , deinde poſtea Curetin , & Macaron nonnulli a temperie cœli appellatam exiſtimavere . Hodie quidem Candiæ nomen obtinet , a vocabulo urbis receptioris , quæ in ea eſt . Sabellicus initio lib 9 Decad. 1. rerum Venetarum , ubi plura de ejus nominibus , quam & ibidem deſcribit . Quæ autem ſint iſtæ ſeptem inſulæ nobiles , alius dixerit . Forſan in eo numero Cyprus , Sicilia , Anglia reponantur .*

AD CAPUT XXXVI.

Eſt autem hæc inſula montib.) *Tota deſcriptio hujus inſulæ , & quomodo ab Agarenis occupata ſit , ex Joanne Curopalata ſunt petita . Deſcribitur etiam a Strabone lib. 10. Plin. lib. 4. cap. 12. Solino cap. 70. Mela lib. 2. cap. 7. poſt alia hæc de Creta . Urbium notiſſima Gnoſus , Gortyna , Lyctos , Lycaſtos , Holopyxos , Phaſtos , Cydon , Marthuſa , Dictyana , &c.*

Urbes antiquæ ſupra nonag.) *ἑκατόμπολιν vocat Homerus 2. Iliad. Ex quo Virgil. 3. Æneid.* Centum urbes habitant magnas. *Horat. Ode 9. Epod.*

Aut ille centum nobilem Cretam urbibus
Ventis iturum non ſuis .

Plin. lib. 4. cap. 12. Ipſa Creta altero latere ad Auſtrum , altero ad Septentrionem verſa , inter ortum occaſumque porrigitur , centum urbium clara fama .

Cum Rhadamanto in beator. inſulis Judicem) *De Minoe Virgil. lib. 6.*

Quæſitor Minos urnam movet: ille ſilentum
Conciliumque vocat , vitaſque & crimina diſcit .

Idem de Rhadamanto eodem lib. Gnoſius hæc Rhadamanthus habet , duriſſima regna , *Æaci , qui tertius eſt judicum , nuſquam meminit . Duos priores etiam nominat Cic. 1. Tuſcul. Mentio Minois eſt apud Horatium Ode 7. lib. 4.* Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos Fecerit arbitria . *De rebus Minois Diodorus lib. 5. cap. 15. De inſulis beatorum Cic. 5. de finib. Veteres Philoſophi in beatorum inſulis fingunt qualis ſit vita ſapientum. Et in Hortenſio . In beatorum inſulis , ut fabulæ ferunt , immortale ævum degunt . Dicuntur & inſulæ Fortunatæ & fortunatorum : a Græcis μακάρων νῆσοι , & ὀλβιάστοι . De his Plaut. Trinummo .*

Sed iſte eſt ager profecto , ut te audivi loqui ,
Malos in quem omnes publice mitti decet .
Sicut fortunatorum memorant inſulas ,
Quo cuncti qui ætatem egerint caſte ſuam ,
Conveniant : contra iſtoc detrudi maleficos
Æquum videtur . qui quidem iſtius ſit modi .

K ij

Ear feſtiviſſime deſcribit Muret. variar. lect. lib. 5. Strabo lib. 1. Plin. lib. 6. cap. 32.

Alias igni græco incendit) *Ignis hic in iſto Commentario ſemper vocatur ὑγρὸν πῦρ , ignis in humido ardens , ut opinor*. Eſt autem qui a nobis dicitur ignis græcus, inventus anno Domini 679. ſive ut aliis placet 664. Callinicius enim Architectus ab Eleopoli Syriæ ad Romanos confugiens, ingenio ignem a ſe compoſitum edidit, quo uſi in Saracenos Romani , illorum naves exuſſerunt. Ubi igitur in uſu eſſe cœpit , maximæ ex eo res in ſuperandis hoſtibus confectæ ſunt. Cum enim Inger Ruſſorum rex Conſtantinopolim mille , & eo amplius navibus profectus expugnandæ urbis cauſſa fuiſſet , a Romano tum ibi rerum potiente profligatus eſt , omnibus navigiis græco igni exuſtis. Sed & Hugo olim in Gallia ſe pro rege gerens , cum ignem hunc ab Imperatore Conſtantinopolitano ad ſe miſſum accepiſſet , Fraxinetum diu oppugnatam , etiam navibus Saracenorum exuſtis expugnavit. Hinc illi nomen græcus , quod Græco inventore in orbem prodierit. Alii illum maritimum appellant , quod maritimo bello conficiendo ſit aptiſſimus , dum maritimis aquis contemptis , urendi uſum exercet. (*Hinc etiam intelligi quodammodo poteſt , cur , ὑγρὸν πῦρ vocetur.*) Ejus autem vis tanta eſt , ut nullo liquore , præterquam aceto extingui poſſit. Quod ſi arte confectus, aut compoſitus ſit, tametſi Latini inventores fuerint, Græcum dicemus ob virtutis ſimilitudinem : at ſi id natura igni ſit inditum , quod artis non eſt inventum, proprio alio nomine ex loco , vel ex effectu denominabimus. Exemplo ſit ignis ille, qui apud Coloniam Ubiorum viſus eſt, cum Agrippina Claudii ibi moraretur , paulo antequam obiret. In ea enim urbe agroque magnis hiatibus aperta eſt tellus , ignemque emittebat , qui neque aquis , neque humore poterat extingui ; ſaxis autem & pannis duntaxat opprimebatur. *Hæc breviter ex Canicularibus Simonis Majoli , Colloquio XXII. ex optimis ſcriptoribus , quos adducit , ab eodem deſumpta.*

AD CAPUT XXXVII.

Imperator Romanus Puer) *Puer dicebatur , non quod puerili ætate regno potitus eſſet (jam enim vir erat) ſed ad diſcrimen Romani , avi materni , ſenis provectæ ætatis. Si quis autem cum Puerum dictum putet ob vitam pueriliter actam , id quoque moribus ejus eſt convenientiſſimum. Zonaras. Is vero poteſtatem univerſam malis & imbellibus eunuchis tradens capiendis feris , & venando miſere occupabatur , inquit Manaſſes.*

Omnia inſulæ caſtella ſub ſe redigit) *Nicephorus Phocas , Magiſter , Domeſticus legionum , cum juſtis copiis contra Cretenſes Saracenos miſſus , & ſeptem menſibus ſæpiſſime cum iis congreſſus , atque omnibus obſidionalibus machinis eorum oppidis admotis , ea ſubegit : Chandacem metropolim vaſtavit : Curupem Ducem eorum , & ab illo auctoritate proximum cepit. Ac niſi ob conſtantem famam , quæ ferebatur , Romanum , qui Agarenos Creta pulſurus eſſet , omnino Romana ſceptra arrepturum , Phocas inde revocatus fuiſſet , fortaſſis inſula penitus ſubacta , Saraceni pulſi eſſent. Ita Zonaras , unde noſter decerpſit. Similia in Annalibus Conſtantinus Manaſſes.*

Ipſam metropolim Chandacem) *Chandax non Cretenſium , ſed Agarenorum metropolis fuit. Foſſam primum altam fecere (ingreſſi inſulam Agareni) inquit Curopalata , quam valle bene muniendam curarunt , ex quo etiam nunc cognomen tunc impoſitum retinet locus , Chandax appellatus , ibique pernoctabant. Charax verius diceretur , ſed uſus unam conſonantem in alias duas mutavit.*

Cum Itali (Latini) monarch. in princip. varie diviſ.) *Quomodo diviſerint oſtendis , ſed parum accurate. De eadem ſortitione Nicetas libro de rebus poſt expugnatam urbem geſtis. Occaſione autem occupatæ a Latinis Conſtantinopolis , & imperii ſede Nicæam translata , duces nonnulli , qui provincias occidentales regebant , eas ſibi ut proprias vendicarunt ; quoniam Romanis Imperatoribus Thraciam , & Macedoniam Latinis tenentibus , ad illas tranſitus non patebat. Ita docet Mag. Domeſticus , Cantacuzen. lib. 2. cap. 36. Idem ex Prætore Græciæ , auctore nondum in latinum converſo , quem penes ſe habuit , Leunclavius refert , in hæc verba. Qui duces aliis in locis alii fuerunt balteum , ſinguli regionem adminiſtrationi ſuæ commiſſam , tunc ſui juris efficiebant : vel ad hoc impulſi motu proprio : vel ab incolis ad deſcendendam regionem arceſſiti.*

Balduinus Fland. comes Conſtantinop. Imper. ſalutatus) *Danduli Venetorum Ducis opera , cui res commiſſa. Hunc Balduinum ita commendat Nicetas.* Vir erat pius & modeſtus , ne impudico quidem aſpectu mulierem intuitus , quamdiu a ſua conjuge abfuerat. Vacabat divinis laudibus , neceſſitatibus conflictantes ſublevabat , ſuæ ſententiæ adverſantes æquo animo audiebat. Et quod maximum eſt , bis qualibet hebdomade veſperi proclamari jubebat , ne quis in ſuo palatio cubaret , qui alienam mulierem attigiſſet.

AD CAPUT XXXVIII.

Latitud. ab uno mari ad alt. , *ὀργυαὶ* 38co.) *Videndum quomodo hoc menſuræ genus accipiamus. Suidas , ὀργυιὰ τὸ μέτρον τῶν ἐκτάσεων χειρῶν μέτρον ,* menſura quæ inter expanſas utrinque manus continetur , *quam Plinius appellat ulnam , & ita plures Lexicographi interpretantur. Heſychius exponit etiam ποῦς τέχνης* tres cubitos. *Porro Plinius ὀργυιὰν decem pedes longam facit , Herodotus tantum ſex. Quidam apud auctores veterum paſſum , aliter paſſus. In deſcriptione peloponneſi Strabo lib. 8. Iſthmum , inquit , qua naves per ſulcam quendam terra ab uno mari ad alterum traducantur , ſtadiorum eſſe quinquaginta dictum eſt.*

Ad pontum Euxinum , ſive nigrum mare) *μαυροθάλασσα , dicitur , propter nebulas ibi aſſiduas. Ferunt etiam in eodem quotannis ad ſexaginta naves interire. Propter inhoſpitalitatem & immanitatem accolarum pontus hic olim dictus Axenus : poſtmodum ſublatis Scytharum latrociniis , ubi Jones aliquot circum oppida condiderunt , ubi cum Græcis contrahi cœptum eſt , mutato nomine appellatus eſt Euxinus. Ovid. de Ponto.*

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Pontus olim dictus Euxinus , vel hoſpitalis (inquit in Pandect ad annales Turcicos Leunclavius) per contrarium ſenſum , velut Axenos & inhoſpitalis , nunc a Turcis Caradentzi vocatur , & Græcis μαυροθάλασσα , idem utroque nomine ſignificante , videlicet mare nigrum. Nomen hoc ei datum , non quod aquas habeat nigras , quæ profecto limpidiſſimæ ſunt : ſed a ſubitis fœdiſque tempeſtatibus , quæ prius placidum ac ſerenum , puncto momento nigris tenebris involvunt. Ediverſo mediterraneum mare , non tantis obnoxium mutationibus , ſed longe ſerenius , illis Acdenizi dicitur , his aſpra thalaſſa , id eſt , album mare. Germani etiam Das Schwatze Meer.

AD CAPUT XL.

Simil. eſſe form. auctori relig. ip. Mahometo) *Suo quidem ipſorum judicio magis laudare non potuerunt. Ego tamen de forma ſceleſti illius ſingulari & regia nondum quidquam legi. Vidua illa dives noverit , quæ ipſi ſervo ſuo nupſit. Quum eum morbo comitiali laboraret , impudentiſſimo mendacio de Gabriele Archangelo ſibi apparente , ſecumque colloquente , cujus ſplendorem & majeſtatem ferre non poſſet , ludificatus eſt.*

AD CAPUT XLI.

Per divin. angelicumque habitum Matthæus) *De iſta pietate Græcorum Imperatorum Imperatricumque ſupra dixi. Tantum moneo lectorem, obſervet, quam reverenter de habitu monaſtico loquantur Græci, quo his temporibus apud multos nihil eſt deſalcabilius. Divinus eſt, & angelicus, quoniam revera qui eum induti vivunt, ut debent, divini quidam, & angelici homines ſunt. Atqui plurimi non ita vivunt ut debent. Quid tum? nec in purpura, & diademate omnes fuerunt, quales eſſe debuerunt: ipſa tamen purpura & diadema etiam in malis regibus, & Imperatoribus venerationem & dignitatem retinent. Quam multi ſub habitu & inſignibus Magiſtrorum & Doctorum indoctiſſimi ſunt? ipſa tamen inſignia ſpernenda minime ſunt.*

Quod Deſpœnæ form. nat. negaviſſet) *Moribus quidem optimam, ſed non ita formoſam, etiam Laonicus ait lib. 4. Proinde nec cohabitabat, nec Veneris fœdus cum ea inibat: tantum mulieris obrepſerat faſtidium. Mulier animadvertens, ſe marito eſſe invisam admodum, nave conſcenſa ad genere propinquos ſe recepit. Ipſe interim matrimonio ſibi junxit Sarmatiæ (quæ & Ruſſia) principis filiam. Affirmat tamen idem Laonicus lib. 5. ei reconciliatum, ſuaviter in poſterum cum eadem vixiſſe. Sed hoc ante diſceſſum ejus in Italiam contigerit. Nam inter conjuges bellum & pax viciſſim ſunt.*

IN LIBRUM SECUNDUM.

AD CAPUT I.

SPiritualis pater ejus Macarius) *Hujuſmodi dicebantur πνευματικοὶ, erantque Imperatoribus, a confeſſionibus, & conſiliis ſpiritualibus, & eorum animas ad ſalutem regebant & dirigebant, & non ſecus quam patres ab illis obſervabantur colebanturque. Officium ſpiritualis patris exponitur in hiſtoria Cantacuzenica libro 2. cap. 26. Patrem etiam ſpiritualem nominabant monachi eum, cujus ſe arbitria in monaſteriis totos tradebant ac dicabant: quem nunc Abbatem, aut Priorem, aut Præpoſitum dicere ſolemus.*

AD CAPUT II.

De modo monaſticæ profeſſion. Theod.) *Hunc Theodorum non Andronici, Joannis, Conſtantini, Demetrii ac Thomæ fratrem, ſed Andronici filium fuiſſe ſcribit Laonicus his verbis. Andronicus autem profectus ad fratrem in Peloponneſum, victum in Mantinea Laconiæ habuit. Morbus cum in dies invaleſceret, tandem vita functus eſt, Theodorum, qui defuncti quoque filius erat, miſit ad fratrem Theodorum Porphyrogenitam, ut eum Peloponneſi ſucceſſorem relinqueret, &c. ſed errat Laonicus; nam noſter aperte Conſtantini fratrem vocat.*

Conſobrina Caroli Theod. adducitur) *Hic Carolus fuit Caroli Principis filius, & conſobrinam hanc ſuam, id eſt, Leonardi patrui ſui filiam, Conſtantino collocavit.*

Ad ſinum Meſſeniacum) *Sinus porro ſunt (Peloponneſi puta, Meſſeniacus, Laconicus, Argolicus tertius, quartus Hermionicus, tum Saronicus, quem alii Salaminiacum dicunt. Horum alios Africum, alios Creticum, & Myrtoum maria implent. Sunt qui Saronico etiam maris nomen tribuant. Strabo.*

Omnibus odioſus ille fluvius) Πάμμισον ποταμὸν *appellat Auctor. Quis autem ſit hic fluvius, adhuc quæro, & tu licet mecum quæras. Quis enim aut novit omnia, aut quæ novit recordatur omnium?*

AD CAPUT III.

Qui cum Padiate egerant) *Forſitan officii, aut magiſtratus nomen eſt Padiates, aut familiæ, e qua quiſpiam Patris magiſtratum gerebat. Apud Nicetam in Manuele Comneno dux quidam, Theodorus Padiates vocatur. Permulta ſunt in his libris, ad quæ percipienda conjecturis opus eſt. Porro quoniam multus eſt ſermo apud noſtrum de obſidione, expugnatione, poſſeſſione hujus urbis, viſum eſt faciendum, ut quædam e Laonici lib. 5. ad perſpicuitatem totius rei conciliandam hic apponeremus. Poſtea duxit exercitum (Joannes) contra Patras Achajæ urbem quam obſidione circumdedit. Deinde relicto fratre Conſtantino, cui urbis oppugnationem mandarat, navem conſcendit, & Byzantium proficiſcitur. Cum multum jam temporis mœnibus urbis aſſediſſet, nec tamen urbs in manus veniſſet, proditionis conſilia oppidani cum Conſtantino agitant. Aberat enim urbis Epiſcopus, profectus in Italiam auxilii petendi gratia: & longas ibi agebat moras, ut a Pontifice id acciperet. Hanc Achajæ urbem Italici Principes, qui Peloponneſum regebant, ex familia Malateſtarum orti, occupantes, unum quidem dederunt urbi Principem: alterum elegerunt, qui eam adminiſtraret, & ſemper apud Pont. Rom. moraretur. Urbs iſta ubi conceſſit in jus, & poteſtatem Romani Pontificis, accepit epiſcopum, quem miſiſſet Pontifex, ut urbem eam gubernaret. Eo tempore Epiſcopus qui repub. curabat, miſſus a Romano Pontifice, natus erat ex familia Malateſtarum. Hanc urbem ubi domino ſuo junxit Conſtantinus, etiam arcem expugnare aggreſſus eſt: cui expugnationi integrum annum inſumpſit.*

AD CAPUT V.

Sorori trium Archiepiſcoporum, &c.) *Quanam ratione iſtuc verum ſit, alius enquirat, cui plus otii eſt. Sane a matre nobiliſſimum fuiſſe Nicolaum Cabaſilam hinc planum fit. In hiſtoria Cantacuzeni lib. 4. eſt ſacelli curator, ideſt, ſacrarum ædium Præfectus. Eidem Cantacuzeno monachiſmum parturienti addebant ſe ſocios Cabaſilas, & Demetrius Cydonius, qui externæ ſapientiæ faſtigium attigerant, & moribus philoſophantes, vitam cælibem, conjugaliumque moleſtiarum expertem amplexi fuerant. Quocirca præcipuum gratiæ, & amicitiæ & familiaritatis locum apud Imperatorem obtinebant. Hujus Cabaſilæ cum libros VI. de vita in Chriſto in bibliotheca Bavarica reperiſſemus, eos nuper latinitate donatos publicavimus.*

Inque S. Demetrium poemata) *Theſſalonicenſis Prætor fuit hic Demetrius Martyr. Cognomen illi datum μυροβλύτης, propter oleum ex ſacro ejus corpore diſtillans, multis morbis ſanandis ſalutare. A Græcis ponitur 28. Octob. a Latinis 8. ejuſdem menſis. Summa illum veneratione, & a puero coluit Andronicus junior, ut eſt videre lib. 1. apud Cantacuzenum. Multa præclara de eodem Martyre Gretſerus noſter, annotat. in cap. 53. lib. ejuſdem.*

AD CAPUT VIII.

Ut legi tranſcripſi, ſurſumque obſig.) *Græce eſt*, ὡς ἀνέγνωκα αὐτὸ, καὶ μετεγραψάμην, πάλιν ἐσφράγισα αὐτό. *Quæritne, quo pacto il-*

lud verbum, ubſignavi, *intelligendum ſit, ſi lite-ras coſignavit. Si enim amra cera obſignabantur, quo tandem modo rurſus ſigno ſalvo & integro ob-ſignare potuit? hæreo.*

AD CAPUT IX.

Ad S. Mauram inſulam) *Parva inſula eſt Mau-va, vicina Tenedo, habens urbem ejuſdem nomi-nis, ut aliquot aliæ inſulæ.*

Inclytam Theſſal. armis ſubjugavit) *Regabatur dimurates a Joanne Imp. uti a bello Theſſalonicen-ſibus inferendo deſiſteret. Reſpondit. Si illa civi-tas regno tuo ſubjecta eſſet, abſtinerem, amice, hac expeditione. Quia vero ditionis Venetorum eſt, ibo contra, & Deo bene juvante, expugnatam, mihi ſubjiciam. oppugnavit, cepit, magno Græ-corum numero interfecto. Noluerant enim ullo mo-do deditionem facere, quamvis magna pollicito: ſed ad extremum uſque ſpiritum reſtiterant. At La-tini, qui numero pauci erant, fœminarum modo clam aufugerunt. Acciderunt indigenis Teſſaloni-cenſibus moleſta graviſſima, cædes, captivitates, in alia et aliis locis venditiones, charorum inter ſe diſtractiones, per orientem occidentemque diſper-ſiones, dulcis patriæ amiſſo, & alia generis ejuſ-dem, nullo crudelitatis genere ab impiis, ceu fe-rociſſimis beſtiis prætermiſſo. Hæc Turcogræcia.*

AD CAPUT X

Dominu Cleopa filiu Malutestæ) *Hæc mulier Itala, Malateſtæ ducis Marchiæ filia cum Theodo-ri ex Andronico fratre nepote nupta fuit, ſi vera narrat Laonicus, qui odio mariti permotus, mo-nachus fieri voluit. Theodoro Porphyrogenitæ conju-gem tribuit Rhainerii Corinthi & Athenarum Prin-cipis filiam, ex qua nullos genuerit liberos. Verun-tamen Protoveſtiarius expreſſe Theodori ſenioris, & Porphyrogennetæ uxores facit, qui cum ſentire malo. Eam funebri oratione laudavit Georgius Gemiſtus Pletho. Extat in manuſcripto codice Au-guſtano. De Malateſtis Arimini Principibus multa ſane in deſcriptione Italiæ Leander Albertus, in Romanula. Nominat ejus familiæ complures viros inſignes. Sed hanc mulierem, quæ tantum decus ſuis peperit, nominare conveniebat.*

Feili dominici quod ὑπαπάντα) *Sciendum, Græ-cis δεσποτικὰς ἑορτὰς* dominica feſta *appellari præ-cipuos dies feſtos anni, quales ſunt Chriſto, aut Spiritui ſancto dicati, ut Natalis, Circumciſionis, Purificationis, Reſurrectionis, Pentecoſtes, &c. Jam vero qui dies apud nos Purificationis nomen habet, eum iidem Græci nominant ὑπαπάντην* oc-curſum. *Tum enim mirabiles, & inexſpectati oc-curſus contigerunt. Occurrit enim viduitas virgi-nitati, infantia ſenectuti, hominibus Deus.*

Injuſſu magni Domini) *Docuimus antea, ab Italis Turcarum regem Il gran Signor vocari. Græ-ce eſt τῷ μεγάλῳ αὐθέντῃ. Miram vim addit epithe-ton, Magnus, adeo, ut Magnus Dominus plus, quam magnus Princeps, aut magnus rem ſignifi-care videatur.*

AD CAPUT XII.

Incredulitutem veſtrum mugniloquent. Iſulas) *De fide adhibenda in rebus divinis & captum no-ſtrum ſuperantibus, locus eſt egregius apud Theo-doretum ſermone 1. de Fide. Opus eſt nobis oculis intellectus, inquit, ad ea cognoſcenda, quæ vim habent, ut intellecta percipiantur. Sicut enim ocu-lis corporis indigemus ad ea conſpicienda quæ cerni poſſunt: ita indigemus & fide ad divinarum rerum aſpectum. Nam quod eſt oculus ipſe in corpore, hoc eſt fides in diſcurſu animi, & ratione. Aut potius, ſicut luce oculus indiget, per quam ſibi vi-ſibilia oſtendantur, pari modo & intellectus indi-get fide, quæ divina ſibi oſtendat, quæque ſtabi-lem de iis rebus conceptum, perpetuumque con-ſervet.*

AD CAPUT XIII.

Florentiæque coactam ſynod.) *Primum Fer-rariam indicta fuit: peſtis cauſſa poſtmodum Flo-rentiam traslata, ibique finita poſt biennium. Sed ad initium hujus capitis illuſtrandum, cauſſamque ſynodi coactæ, & exitum ejus intelligendum, juvat quædam ex Turcogræcia huc transſcribere.*

Hæc & ſimilia Imperator (Joannes) cernens, quomodo immanis ille Agaru oriundus canis ur-bes ſubigeret (quaſdam prætextu ſpeciem ha-bente: nonnullas verbis lenibus, & falſis pro-miſſis: alias vitque oppreſſione, omnem lapi-dem movens, nullum dolum omittens, ſemper aliquid devorare cupiens) de proficiendo in Ita-liam conſilium cepit: & conſtituendo quamlibet difficili cum Latinis Religionis conſenſu, ut hoc modo aliquibus ſubſidiis comparatis, Aga-renum propulſaret. Qua de re cum ad Papam Eugenium ſcripſiſſet, huic res audita jucunda fuit, de concilioque conflando cogitavit, in quo una ex duabus concors Eccleſia efficeretur, ſi fieri poſſet. Itaque & ſumptus miſit naveſ-que neceſſarias. Nec Papa modo, ſed etiam Cardinales, & alii conſenſus cupidi erant: quip-pe quem ſæpe tentaſſent, ſed nihil profeciſſent, multarum offenſionum incurſu. Significavit igitur Imp. ditionis ſuæ Principibus, ſacerdotibus, & viris ſtudio literarum deditis, eruditioniſque lau-de præſtantibus, qui Conſtantinopolim advene-rant. Horum præcipui erant Trapezuntius, Phi-loſophus Amyrutza, Nicææ Beſſario, Ruſſiæ Iſidorus, Gemiſtus Pletho philoſophus, & alii delecti. Qui cum ad ſacrum faciendum cum Patriarcha Joſepho (qui poſtea Florentiæ diem ſuum obiit) conveniſſent, liturgia in maxima divini logi Sapientiæ templo peracta, navigare inde decreverunt, Exarcho, ſeu Inceptore ſy-nodi deſignato Marco Eugenio Epheſi Metro-polita. Delati in Italiam cum ad Latinos ve-niſſent, poſt plures congreſſus, & integri bien-nii moram; ſane unionem ſeu conſenſum fece-runt, quemadmodum acta Florentina hujus quæ octava nominatur ſynodi perhibent: ſed exitu nullo bono: eo quod ſubſcribere recuſaret Ephe-ſinus, & verborum concertationes, poſtquam Conſtantinopolim rediiſſent, alias denuo multi ſererent. Ea cauſſa fuit nullius poſtea ſummiſſi auxilii. Sed Hylam, ut proverbio dicitur, tan-to tempore clamaverunt.

Non Imp. princip. n. ſed œconom. quærit) *Imperium Orientale olim ampliſſimum (quod & Conſtantinus lib. 3. cap. 24. oſtendit, cum mili-tes ſuos in ultimo illo certamine ad rem fortiter gerendam hortatur) hodie tantopere imminutum & acciſum cernitur, ut qui illud regit, non jam Imp. id eſt, multorum regnorum dominus, ſed u-nius cujuſdam, licet magnæ familiæ curator vide-ri poſſit: cui non tam quomodo rem ſuam augeat, quam quomodo conſervet, laborandum ac providen-dum ſit. Hanc ego verborum iſtorum ſententiam eſſe judico.*

AD CAPUT XIV.

Ei obvium volunt naviculæ, &c.) *Splendidiſſimo apparatu a Venetis Joannes Imp. exceptus eſt. Ad-ventus illius Venetias meminit quidem in hiſtoria Veneta Sabellicus: ſed qua pompa, quibus plau-ſibus introductus ſit, nec unum gry habet. Ac miror, hominem diligentem nihil horum inveſtigaſſe. Ma-gis etiam in ea mutus eſt quam piſcis Laonicus. Immo nec de ejus adventu in Italiam & Ferrariam ullum verbum facit.*

Urbem vere admirandam) *Et hoc, & alio loco lib. 3 ſatis hanc urbem commendat. De ſitu ejus & conſtructione Caſſiodorus lib. 12. Variarum. Venetiæ prædicabiles quondam plenæ nobilibus, ab Auſtro Ravennam Padumque contingunt, ab o-*

viente jucunditate Jonii litteris perfruuntur: ubi alternus æſtus egrediens modo claudit, modo aperit faciem reciproca inundatione camporum. Hic vobis aliquantulum aquatilium avium more domus eſt. Namque nunc terreſtris, modo cernitur inſularis. Ut illic magis æſtimes eſſe Cycladas, ubi ſubito locorum facies cernis immutatur. Earum quippe ſimilitudine, per æquora longe patentia, domicilia videntur ſparſa, quæ natura non protulit, ſed hominum cura fundavit. Viminibus enim flexibilibus illigatis, terrena illic ſoliditas aggregatur, & marino fluctui tam fragilis munitio non dubitatur opponi, &c. Cui otium eſt, legat Sabellici eorum Venetiarum Panegyrica. Ejuſdem præterea de ſitu urbis Venetæ libros 3. Lavakus lib. 4. inter alia multa de laudibus & inſtitutis hujus urbis. Civitas iſta duobus omnes Italiæ urbes antecedit, videlicet domorum magnificentia, & ædificiorum, quæ in mari ſunt ædificata apparatu. Excellit & opulentia, quæ penes cives eſt. Nam cum ſit mercatura & negotiationibus idonea, fit ut incolæ plurimas hinc colligant opes, &c. Adſcribam epigramma Julii Scaligeri de potentia Venetiarum.

Pervia barbariis tellus Oenotria turmis
Pertulit impoſiti pondera dira jugi.
Ipſa ſuos flevit populares Roma Quirites:
Senſit & indomitæ noxia tela manus.
Haud tulit hoc Genius: cujus fatalibus auſis
Tutior in media Roma renata mari eſt.
Clara virum virtus animo: injuſtiaca cupido
Imperii: vaſtæ non numerantur opes.
Jupiter, haud temere tua ſunt tua diſſita cœli
Mœnia. Si poſſunt tangere, parte cares.

Templum illud S. Marci) *Qua occaſione Veneti corpus S. Marci Evangeliſtæ Alexandria avexerint, narrat ordine, & diligenter in hiſtoria Veneta lib. 2. Decad. 1. ad finem Sabellicus.*

AD CAPUT XV.

Hora ſexta cum honore, &c. ingreſſus eſt) *Anno 1438. cum fratre, & quatriduo poſt Joſephus Patriarcha ſenex. Celebratum concilium in templo S. Georgii. Diſputarunt Græci 6. Marcus Epheſius* ἰσγενικός, *Iſidorus Rhutenus, Beſſario Nicænus, Theodorus Xantopulus magnus Sacriſta, Sylveſter Balſamon, magnus Bibliothecarius, Georgius Gemiſtus Pletho. Præcipui fuerunt Marcus & Beſſario. Præcipue reſpondit Julianus Card. Cæſarinus. Nicolaus Secundinus Cretenſis Græcorum ſententias latine eſt interpretatus.*

Habens in Stratorio aquilas aureas) *In gratiam Imp. etiam Veneti, ut ſupra vidimus, cum aquilis aureis occurrerunt. Et in calceis quoque geſtabant auro depictas aquilas, ut cognoſces lib. 3. cap. 18. dum urbs capitur. Ideo autem inſigne Romanorum aquila, quod ut illa avium regina, ita ipſi gentium domini. In ea etiam omnes virtutes regiæ eluceſcunt. Vide Pierii Hieroglyph. in Aquila.*

AD CAPUT XVII.

Pro conſuetud. ſerta nob. impoſuer.) *Sacerdos ſponſo & ſponſæ nuptias acturis ſerta imponebat, & octava die iiſdem ſerta demebat, non ſine ſolemni precatione. Vide Euchologium Græcorum, ubi vocatur* ἀκολουθία στεφανώματος, officium coronationis.

Qui canicleo præerat) *Genus quoddam honoris ſummi fuit præeſſe Canicleo. Fuit autem Canicleum ara & monaſterium Conſtantinopoli in urbe, quod ſocero Imperatoris, ſi eſſet, honoris ergo dabatur incolendum. Et is coram Imp. genere vehebatur, nec tenebatur coram eo in pedes procidere, ut alii omnes qui in dignitate erant Imperatoris beneficio. Ita Scholiaſtes Curopalatæ de Officiis aulæ Conſtantinopolitanæ.*

Et Beſſarion Nicææ Epiſcop. qui Romæ ſedem) *De hoc ſummo viro nonnulla ex elogio, quod illi confecit Paulus Jovius, apponam quæ huic loco ſunt perappoſita.* In celeberrimo gentium omnium concilio, quo Florentiæ diſceptantibus Græcis & Latinis, præſidenteque Eugenio, Chriſtiani dogmatis fides publici conſenſus auctoritate firmata eſt, Beſſarionis Nicæni mirifice virtus ſenatorii ordinis ornamentum promoverit. Datum eſt enim honori totius Græciæ ab antiqua pertinacia diſcedenti, ut duo ejus nominis, Iſidorus ſcilicet atque Beſſarion in purpura conſpicerentur. Sed in Beſſarione virtutes omnes uſque adeo præcellenti temperamento concentuque ad imitationem reſponderunt, ut nemo eo Chriſtiana probitate ſpectatior, nemo admirabilior doctrina, & nemo denique generoſis moribus ornatior atque ſplendidior hoc ipſo, a morte ejus ſexaginta annorum curriculo in ſenatu conſpectus ſit. Senatoriam enim gravitatem ore probo atque blandiſſimo condiebat, ac ipſam viſi optimi famam domi & foris nitida ac hoſpitali diſciplina, & liberalis animi beneficentia tuebatur: cum ſubactæ Turcarum armis, & ideo concidentis Græciæ ingenia diu jactata mari & terris, apud eum certiſſimum ſalutis portum invenirent, & qui in Academia nomen darent, eodem patrono atque hoſpite uterentur. Habitabat ſub Quirinali ad ſanctos Apoſtolos: deducebatur autem mane in Vaticanum, non exculto quidem & numeroſo, ſed uno virtutis nomine decoro maxime comitatu: quandoquidem præclara græcæ, latinæque linguæ lumina, peregrinorum requiſita oculis, circa eum in triviis civium digito monſtrarentur. In his enim ſæpe conſpecti ſunt Trapezuntius, Gaza, Argyropylus, Plethon, Philelphus, Blondus, Leonardus, Pogius, Valla, Sipontinus, Campanus, Platina, Domitius nullo ævo perituri, &c. *Adde his ex Laonici lib. 6. Beſſario tanto erat inſtructus a natura intellectu, ut præſtantiſſimos Græcorum non dico æquaret, ſed ſuperaret. Judicio in re qualibet plurimum pollebat. Græcorum, latinarumque litterarum peritia tanta huic viro inerat, ut facile eruditionis palmam inter omnes caperet. Nicolaus Eugenii ſucceſſor virum hunc coluit plurimum. Quapropter urbi Bononiæ opulentæ illum præfecit. Cum autem ea urbs uſque ſeditionum procellis jactaretur, & ſeditioſi aſque contendere inter ſe non ceſſarent, plane inter iſtos tumultus vir ille divinus apparuit.*

AD CAPUT XVIII.

Uti rex per ſe prælium confereret) *Non æque prudens horum juniorum conſilium fuit ſuadentium, ut poſtea Jani diſſuadentis, cui etiam eventus favit; quamvis ex eventu conſilia æſtimanda non ſint. Prudentius autem conſuluiſſe patet ex doctrina Onoſandri, eximii doctoris militaris, eadem ſed fuſius diſſerentis Strategici cap. 33. Imp. ſi quando ipſe decertet, caveat diligenter ne ſit audacior, aut potius manum cum hoſte non conſerat. Nam licet præſtabilem fortitudinis operam navare poſſit, non tamen tantum ſuis pugnando proderit, quantum occumbendo oberit. Illius enim prudentia longe anteponenda fortitudini. Et ſane animum ſuum induxiſſe creditur, de rei & exercitus totius interitu minime eſſe ſollicitum, quia ſcilicet ejus, in quo omnium ſalus verſatur exitium parvi facit, & omnes quoque omnino ſecum una profligari dolo malo velle videtur. Reliqua ne ſim longior, omittam.*

At Jancus magiſter militiæ) *De clade Varnenſi differitur hoc capite, in qua pugna temeritatis ſuæ pœnas morte luit Ladislaus rex, dum conſiliis Janci parere non vult. Jancus autem hic, cujus aliquoties in his annalibus eſt mentio, eſt Joannes Hunniades, quem & Choniaten, & Corvinum, & Candidum ſcriptores nominant: quo præſtantiorem*

Digitized by Google

domi militiaque viſum illa tempora non viderunt. Valacho patre, Græca oriundus, induſtria & virtute ſupra omnium opinionem genus ſuum illoſtravit. Vide plura apud Bonfin. rerum Hungar. Decad. 3. lib. 3. Defendit Albam Græcam adverſus Mahometem anno 1456. eaque obſidione ſoluta eſt mortuus. Quem F. Joannes de Capiſtrano ejus commilito, ſic inter cætera deploravit. Salve aureola cœli, quæ cecidiſti, corona. Regni extincta es lucerna. Orbis corruptum es ſpeculum, in quo nos diutius inſpicere ſperabamus, & alii. Nunc in devicto inimico triumphas coram Deo & angelis, o bone Joannes. Hæc ille. Hic Matthiæ regis Hungariæ pater fuit, Turcarum fulmineus terror appellatus. Traditum eſt, adeo ejus nomen fuiſſe terrificum, ut pueris ploratibus matres potiſſimum Huniadis adventum minitantes, ceſſationem impetrarent.

Chamatzes vocab. & Peloponneſiotu) *De nomine hujus Janitzari controverſia eſt; in Annalibus enim Turcicis Cheter, ſeu Cheſer, apud Laonicum Therites dicitur. Vide Leunclavium Pand. pag. 318. Dies pugnæ fuit 10. aut 11. Novembris. Cæſa Chriſtianorum millia decem, Turcarum triginta. De ſacra hoſtia a Ladislao pignori accepta, & ab Amurate in ſummo diſcrimine e ſinu prolata, cum teſtatione numinis Chriſti, & deteſtatione violatæ ab ipſo fidei, vide eundem pag. 317.*

AD CAPUT XIX.

Et Lazaro fil. Georgii Deſp. nuberet) *Ex Annalibus Sultanorum Turcicorum docet in Pandecte Leunclavius.* Turcas a Lazaro vel Eleazaro Bulco, ut a Laonico nominatur, qui primus regionem Iſtro adjacentem, ſive Serviam a Stephano rege Bulgaro nactus fuit, ſucceſſores omnes Serviæ Deſpotas, ſive Principes appellaſſe Lazaros, ut omnes Conſtantinopoleos Imperatores itidem dixere Conſtantinos. Laonicus ipſe quodam in loco, Georgium Serviæ Deſpotam (hujus Lazari patrem) more Turcico Eleazarum, ſive Lazarum vocare videtur, ubi dicit, Eleazarum pro Belgrado multas urbes in Pannonia conſecutum a Sigiſmando. Iidem Principes a Turcis alicubi etiam Bulcogli nominantur, ab hoc primo Lazaro Balco, tanquam Bulci filii, vel poſteri, ſicut & Michalogli, & Malcozogli ſunt Michalis, & Marci poſteri. A Serviis autem ratione prorſus conſimili Baleovitzii fuere vocari, velut Bulcii filii, ſive poſteri. Nam id lingua Sclavorum, aut Venandorum qua Servii utuntur, familiare eſt. Sic etiam hodieque Moſcovii Baſilovitzios, Theodorovitzios, Juanovitzios pro filiis Baſilii, Theodori, Joannis dicunt. Sic Cratevitzii Bulgarorum Principes erant a Crato. Sic ab auctore generis appellati Cernovitzii, Catari Dalmatiæ, regioniſque vicinæ quondam reguli. Sic Karlovitzii dicebantur in Albania, vel Epiro Dyrrhachini, vel Durantzii Principes, quod a Karulo propagati fuiſſent, ex regum Galliæ familia, &c.

IN LIBRUM TERTIUM.

AD CAPUT I.

QUæ Demetrius cum f. ſua moliebatur) *De contentione Demetrii pro imperio, de ejus adverſariis, de ſacramento inter fratres dicto, & a Thoma violato, de Turcis a Demetrio in auxilium vocatis, lege extremæ lib. 7. apud Laonicum.*

Apud Calliopolim) *Sæpe invenies ſcriptum Calliopolis. Ajunt diſtare quatriduo itinere Conſtantinopoli, magnam nunc etiam urbem eſſe, carentem muribus, habitari a Græcis, Judæis, & Turcis. In ſuburbano ſpecie collium cerni ſepulcra regum veterum Thraciæ.*

Ad Principem Iberiæ Georgium) *Iberes Europæi ſunt Hiſpani, & Iberia Europæ Hiſpania. Iberes Aſiatici ſunt, qui hodie Georgiani, Hiſpanorum coloni: & Iberia Georgiana. Ne quis igitur in Iberia, & Iberes nominibus hallucinetur.*

Quia vitam ultra centum quinquag. annos) *Merito igitur ******. Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedant, Gymnetas appellat, non pauci macrobios. Cteſias gentem ex his quæ appellatur Pandoræ, in convallibus ſitam, annos ducentos vivere, in juventa candido capillo, qui in ſenectute nigreſcat. Artemidorus, in Taprobana inſula longiſſimam vitam ſine ullo corporis languore traduci. Plinius lib. 7. cap. 2. Cæterum tota propemodum iſta ſenis narratio de mirabilibus Indiæ, ſumpta eſt ex Cedreno, & inſtar epiſodii a Protoveſtiario inducta.*

AD CAPUT III.

Ut fœminæ dotem dent viris, ſed contra v. fœm.) *Plutarchus in Solone & Lycurgo ſcriptum reliquit, eos ſponſas, ne magno conjugia inirent, viris dotes dare legibus vetaiſſe. Tacitus de moribus Germanorum narrat, viros uxoribus dotes dare coactos. Qua non exhibita, nihil conſociatum, aut fœderatum ſponſalia haberent. Apud Cantabros etiam, niſi a viro ſponſæ dos ſoluta fuiſſet, nullum enim matrimonium. Multa de dotibus dandis & accipiendis Alexand. Neapolit. lib. 4. cap. 8. Notanda præterea quæ in hoc capite de variis gentium moribus ſcribuntur. In extremo adſcripta erat promiſſio, quam dabat rex Iberiæ Protoveſtiario his verbis. Quando autem tu, Deo juvante, ad illam (filiam ipſius, nuptam Conſtantino Imp.) abducendam veneris, donabo tibi ſerici partes quatuor, Sericum illud minime exoleſcit, vendituque pars aureis quingentis. Itaque donum promittebatur paranympho huic duum millium.*

In qualibet regione & gente quæd. ſcripto) *Quæ hic a rege Iberiæ ex Cæſarii, fratris Gregorii Nazianzeni libello de variarum gentium legibus, conſuetudinibuſque differuntur, ex Cedreno ad verbum deſcripta ſunt.*

AD CAPUT IV.

Ut filia regis eſſet ſibi uxor) *Hanc tamen non duxit, quod ex hac hiſtoria appareat, obſidione intervenîente. Antea 2. habuerat: conſobrinam Caroli Principis filiam, & Catelufii poſtmodum, domini Lemni inſulæ, quarum prior Theodora, poſterior Æcatharina nuncupata eſt.*

AD CAPUT VII.

Capiti huic præſcripſi hæc verba, De expugnatione & vaſtatione Conſtantinopolis. *Hinc enim calamitatis illius decantatiſſimæ narratio ſumit initium. In codice græco iſta verba, velut inſcriptio & ſumma quædam capitum ſequentium legantur.* ἀρχὴ τῶν ὠδίνων καὶ ἀφανισμοῦ τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων, συγγραφεῖσα παρὰ γεωργίου τοῦ φραντζῆ. Principium dolorum & vaſtationis regiæ urbium, conſcriptum a Georgio Phranza. *Deſcribitur ejus expugnatio lib. 3. Turcogræciæ. Et rurſum ibidem ex epiſtola Matthæi Camariotæ. Item a Laonico lib. 8. ab Ænea Sylvio Europæ cap. 7. Leonardo Chienſi, & Iſidoro Cardinali, qui eo tempore Eugenii Pontificis Legatus ibi verſabatur, & Sabel-*

Sabellico in hiſtoriæ Veneta Decad. 3. lib. 7. Omnes tamen hi in commemorandis cladibus potius & miſeriis, quas ultimo ille die pertulit Conſtantinopolis, quam in ejus oppugnatione & propugnatione ante oculos ponenda occupati ſunt; Atque haud ſcio, an non inter illa tam lacrymoſa & indigna quæ afferunt, quædam falſa & commentitia, ipſiſque veris ad majorem in Turcas indignationem commovendam affictа ſint. Ut brevis ſim, auctori noſtro plurimum in iſta narratione fidei tribuendum cenſeo.

Quidnam ipſe quoque perenni. d. m. perpetuare) *Sine dubio ingentis ſpiritus & animi argumentum, parta a majoribus gloria contentum non eſſe. Virgil. 3. Georg.*

> *——tentanda via eſt, quam me quoque poſſim*
> *Tollere humo, victorque virum volitare per ora.*

Juxta Aſomatum) *Ultra S. Phocam Archangelus eſt, locus ſic ab Archangelo Michaele dictus, veteres Cataſcepen nominabant. Nicetas. Monaſterium in Ponti faucibus, loco qui Cataſcepe dicitur, extruxit, archiducis Michaelis nomine. Vocant nunc etiam Græci Aſomaton, propterea quod angeli corporis expertes ſunt. Habes in his verbis rationem vocabuli.*

Ad anguſtias caſtell. ſive arcem conſtruere) *Ad hoc caſtellum condendum (ut eſt in Turcogræcia) etiam cives Conſtantinopolitani quæ uſui erant ſuppeditarunt, alimenta ex parte, lapides, & hujuſmodi. Id metu adducti faciebant, ne bellum forte ipſis inferret. Et quanquam prohibere poſſent, ſpem tamen quidam habebant in fœdere, & juramento, quod cum patre ipſius factum fuerat, quod etiam ipſe a ſe confirmatum ſervabat, ſummamque erga Byzantios benevolentiam præſeferebat. Habebant ſpem oppidani, ſe, ſi quid periculi viderent, poſſe illud, ne in propinquo ſitum, diruere. Sed ea ſpes fallax fuit. Nam Agareni interea equeſtribus excurſionibus de more factis, homines rapiebant, quos obvios habuiſſent. Urbem, & Læmocopiam vocat Laonicus principio lib. 8.*

Ut ibid. mœnia urb. & foſſas, &c. ſi. q. u. n. contempt.) *Græca ſic habent. διέβη εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν, ὡς φαίνεται, ἵνα ταῖς δυσὶν αὐταῖς ἡμέραις ἴδῃ τὰ τεῖχη τῆς πόλεως, ἢ τάφρον, καὶ εἴτε ὅπερ αὐτοῖς ἐλογίζετο. Senſum & verba expreſſi. Forſitan mœnia aut ampliabat Adrianopoli Mahometes, aut firmabat magis, aut inſtaurabat, aut novis urbem muris & foſſis communiebat.*

Cum copiis ingent. in Peloponneſ. mittuntur) *Diſerte de hac expeditione quem ſæpe nominavi Laonicus, ipſo initio lib. 8.*

Parvæ Romanor. ſcintillæ hæres natus) ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῶν ῥωμαίων μικροῦ σπινθῆρος κληρονόμος. *Supra lib. 2. cap. 13. dixit Manuel, Imper. Rom. illis temporibus propter imperium tam diminutum magis œconomum, quam Imperat. videri: hic longe plus dicitur, cum id quod de Romano imperio ſuperfuit, parva ſcintilla, hoc eſt veſtigium, ſeu portiuncula exigua, & propemodum puncti inſtar vocatur. Non potuit dicere ἐμφατικώτερον.*

Andreas Palæol. Thomæ Deſp. filius) *Hic poſtea Romæ ſcorto vulgari in uxorem ducto eſt mortuus. Natu minor Manuel, Roma profugiens Conſtantinopolim venit, ſuaſu quorundam familiarium, qui montes aureos apud Sultanum illi pollicebantur. Acceptus eſt humaniter, & aliqua loca ei in victum perpetuum attributa, & Salarii nomine in ſingulos dies centum aſperi, duo etiam miniſtri cum duabus ancillis non deformibus. Ex earum compreſſu Joannem & Andream filios genuit. Vitam fœlicem egit, in honore habitus. Selimus poſtea Imper. Andream in caſtrum regium tranſtulit, quem Agarenicis ſacris initiatum, Mehemetam appellavit. Joannes in morbum delapſus animam efflavit, humatuſque eſt in Pammacariſtæ monaſterio. Ex Turcogræcia.*

AD CAPUT VIII.

Helepoles, & helebolicus) *Adde his etiam heleboles, & helebolіſcos. Fuerunt tormenta, e quibus lapides majores minoreſve ad expugnandas & capiendas urbes, unde nomen invenerunt, jacerentur. Tormentorum curulium æneorum, qualibus noſtra militia utitur, uſus nondum fortaſſe fuit: nihil enim affirmo, propter locum infra ſequentem.*

Naves ex Liguria tres, &c.) *Quidam ita numerant & diſtinguunt. Genuenſium ſeptem, Cretenſium tres, ex Chio inſula paucæ, omnibus rebus neceſſariis ad urbis defenſionem inſtructæ. Sabellicus hiſtoriæ Venetæ lib. 7. decad. 3. Ad ejus (catenæ de qua infra) præſidium tres Venetorum triremes erant, quæ ex pontica negotiatione ſub id tempus redeuntes, ut Chriſtianæ urbi auxilio eſſent, in portu ſubſedere. Erant & Cretenſes quædam naves, ac cethea una Liguſtica eximiæ magnitudinis, cui Georgius Aurius præerat. Inde 3. aliæ Genuenſium, ejuſdem pene magnitudinis ex Chio affuere, commeatus & virorum plenæ, &c.*

Ejus ambit. decem & octo milliar. circund.) *Videndus Petrus Gyllius in deſcriptione Conſtantinopolis. Centum & undecim ſtadia in circuitu continere dicit Laonicus. Quare cum milites defenſores per tantam amplitudinem diſtribuerentur, nec eſſent multa admodum millia, neceſſe fuit eam parum bene munitam, vel potius immunitam eſſe.*

Catenam ferream prægrand. ante os portus prætend.) *Venientibus Turcis catenam eximiæ craſſitudinis objecit ad anguſtias ſinus, quæ inter Byzantium & Peram ſunt. Ea a Gallorum turri ad Peranæ Claræ pontem protendebatur. Sabellicus in hiſtoria Veneta. Lib. 7. de rebus Manuelis, narrat Nicetam non procul a continenti, in mari extruxiſſe turrim Damalim, quæ tum Arcula vocaretur: & alteram turrim e regione juxta Manganium monaſterium: eo conſilio, ut ferrea catena utrinque extenta barbaris navibus aditus in loca urbis arci vicina, & tractum illum omnem, uſque ad Blacherniam regiam, intercluderetur.*

Cujus os pateb. ſpithumus duoden) *Hinc quiſpiam ſuſpicabitur fuiſſe hanc helepolim tormentum æneum murale, noſtrorum ſimile, quandoquidem os habuit: & multo magis ex verbis mox ſequentibus.* Magna porro illa helepolis propter continentem jaculationem, & quia metallum adeo purum non erat, dum exploditur, magiſtrum tormentarium flamma haurit, & ipſa in complura fruſta diſſiliens, multos percuſſu necat. *In Annalibus Turcicis ita legitur. Bellica quoque tormenta fundi juſſit, inſtar draconum. Ignes ſcilicet vomentia. Laonicus etiam ante hoc tempus, cum a Bajazete, & ejus patre Amurate Byzantium obſideretur, bombardarum, & globorum, qui inde torquentur ſæpius meminit. De inventione bombardæ, materia, forma, uſu, pulvere tormentario diſſerit idem lib. 5. Sed eſto, quædam machinæ tales fuerint: credibile eſt alias ligneas fuiſſe, unde grandia ſaxa exploderentur.*

Non amplius 4970. præſ. extran. vix 2000.) *Egregius profecto defenſorum tantæ urbis numerus, ſeptem millia: addamus enim 30. ſi placet, ad 70. Faciat rem credibilem, quæ ſtatim de ſubducta ratione ſubjunguntur. Extranei illi partim Veneti, partim Genuenſes fuerunt. Quidam ajunt fuiſſe Græcorum militum millia ſex, auxiliariorum Venetorum Genuenſiumque tria millia, cum haberet Mahometes ad trecenta millia, quæ per longa locorum ac temporum intervalla adduxerat; quæ quidem multitudo maxime ex vicinis gentibus collecta fuit, quæ adhuc ſub Chriſtiani nominis titulo diram ſerviebant ſervitutem, vel ſaltem deſertis religionis Chriſtianæ ſacris, turpiter ad barbarum hoſtem defecerant. Conſtabat nimirum ex Græcis, Illyricis, Valachis, Dardanis, Thracibus, Bulgaris, & Triballis. Turcæ pauci fuerunt, & eorum pars fuit ex Aſia, Bithyni, Galatæ, Lidi, & Cilices. Ex Bizaro, hiſtoriæ Genuenſis lib. 12.*

AD CAPUT IX.

Ligur quid. Joan. Joſtinian. Longus) *Quomodo hic laudes ſuas ad extremum fœdaverit, infra cognoſces. Finis principiis non reſpondit.*

Joannes quid. German. io machin. bellicis) *Exiſtimo hunc ipſum eſſe, de quo in hiſtoria Genuenſi his verbis ſcriptum eſt a Bizaro. Habebat ipſe dux (Joſtinianus) Joannem Grandem Alemanum, paſſim in hiſtoriis notum, cujus opera & vel bellicæ peritia fortiter irrumpentes Turcas repellebat.*

Cum lignis [a] paravit) *μετὰ ξύλων σχοιτρῶν κατανδήσας. Legendum fortaſſe χόνδρων, ſic interpungendo, μετὰ ξύλων, καὶ χόνδρων. χόνδρος eſt cartilago, ut funes nervicei, & alia hujuſmodi vincula indicentur, in iſta machina componenda & vincienda adhibita.*

Int. & extra triplicat. corio bubal. & boum tergor. contexit) *Helepolis hoc loco deſcripta, longe alia eſt ab ea, quam ſupra infruſta diſſiluiſſe retulit, & ad turres potius referenda, non abſimilis illi, quam lib. 3. Poliorcet. dialogiſmo 1. ex Ammiano lib. 23. Lipſius deſcribit. Coriis autem ciliciis, velis molliter ita ſuſpenſis, vim balliſtarum, catapultarum, leviumque telorum excipiebant, & frangebant: imma & ignita jacula repellebant. Vide plura apud Lipſum Poliorcet. lib. 3. dialogiſmo 9.*

AD CAPUT X.

Tres naves Liguſticæ in Chio oneratæ) *Male Laonicus, duas tantum fuiſſe, unam Januenſium, alteram regiam. Immo regia quarta fuit. Multo autem harum 4. navium cum Turcica claſſe certamen virtutemque luculentius noſter deſcribit.*

Manus ſibi ut canis mord. arripit) *Præ ira in ſemet ſævire, ſeque laniare, ſine dubio magis beſtiarum quam hominum, aut certe inſanorum & furentium hominum eſt. Tamen laniatus crinium, & genarum, in funeribus præſertim, & tragœdiis legimus: ſed in luctu, cujus magnitudini iſta venia danda. At in Chriſtiano homine, qui rebus perditis ſpes ſuas in domino locare, & chariſſimos in vitam redituros credere debet, neſcio an ejuſmodi mores probandi ſint. Satis porro graphice Mahometes iratus a Protoveſtiario depingitur.*

Et pede homum pulſat) *Geſtus iraſcentium. Cic. 3. Tuſculan. cum Heracleotes Dionyſius affirmaſſet, cum tantum operæ philoſophiæ Stoicæ dediſſet, dolorem tamen ferre non poſſe, ſatis eſſe argumenti, malum eſſe dolorem, tum Cleanthem, cum pede terram percuſſiſſet, verſum ex Epigonis ferunt dixiſſe, &c. Alioqui pulſare humum pedibus, etiam de ſaltantibus dicitur a poetis.*

Ant Niceram patricium, quando & ipſe) *Supra lib. 1. cap. 36. Per montem 70. naves hoc modo traduxiſſe, & in littore portus collocaſſe, auctor eſt Laonicus, qui pontis quoque ex doliis conſtructi meminit. Vide lib. 8.*

AD CAPUT XI.

Bailo Hieronymo Mino) *A Laonico redditur πρύτανις, quæ vox idem ſonat, quod Adminiſtrator, Præfectus, Prætor. Aliter, & aliis nonnullis regiones urbis ad tuendum diſtributas narrat Leonardus Chienſis, ut recitat in Annotat. auctor Turcogræciæ.*

Ad numerand. palst. pecun. deficieb.) *Cives ditiores nihil conferre in ſtipendia volebant, & Imperatore petente, ſibi pecuniam eſſe negabant. qui poſtmodum capta urbe tantos theſauros ſuos Turcis fodientibus perdiderunt. Sic enim infra clauditur cap. 17. omnia domicilia & loca Chriſtianorum perquirebant, & perfodiebant impii, ut pecuniam abditam invenirent, plurimiſque theſauris, ac veteribus & novis, iiſque pretioſiſſimis rebus implebantur. Reprehenditur ob hoc idem etiam Notaras a Mahomete, ut videbis cap. 18.*

Sed domino ſuo quadrup. reſtiturum) *Alexius Comnenus Novella quadam, nulla de cauſſa, ac nulla in neceſſitate vaſa Deo dicata in uſum profanum converti vult, & ejus velut peccati veniam a Deo petit, reſtituturum, quamvis cogente neceſſitate ablata pollicetur: ſerius facientem devovet his verbis, quæ ad ſacrilegos terrendos ſubjiciam, qui etiam nulla compulſi neceſſitate Eccleſias auro, argento, veſte pretioſa, theſauris ipſarum denique audaciſſime ſpoliant.* Quod ſi quis in poſterum, mi Domine ac Deus manus injicere rebus ante conſecratis, aut etiam deinceps dedicandis ſacris diviniſque cimeliis, & ſupellectili, & vaſis, & ſacroſanctis ac venerandis Eccleſiis tuis auſus fuerit, is locum nullum videat in die viſitationis tuæ: non ei tempore matutino ſol oriatur, non vel hic tuum impetret auxilium, vel poſt hanc vitam abs te juvetur: ſed inſpectionis & cuſtodiæ tuæ prorſus ſit expers. Tantum nunc propitius eſto, mi rex, hæreditati tuæ. Siſte juſtam contra nos iram tuam, &c.

Quadrag. juven. Græcos & Italos) *De his juvenibus brevius, & diſſimiliter ſcriptum extat in Turcogræcia lib. 1. Oppidani navigio parvo ac celeri quadraginta juvenes emiſerunt, qui clam hoſtilem claſſem incenderent, Cynegia porta egreſſi. Id cum Latini, qui Galatam incolebant, percepiſſent, ſtudii ſui erga Turcas ſignificandi cauſſa, flammæ de magna turri indicio, hoſtibus eos prodiderunt. Qui globo bombardæ e trireme emiſſa, celocem ſummerſerunt. Ita præclari illi juvenes vitam aquis ſuffocati amiſerunt. De ſupplicio, ut cætera taceam, longe aliud a noſtro ſcribitur, ut vides. Libet etiam verba Laonici attexere. Turcæ intellecto Græcos accedere, arreptis bombardis, duas eorum naves ſummerſerunt. Vectores qui natare neſciebant, a Turcis capti ſunt. Turcæ, ubi primum diluxit, captivos ad urbis portas adductos, in conſpectu Græcorum mactant. Erant & apud Græcos Turcæ quidam in vinculis, quos in pinnas muri rapientes, e regione hoſtilium caſtrorum interemerunt.*

AD CAPUT XII.

Nolite mutuum belligerare) *Quid perniçioſius diſcordia militari? præſertim cum exercitus eſt exiguus. Nam ut paucorum conjuncta & conſpirans virtus invicta eſt: ſic quamvis multorum robur diſſidia & ſeditione intercedentibus faciillime vincitur. Itaque miſerrimus Conſtantinus Imper. in ſedandis duum diſcordiis & nunc, & infra rurſum laborat.*

Ore ſceleſto contum.l. io miſer. Imp.) *In Imperatorem probra jaciebant, quia miſer, nec tum ſe vindicare poterat, & magis ipſe in eorum, quam ipſi in illius poteſtate erat. Capite ſequenti Turcæ etiam Ameræ non dubitant maledicere, a quo ſe in ſummum periculum adductos arbitrantur.*

Quoſd. etiam præter. ſibi convitiant. a. ſ. audiebat) *Audiebat quidem, ſed ut paulo ſupra dictum eſt, nihil reſpondebat, Davidem imitatus. Trajanum quævis convitia toleranter ferre ſolitum ſcribunt hiſtorici, cum diceret, Imperatorem Deo ſimilem eſſe debere, atque oris maledici petulantiam commode perpeti.*

AD CAPUT XIII.

Ex decem unum illis opponere ſatis) *Locus ſumptus apparet ex Homeri Iliade, ubi Agamemno volens oſtendere copiarum græcarum ingentem numerum, ait, ſi decem Græci deberent propinare uni Trojano, multas decurias non habituras, cui propinarent. Hoc voluit, decies, & amplius Trojanos a Græcis multitudine ſuperari. Sic paucitatem Hieroſolymitanorum Rabſaces Aſſyrius Legatus irridebat. Dabo vobis duo millia equarum: videte num habere valeatis aſcenſores 4. Reg. 18.*

Deus ſolus tibi timendus eſt) *Deus ſuperbos humiliat, & humiles exaltat,* in cujus manu ſunt o-

mnes fines terræ. Donec ſcias (*inquit Daniel Nabuchodonoſori cap. 4.*) quod dominetur excelſus ſuper regnum hominum, & cuicunque voluerit, det illud. *Et tamen plurimi reges, & privati hunc non timent, qui in flagitiis, & ſceleribus ſuis ſine ulla deſinendi ac reſipiſcendi voluntate liberrime volutantur. Ad frangendos ſpiritus arrogantiores nihil illa ſimilive admonitione utilius, qua ad Ulyſſem Minerva utitur apud Sophoclem, cum ei Ajacem Deum contemptorem jam miſerum, & mente captum oſtendiſſet.*

Τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν, ὑπέρκοπον
Μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος,
Μηδ' ὄγκον ἄρῃ μηδέν', εἴ τινος πλέον
Ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακροῦ πλούτου βάθει.
Ὡς ἡμέρα κλίνει τε καὶ ἀνάγει πάλιν
Ἅπαντα ἀνθρώπινα. τοὺς δὲ σώφρονας
Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.
Hæc intuetor, nec ferocioribus
Unquam laceſſe cœlites dictis deos,
Nec inſolenter te geras, ſi pluſculum
Quam cæteri dextra, vel auro polleas.
Mortalium res auget, & premit dies.
Amant modeſtos, exſecrantur dii malos.

AD CAPUT XIV.

Rem om. ſæculor. mem. dig. peragite) *Nec ita auribus perceptí tubarum clangores animos ad pugnam acuunt, aut irritant, ut hortatrix ad virtutem & gloriam oratio, intrepidus expeditæ aciei mentes ad oppoſita pericula erigit, ſtabilitque immo & metu conterritos, pæneque jacentes, ſæpe conſtanti roborat allocutione. Onoſander cap. 1.* Immenſum gloria calcar habet, *ait Ovidius.*

Contra ſingulos noſt. plur. 500. pugnarent) *Jam hoc multo plus eſt, quam decem contra unum, quod antea Segambaſſa dicebat.*

Portantes ſanct. ac venerand. imagines) *In rebus triſtibus, ac periculoſis circumferre & confugere ad ſanctorum imagines & reliquias, ibique preces effundere, ſemper in Eccleſia Catholica uſitatum fuit. Habes exemplum de imagine non manu facta Salvatoris in hiſtoria Mauricii, quæ per exercitum a ducibus circumfertur. Capta Conſtantinopoli a nepote Andronico, avus ante imaginem Deiparæ invenitur. Cantacuzenus lib. 1. cap. 59. Et Imperatrix Anna cum filio Joanne capta eadem rurſus a Cantacuzeno lib. 4. cap. 1. Nicetas in Joanne Comneno, ubi de prælio cum Scythis agit. Illud autem inſignem etiam pietatem ejus teſtatur.* Nam cum Romanæ phalanges urgentibus hoſtibus, & audacius ſe inſerentibus laborarent, imaginem Dei genitricis cum gemitu, & miſerabilibus geſtibus intuens, lachrymas bellicis ſudoribus calidiores fundebat: neque id fruſtra. Statim enim cœleſti robore armatus, Scythicam aciem profligat. *Idem lib. 3. de imperio Iſaacii Angeli.* At Imperator obſcuris principio vocibus acceptis, deinde in tentorium ſuum concurſu plurimorum viſo, & fratris (Alexii) declaratione addita, nec multo poſt facinoribus iſtis nunciatis, curſu repreſſo, ſigno crucis ſe muniit: & Chriſti pace implorata, Deum ſæpius oravit, ſe ex illo diſcrimine liberari: & Dei genitricis imaginem ex ſinu prolatam, crebro amplectens, partim ſupplex efflictim orabat, ut imminens periculum effugere liceret.

Cum lacrymis per urb. quoquo verſ. incend.) *Canentes quod ſequitur*, κύριε ἐλέησον, Domine miſerere. *ſpectaculum hoc quis potuiſſet videre ſine lacrymis? Quam apte dici tum potuit de Conſtantinopoli:* Quomodo ſedet ſola civitas plena populo? facta eſt quaſi vidua domina gentium. Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis ejus. Omnes amici ejus ſpreverunt eam, & facti ſunt ei inimici.

Viri nobiliſs. clariſſimique) *Si quid judico, hæc luculenta, magnifica, & ad animos militum commovendos apta eſt oratio, quæ belluam illam*

Georg. Phranz.

Mahometicam acriter, & pro eo ac decet inſectatur. Habet etiam locos alios illuſtres, de Virgine Deipara, de potentia urbis & imperii orientalis.

Eſt autem dies ſept. & quinquageſ.) *Obſedit Byzantium Mahometes a die 5. Aprilis, ad 29. Maii, quo die victor intravit.*

Pauci Carthag. elephanti taut. equor. Rom. multit.) *Tangit nonnunquam reconditiores hiſtorias Protoveſtiarius, de quibus eſt hæc quoque. Quod Carthaginienſium hos elephantos fuiſſe narrat, peccatum memoriæ eſt: fuerunt enim Pyrrhi Epirotarum regis bello Tarentino, de quibus ita Florus l. 1. cap. 18. Actum erat (de Pyrrho) niſi elephanti converſi, in ſpectaculum belli procurriſſent: quorum tum magnitudine, tum deformitate, & novo odore ſimul ac ſtridore conſternati equi (Romanorum) cum incognitas ſibi belluas amplius quam erant, ſuſpicarentur, fugam ſtragemque late dederunt.*

Qui aſſavit cochleas, dixitque) *Fabula Æſopi non tota hic recitatur. Eſt autem hæc. Ruſtici filius aſſabat cochlear. Cum autem audiret eas ſtridentes, ait, o peſſimæ animantes, domibus veſtris incenſis vos cantatis? Videtur Conſtantinus reprehendere Galatæos, qui lætarentur, & gauderent, cum ipſis pernicies in cervicibus eſſet, quod non videbant. Nam, ut ſcite Horatius,* Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Gloriatio omnium per orientem habitant.) *Oriens, ſive Eccleſia Græcorum quam intenſo ſtudio, quibus precibus ac cærimoniis Deiparam coluerit, ex Menæis, Pentecoſtario, & ſimilibus eorum libris liquido proſpicitur. Ipſa urbium regina & imperii domicilium hanc ſibi Divam tutelarem delegit, & a Conſtantino Magno eidem dicata eſt.*

AD CAPUT XV.

Lætiſonis vocibus frementes) *Committuntur copiæ cum jubilatione & barritu, & aliquando etiam citato curſu. Nam & aſpectus, & clamor, & rigidi armorum horrores, hoſtium mentibus terrorem ſtuporemque incutiunt. Onoſander in Strategico. Huc ſpectat illud quoque præſtantiſſimi vatis,* Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.

AD CAPUT XVI.

Commilitones, & fratres mei) *Facit officium boni ac ſtrenui Imp. dum etiam in ipſo certamine militum animos confirmat. Prior appellatio moderationis eſt, poſterior Chriſtianæ charitatis.*

A priſtina virtute immutat, & pavore ictas) *Pluribus verbis Juſtiniani Genuenſis imbellis animus deſcribitur, quem nec præterita decora, nec Imperatoris preces, nec urbis ſalus, quæ eo potiſſimum nitebatur, in acie retinere potuit, vulnere non ita magno, nec lethali ſaucium. Proinde elogium illud, quo ab Uberto Folietta ornatus eſt inter claros Ligures, ideo non ei convenit, quia ad extremum vertit omnia, & ſuæ claritati ipſemet tenebras offudit. Bizarus quoque hiſtoriæ Genuenſis lib. 12. convenienter Protoveſtiario ſcribens, ibi rurſus converſa eſt fortuna prælii, inquit, vulnerato Genuenſi Juſtiniano Duce, cujus caſum miſeratus Imp. juber & hortatur bono eſſe animo, neve ſtationem ſibi demandatam aliquo modo derelinquat, præſertim cum ipſum vulnus non eſſet lethale. Verum Juſtinianus fatali, puto, caſu, potius animo fractus, quam vulnere debilitatus, nullo ſibi in ea ſpecula ſubſtituto, qui cæteros confirmaret, & regeret, aufugit; adeo mehercule, ut milites animadverſa ducis ſui fuga, illius exemplum ſecuti, pari modo ſtationem, ubi aditus in urbem patebat, reliquerent. Turcæ magno agmine ibi in urbem infunduntur. Juſtinianus in vicinam Galatam medendi vulneris gratia ſe recepit. Unde poſtea in Chium navigans, ſeu vulnere, ſeu mærore animi inglorius periit. Mitto cætera quibus idem Bizarus ignaviam eidem exprobrat. Quod autem manum illi bombardæ globulo vulneratam narrat Laonicus, non placet.*

L ij

Relictis exterioribus per portas ad interiores) *Inter murum interiorem, qui erat altior, & exteriorem humiliorem ſtabant propugnatores, ſpem omnem in foſſis, & antemurali illo ponentes. Quo amiſſo, confertim ſe in urbem ad altiores defendendos contulerunt. Fuerunt autem obſeratæ primum portæ urbis, per quas aditus ad antemurale patebat, ne miles pedem reſiſteret. Turcogræcia. Urbs, inquit non procul ab exordio lib. 8. Laonicus, qua continentem ſpectat, muros habet duos, eoſque firmiſſimos. Unus, magnus & memorabilis eſt: alter extra ſitus eſt, verum præcedente minor, foſſam ſubjectam habens latitudine jugeri, lapidibus extructam. Imperator cum Græcis deliberabat, ubi nam reſiſtendum eſſet hoſti. Tandem viſum eſt, ut irent in exteriorem murum, ibique hoſti repugnarent, uti fecerant, cum Amurates Byzantium oppugnaret. Idem, quo pacto fugientes caderent, ſeſeque obtererent, perſpicue docet.*

Primoque impetu omnes de muro præcip. agit) *Exemplo etiam, non verbis duntaxat ſuos in ultimo diſcrimine animat Conſtantinus, plane egregius & nomine & re Imp.* κρατερὸς αἰχμητής, *ut hoc capite videre licet. Docet etiam Onoſander, Imperatorem manu & exemplo militem provocare debere. Conſpiciens enim aliquis ducem ſuum in re attrectanda omnium principem, feſtinandum eſſe animadvertit, ceſſare erubeſcit, imperatiſque non parere veretur: nec jam ut ſervus, aut imperio ſubditus, ſed commilitonis inſtar ad opus quoque provocatus accedit. Hoc loco Sabellici mendacium præterire nequeo, ſcribentis in hiſtoria Veneta, cum Juſtinianum nec precibus, nec hortationibus ullis a fuga cohibere poſſet, ipſius locum ſubiiſſe cum paucis, quos penes ſe habebat, tentaſſeque vi hoſtem jam in muros ſcandentem repellere. Verum ubi propugnatorum infrequentia barbarum irrumpentem ſuſtineri non poſſe vidit, tum ſibi manum injicere voluiſſe. Inde quia id parum hominis eſſe Chriſtiani ſocc...verit, ſuos hortatus eſt, ut ſe ferro transfigerent, &c. Nihil vero magis abſonum ſcribi potuit.*

AD CAPUT XVII.

Uſque ad ſext. & ſept. diei horam propugnab.) *Civitas, ut infra ſcribitur, occupata eſt hora ab initio diei tertia & ſemis. Videntur ergo nautæ iſti Cretenſes etiam poſt occupatam, amplius tribus horis conſtantiſſime ſe, & turres illas defendiſſe. Exemplum magnæ virtutis.*

O ſol horreſce, o tellus ingemiſce) *Quid enim urbem jam captam videntes* τραγικώτερον *exclamare aut potuerunt, aut debuerunt? Magni doloris, luctus, gaudii indicium etiam muta, & nullis ſenſibus ſubjecta ad commiſerationem, lætitiam, affectumque noſtri affectus ſimilem provocare. Exempla multa in ſacris profaniſque ſcriptoribus obvia ſunt. Vide annotata ad cap. 3. lib. 1.*

Die tertio hebdomad. anno 1453. vicesimo nono Maii) *Conſentiunt in hoc, quicunque de expugnatione hujus urbis ſcripſerunt. Addunt aliqui imperium illud ſtetiſſe annos mille centum & nonaginta. Sub Conſtantino I. cujus mater Helena, conſtitui cœptum: ſub Conſtantino VIII. cujus item mater Helena, everſum ac perditum. Mahometes tum ſingulis Janitzaris mille aſpros donavit. Aſper facit apud nos ferme duos cruciferos: ita mille aſpri erunt 20. ducati. Fuiſſe autem dicuntur in Annalibus Turcicorum Sultanorum 10. millia Janitzarorum. unde æſtimes licet, quantum hoc donativum fuerit, quam liberale & magnificum. Hanc expugnationem calamitatemque proſpicientes multi nobiles, & eruditi homines mature profugerunt, quo quemque tulit animus. Turcogræcia pag. 90.*

Qui irruerant, diripie. obvios capieb.) *Deſcribitur Turcarum in captam urbem graſſatio, furor, crudelitas, impietas. Cum hac deſcriptione confer, ſi placet, illam Nicetæ in Alexio Murzuflo, qua Latinorum in eandem a ſe occupatam ſacrilegam tyrannidem, & inauditam feritatem coploſe commemorat. Initium eſt,* Hoſtes vero, eum præter exſpectationem, &c. *Direptiones, cædes, & flebilem captæ hujus urbis caſum plures deſcripſerunt: ſed nemo noſtro auctore credibilius, ut opinor. Ingens auri, argenti, & lapidum pretioſorum veſtiumque vis in caſtra exportata. Additur in margine Laonici mei prædam univerſam æſtimatam quadragies centenis ducatorum millibus. Venetos damnum paſſos 50000. Genuenſes 20000. Florentinos 20000. Anconitanos 15000.*

Præ cadaverum objacentium multitud.) *Ad portam S. Romani ultra 800. occiſorum, & vulneratorum cadavera reperta quidam tradiderunt. Tota urbe cadentibus & cæſis, fugientibus & perſequentibus omnia plena erant. Quibuſdam etiam victis redibat in præcordia virtus, nec omnes inulti moriebantur.*

Nobiles item ac primar. fœminas) *Impotens Turcarum furor & libido, omnia divina & humana conculcantium. Eadem in Galliis & Belgio ab impiis, patrum & noſtra memoria factitata ſunt, quos proinde ut noſter Turcas, recte Antichriſti præcurſores appelles. Retulerunt quidam, Conſtantini Imp. uxorem, filias, & alias nobiles fæminas juſſu tyranni in convivium adductas, & poſt conſtuprationes in fruſta diſſectas. De Imperatrice falſum puto: nam Conſtantinus tum uxorem non habuit, etſi quartam, Iberiæ ſcilicet regis filiam, parabat ducere. De filiabus quoque ejuſdem nihil in hac hiſtoria lego.*

Longe ampliſſ. ac diviniſſ. Dei ſap. templum) *Hujus templi laudes cum ex hoc, tum ex aliis ſcriptoribus poſuimus annotat. in Simocattam. Dignum ſane Dei Sapientia, hoc eſt, Dei filio, ſi quid ei dignum fieri poteſt. Apponam ejus elogium ex Conſtantino Manaſſe.* Templum illud ſplendidiſſimum, & ampliſſimum condidit (Juſtinianus) delubrum Dei mei, cœlum terreſtre, quod ipſos etiam Seraphos cum veneratione admirari arbitror. Nam ſi Deus commorari dignatur in iis, quæ hominum manus perpoliverunt, omnino hic, nuſquam alibi habitat. Ac ſplendent omnia quidem hujus urbis templa perpetuis quaſi luminibus, ſuiſque gratiis coruſcant, ipſam rerum naturam colluſtrantia, tanquam lucida mortalium ſidera: verum ubi ſol exoritur, aliorum omnium faces occultantur. Etenim inter hæc quoque minora ſidera, quæ ſacra ſunt delubra, fanum illud divinitus extructum, terræ totius ornamentum, veluti ſol alter, cæleſtiſque gigas inſigniter fulget.

Et dolebat omne caput) *Alludit ad locum Iſaiæ, cap. 1.* omne caput languidum, & omne cor mœrens: *Deplorat vaſtatam a Latinis Conſtantinopolim multis verbis, & admodum* πάθητικῶς *Nicetas in Murzuflo. Ea deploratio quoniam ad hunc locum, & tempus vehementer quadrat, non pigebit inde nonnulla tranſcribere.* O urbs urbs omnium ocule, ita ne de manu domini calicem furoris bibiſti? Itane pars exitiſti ignis multo vehementioris eo, quo olim Pentapolis divinitus conflagravit? Quodnam tibi tribuam elogium? cui te comparem? An poculum contritionis tuæ amplificatum eſſe, ut lacrymoſus Hieremias veterem Sionem deplorans ait? Qui mali genii te ad ebibendum efflagitarunt? Qui alaſtores, invidi, & implacabiles dæmones, ebrietatis in te ſuæ intemperies effuderunt? Qui infeſti, & inſani proci thalamum tibi non concinnarunt, nec facem nuptialem, ſed carbones exitiales incenderunt? O fœcunda genitrix, byſſo & purpura imperatoria amicta pridem, modo ſordida & ſqualida, & germanis orbata liberis. O pridem in alto ſolio collocata, longis & altis incedens paſſibus, auguſto vultu, ſtatura magnifica, nunc humilis & depreſſa. Laceratæ ſunt tuæ delicatæ veſtes: elegantibus atque imperioſis ſpoliata es redimiculis: extincta eſt lux gratioſorum oculorum: aniculæ cauminariæ ſimilis ex incendii fuligine extitiſti: profundis rugis ſplendida prius, &

ſuavis tua facies eſt aruta. *Lege reliqua. Crede etiam verum eſſe, excidium Byzantii & cladem ſuperaſſe omnium excidia & clades urbium.*

AD CAPUT XVIII.

Studioſiſs. ſuper Imp. quæſivit) *Metuebat enim, niſi adhuc viveret, aliunde acquiſitis auxiliis, injuriam ulciſceretur. Non enim neſciebat multos reges ac Principes regna & provincias, quibus pulſi fuerant, virtute duce, comite fortuna recuperaſſe.*

Quidam adeuntes ajebant fugiſſe) *Cum nullum vitæ ſubſidium, vel ſpes, niſi in ſola fuga relinqueretur, vitæ retinendæ ſtudio ipſe, & proceres plerique, dum urbem egredi vellent, in ipſa porta vel trucidati, vel colliſione interempti ſunt. Ita quidam narrant. Sed fugere ex ignavia voluiſſe, vehementer ab iis abhorret, quæ a noſtro auctore de ejus magnanimitate ac fortitudine præclariſſima prædicantur.*

In quibus (calceamentis) aquilæ aureæ depictæ) *Nam ex veſte, quam vilem induerat, ne agnoſci ab hoſtibus poſſet, non internoſcebatur. Calceos fortaſſe oblitus erat mutare: aut ibi Imperatorem a Turcis requiſitum iri non putabat.*

Corpus exanime invenerunt) *Credibile eſt, occiſum, cum non agnoſceretur. Laonicus auctor eſt, in humero vulneratum periiſſe. Sabellicus Decad. 3. lib. 7. Conſtantinus imperatoris inſignibus depoſitis, ne cognitus vivus caperetur, ſtricto ferro in irrumpentium barbarorum cuneum irruit, fortiterque pugnando, princeps æterna memoria dignus, hoſtili manu concidit.*

Ut corpus ejus cum honore Imp. conven. ſepelirent) *Quod eſt in Turcogræcia, in pugna ei caput præciſum pugnanti, & ſervitutem neutiquam ſubire volenti: & id inde factum, qui ignorarent eſſe Imper. & quod Laonicus addit, caput ejus a quodam Janizarorum ad Mahometem allatum, qui proinde munera ab eo, & principatum acceperit, cum hiſtoria noſtra haud conſentit: nec illud, haſtæ infixum, & ita per totam urbem exercitumque Mahometi juſſu circumlatum. Non fuiſſet hoc cum honore Imperatoribus convenienti ſepeliri. Et quomodo ei caput mortuo præcidebatur, ſi non agnoſcebatur?*

Dom. Lucas Notaras Mag. dux) *Hunc duabus de cauſſis una cum duobus filiis jugulatum affirmat Protoveſtiarius, quod theſauro tam ingenti, quem Mahometi pro munere offerebat, Imperatori ac patriæ ſuccurrere noluiſſet (ſupra enim audivimus, pecuniam in obſidionem tolerandam defuiſſe) & quod eidem Imperatori auctor & ſuaſor accipiendæ poſitæ conditionis non fuiſſet: non quod filium 12. annorum tyranno mittere recuſaſſet, ut refert Laonicus. In convivio, ſpectante tyranno, cum filiis Iſaacio & Joanne decollatum, duos alios ejuſdem filios in pugna cecidiſſe, filiam Annam ante urbem captam in Italiam miſſam ſcribunt alii. Hic autem Lucas Notaras varie nominatur, Chirlucas, Zirelucas, Gerlucas Leontares.*

Multos nobil. ac illuſtres interimi juſſit) *Poſt quinque dies ab urbe occupata quæſiti ſunt viri illuſtres. Comprehenſus eſt Magnus Dux, & Magnus Domeſticus, & Protoſtrator, Imperatoris curatoris Cantacuzeni F. aliique complures ampliſſimo genere, & virtute dignitateque eximia conſpicui viri: qui capitis ſupplicio affecti ſunt. Ea procerum cædes omnis uno eodemque die peracta. Ex Turcogræcia. Teſtatur Laonicus multos viros nobiles jam libertate donatos, juſſu Mahometis denuo captos, & jugulatos eſſe.*

Qui pecun. partim ipſi perſol.) *Catharinus Contarenus, & ſex nobiles Veneti, amplius 7. aureorum millibus, poſt jam antea conceſſam libertatem datis, vix dimiſſi. Periiſſe in pugna dicuntur nobiles, ſive patricii Veneti ad 47.*

Ipſos enim quoque ſtipend. ſibi fecit) *Operæ pretium erit adſcribere locum ex hiſtoria Genuenſium Bizari, lib. 12. unde Mahometana fides apparebit. Perenſes* (Galata enim alias Nicetæ Perea, alias Pera ἀπὸ τοῦ πέραν, quod ſit ultra ſinum, ſive e regione Conſtantinopolis, veteribus ab arborum ficus ferentium copia Syca appellata, Genuenſium colonia) *cognita Byzantinorum clade, cum tam immanem, & barbarum hoſtem viribus, ac recenti victoria exultantem, & ob oculos verſantem viderent, veriti, ne idem periculum adirent, majoribus, vel ſaltem paribus ludibriis reſervarentur, citra aliquam longam deliberationem, deditionem ſponte fecerunt. Sed quamvis ipſa deditio ſub certa tranſactionis formula ſubſecuta ſit, tamen crudelis hoſtis pactorum & fœderum immemor, muros Perenſium diruit, bona diripuit, fœminæ ac viri juxta per omne ludibrii, & contumeliarum genus habiti & diſtracti, non ſecus ac ſi viribus expugnati, & ad deditionem coacti fuiſſent, parem fortunam cum Conſtantinopolitanis victis ſubiere.*

Halimbaſſam vita privavit, quod ab urbe obſid.) *Varie ſcriptum invenio hoc nomen. Alimbaſſa, Cholilbaſſa ſeu Chalimbaſſa. Halimbaſſa, quod rectemum placet, itaque ſemper ita ſcripſi. Unam cauſſam necis ejus affert Protoveſtiarius. Invenio præterea duas, quod acciti ejus pater Mahometis Amurates ab oriente in occidentem bello Hungarico ceſſiſſet, imperiumque recepiſſet: & quod ab ipſo in multis caſtigaretur, quæ per juvenilem petulantiam committeret.*

AD CAPUT XIX.

Ad ter. beat. venerand. memoriæ immortal. Flavium Conſtant.) *Nicephorus Calliſt. præfat. hiſtoriæ ſuæ: Conſtantinus artibus imperatoriis magnus, prudentia incomparabilis, ardore autem erga Deum, magniſque rebus geſtis & certaminibus pro vera pietate ſusceptis, ſupra omnes, quemadmodum ſol ſupra aſtra relucens. Græci anniverſaria celebritate illum cum matre colunt die Maii* 21. *eumque vocant* ἰσαπόστολον, æqualem apoſtolis.

Et imperavit annos 4. menſes totidem) *Deceſſit Joannes Octobris die ultimo, anno Chriſti 1449. capta eſt Conſtantinopolis 1453 ergo Conſtantinus imperavit annis quatuor, & menſes 7. September & October de primo anno imperii ejus tribuendi ſunt Joanni.*

Annis mille centum quadrag. tert.) *Plures annos ſtetiſſe Romanum imperium Conſtantinopoli, ex ante dictis perſpicuum eſt, ex aliorum ſubductione, inquam. Fortaſſis ſcribere voluit nonaginta quatuor. Græce tamen expreſſe eſt.* ἐν δὲ τῷ τεσσαρακοστῷ τρίτῳ ἐκκρατοῦσαν ἡ τῶν ῥωμαίων βασιλεία ἔτη χιλ'.

Die tertio a capta urbe triumphum duxit) *Magna ſine dubio lætitia triumphum duxit, quod ſe tam illuſtri & nobili urbe potitum, jamque Imperatorem Romanum, ac dominum orientis totius, nec parvæ partis occidentis factum videret. Quam cum propemodum vacuam hominibus cerneret, e pluribus locis novos cives acciverat. Qui ſinguli pro dignitate ſua acceptis domibus urbem incoluerunt, multis etiam agris in eos diviſis, mancipiiſque datis.*

Juſſit ut Patriarch. pro conſuetud. & more ſuo creat.) *Quoniam Mahometem minime fugiebat, Patriarcham ſemper Conſtantinopoli fuiſſe, cum is ad obſequium et deferendum nullus veniret, iratus quæſivit, quid cauſſæ eſſet. Cum reſponderetur, neminem Patriarcham jam pridem viſum, juſſit creari, idque aſtute & vafre. Nam cum etiam a Chriſtianis urbem deinceps frequentari cuperet, voluit palam conſtare omnibus, Patriarcham denuo Conſtantinopoli habitare, ut ita ad redeundum (multi enim profugerant) & ibidem habitandum allicerentur. Hanc cauſſam & hiſtoricus noſter tangit.*

Georg. Scholar. etiamnum laicum eleget.) *Dictus eſt Gennadius poſtea, ante judex imperialis.*

Quem Joannes Palæologus ſecum ad Concilium Florentinum in Italiam duxit, ut hominem doctiſſimum ſicut erat. Patriarchatum haudquaquam volens ſuſcepit. Hic ab urbe in poteſtatem Turcarum redacta primus numeratur Patriarcha, de cujus honoribus ab ipſo Mahomete in illum collatis, multa in Turcogræcia lib. 1. & 2. Siquidem enim Tyrannus Chriſtianorum Imperatorum in creando & confirmando Patriarcha egit. Notandæ cærimoniæ inaugurationis. Quinque annos & menſes aliquot in eo munere verſatus, naſcentibus turbis ac diſſidiis magnis, convocato Pontificum, Clericorum, optimatumque Conſilio, illis fruſtra ad manendum hortantibus ſe abdicavit, & in monaſterium Joannis Baptiſtæ in monte Meneceo prope Serras ſitum diſceſſit, ubi vitam finivit.

Locum ad beatiſs. Deiparæ petivit) *Erat id templum foris totum circumcirca habitatum hominibus: vicinia tota domorum plena, ſupra & infra colonis, & aliunde ex oppidis eo deductis, ibique habitare juſſis. Cum itaque multitudine hominum totus ille tractus celebris eſſet, ea fuit cauſſa, cur de eo Patriarcha Sultanum appellaverit, qui & illi hoc templum conceſſit, in quo ab eo tempore tanquam in patriarchio illic reſedit. Ex Turcogræcia.*

Ad Præcurſor. monaſt. in Trullo) *Palatium Conſtantinopolitanum fuit Trullum, ubi Synodus habita Epiſcoporum CCXXVII. Eſt autem inter Concilia partim confirmata, partim reprobata, de quibus agit Bellarminus 1. Tomi Controverſia 4. generali, cap. 7. Vocatur in græco πενθέκτη αυνοδω ex Balſamone, quini ſexta, quia nec quinta nec ſexta Synodus eſt, ſed canones addidit quintæ & ſextæ Synodis.*

Imperante Juſtiniano ῥινοτμήτῳ) *Bellarminus incertum exiſtimat, quo tempore hæc ſynodus celebrata ſit. Juſtinianus hic Conſtantino Pogonato, ſive Barbato ſucceſſit, de quo vide Zonaram. De eo ſic Manaſſes inter cætera. Vir quidam nobilis, ſenator, patricius, cui nomen Leontius, cum plebem ſibi adjumento auxilioque præſto fore cerneret, univerſi odio Juſtinianum Imp. perſequentibus, ſuis cum ſociis eum noctu aggreditur, quaſique cinctum indagine capiens, præciſis naribus, mari Cherſoneſum deportari curat. Supra. Qui magnam illam, ſplendidamque domum in regia a fundamentis extruxit, & aureis calculis diſtinxit, parietibus & pavimento de marmore confectis.*

AD CAPUT XX.

Etiam caeteri Princip. Chriſt. ad. n. fer. ſeſe inſtrueb.) *Ne tam opportunus locus (Byzantium) Chriſtiano nomini adimeretur, decreverunt Patres triremes decem ad ipſius urbis præſidium. Statuerunt adhæc, ut duæ celoces naves fabricarentur, quarum utraq; duum millium amborarum eſſet. Nec ita multo poſt Lauredanus præfectus decretus, cum 5. triremibus domo erat profectus, cum quinq; alias in Dalmatia & Creta ſenatus ornandas mandaverat. Decem & Alphonſus fuerat pollicitus, ac Pontifex totidem, ut 30. triremium claſſis communi nomine expleta, ad Byzantii præſidium mitteretur. Sed Othomanus interim cum trecentis, &c. Sabellicus hiſtoriæ Venetæ lib. 7. Decade 3.*

Dux Franciſcus Fuſcarus) *Creatus eſt Dux Venetorum Fuſcarus anno Domini 1423. cujus in hiſtoria Ducum Venetorum hoc eſt epitaphium.* Accipite cives Franciſci Fuſcari veſtris Ducis imaginem. Ingenio, memoria, eloquentia, adhæc juſtitia, fortitudine animi ſi nihil amplius, certe ſummorum Principum gloriam æmulari contendi. Pietati erga patriam meæ ſatisfeci nunquam. Maxima bella pro veſtra ſalute & dignitate terra marique per annos pluſquam triginta geſſi, ſumma fœlicitate confeci, labantem ſuſtulſi Italiæ libertatem, turbatores quietis compeſcui, Brixiam, Bergomum, Ravennam, Cremam imperio adjunxi veſtro. Omnibus ornamentis patriam auxi. Pace vobis parta, Italia in tranquillum fœdere redacta, poſt tot labores exhauſtos, ætatis anno 84. Ducatus quarto ſupra triceſimum, ſalutiſque 1457. Kal. Novemb. ad æternam requiem commigravi. Vos juſtitiam, & concordiam, quo ſempiternum hoc ſit imperium, conſervate.

Sedis honor temporan. erat) *non hæreditarius: libere enim ſenatus Ducem Venetiarum eligit.*

Cum verſaretur Byzant. Cardinalis Ruſſiæ) *Iſidoro huic viro nomen fuit, antea Metropolitæ Kiovienſi apud Ruſſos, quem Eugenius IV. Pont. Roman. quod ſe cum Latinis in Concilio Florentino conjunxerat, in Cardinales cooptaverat. Eum a ſuis pulſum, & Romam reverſum, Nicolaus Pontif. Conſtantinopolim legatum ad res denuo componendas miſerat, quod præſtitit: ſed illa reconciliatio nimis ſera fuit. Captus & Galatiam ductus ac venditus, in Peloponneſum evaſit ignotus. Cognitus enim nunquam evaſiſſet.*

Hæc fuiſſe revera judicia Dei) *Etiam, fuerunt judicia Dei, juſtificata in ſemetipſa, ut periret orientale imperium, propter ſchiſmaticam diſceſſionem videlicet: & qui Eccleſiam Romanam contempſerant, ipſi viciſſim contempti, & omni Principum Chriſtianorum auxilio deſtituti, teterrimo hoſti ſubderentur.*

Cometes ſupra horizontem) *Crinitam ſtellam, crinitum ſidus quidam nominant, quem Græci κομήτην. De quo ita vulgo prædicatur, eum imperiorum mutationem, & ſummis poteſtatibus exitium portendere, quorum utrumque jam factum erat Conſtantinopoli. Niſi forte Palæologinæ familiæ interitum & ἐξανδραποδισμόν quæ conſecuta eſt portendit hoc genus cometæ, in ſpeciem gladii conformatum.*

AD CAP. XXI.

Ad deſpotas Serviæ, conſocerum, & generum) *Thomas filiam ſuam junxit Lazaro Deſpotæ, Georgii filio: ita Lazarus fuit gener Thomæ, & Thomas ſocer ejus. Georgius item ſocer, propter filiam Thomæ, quæ erat illi nurus. Niſi quis dicat, Thomam Georgii filiam duxiſſe, quod non ita quadraret ad conſocerorum nomen: nec noſter quidquam, ſi memini, de hoc connubio.*

Centerionis Princip. filius) *Putant hunc fuiſſe Martinum Zachariam Genuenſem, cognomento Centerionem. Hujus ſororem, filiam Aſanis Zachariæ Centerionis, qui Achajæ imperabat, habebat in matrimonio Thomas Palæologus.*

Per Sophiæ regiunculam) *Sophia Bulgariæ metropolis eſt, etiam nunc magna & populoſa, ſed non muralis.*

A Janco, & Capiſtrano, ubiſque) *De Janco ſupra diximus nonnulla. Capiſtranus fuit monachus a familia D. Franciſci, homo ſanctiſſimus, & ad excitandos populos dicendi copia inſtructiſſimus. Ejus in obſidione Belgradi, ſive Albæ Græcæ, quam Mahometes II. 13. Junii anno 1456. obſidere cœpit, præcipua virtus enituit, cum per muri ruinas ingreſſis in urbem Turcis, & atroci prælio commiſſo, ipſe e turri clamitans, Chriſtianos hortaretur, vexillum crucis oſtenderet, opem de cœlo promitteret, hoſtibus malediceret, Dei præſens auxilium imploraret. Omnino in ejus Chriſtianorum propugnaculi defenſione præclariſſimam navarunt operam Hunniades, & Capiſtranus. Complura ſuper eo Bonfinius Decade 3. lib. 8. ipſo principio. Plurima & magna ad Jeſu religionem pertinentia docens, magnam ad gloriam & claritatem emerſit, eruditione & contemplatione facile totius occidentis princeps. Boemos ad verum fidei lumen adduxit. Hæc excerptim ex Laonico. Qui quod ait, eos tunc ignem pro Deo coluiſſe, melius dixiſſet Joannem Huſſum coluiſſe, ut Boemos Perſas faceret, & Capiſtranum eos non ab idololatria ad Chriſtianiſmum, ſed ab hæreſi ad Catholiciſmum revocaſſe.*

AD CAPUT XXII.

Quod cap. in corp. hoc in Peloponneſo Corinthus) *Cicero in Maniliana totius Græciæ lumen appellat: ſed lumen, antequam a L. Mummio everteretur, de quo in 1. Officiorum. Nihilominus cum iſta ſcriberentur adhuc lumen Peloponneſi jure dici potuit,*

& caput, hoc eſt, urbs omnium illius peninſulæ urbium florentiſſima, & præcipua, & unde cæteræ pendereat. Varia hujus urbis nomina profert Stephanus. Vaſa Corinthia, & æs Corinthium apud ſcriptores celebrantur. Eorum cum eſſet percupidus Auguſtus, dictus eſt Corinthiarius.

Contra tres inſurrexerunt) *Contra Demetrium, contra Mahometen, contra Deum ipſum.*

AD CAPUT XXIII.

Mandaretque carnif. ſuo Ameræ) *Attila Hunnorum rex iram Dei, Tamberlanes ſe flagellum Dei nominabat.*

AD CAPUT XXVI.

Contra ambos expedit. ſuſcipit) *Cum intellexiſſet Sultanus de diſcordiis fratrum, nec tributum ab illis pendi, & Thomam conventis non ſtare, ut veteres Patras & Calabrytam, quæ ipſius majeſtati dedita eſſent ad hunc inclinare, cumque ea ditione fratris prædas agere; cumque his de cauſſis ab eodem Demetrio litteris ad ipſos, & oppida capienda evocaretur, ira ille percitus, infeſtis armis Peloponneſum contendit. Ex Turcogræcia. Contigit Palæologis ut leoni & urſo apud Æſopum, qui magnum nacti hinnulum, de eo pugnabant. Graviter itaque mutuo affecti, ut ex multa pugna etiam vertigine corriperentur, defatigati jacebant. Vulpes autem circumcirca cauda, ubi eos proſtratos vidit, & hinnulum in medio jacentem, hunc per utraſque percurrendo rapuit, fugienſque abivit. At illi videbant quidem ipſam, ſed quia non poterant ſurgere, nos miſeros dicebant, quia vulpi laboravimus. Peloponneſus fuit iſte hinnulus, leo & urſus Palæologi fratres de urbium poſſeſſione belligerantes, vulpes Turca.*

Simul ut ipſum oppid. dedit. accipeerent) *Oppugnatum primo a Turcis affirmat lib. 9. Laonicus. Deinde ſuperveniente ipſo rege Mahometo, miſſum Joſuam legatum, virum prudentem, qui cum Aſane urbis præfecto de deditione ageret. Noſter Manuelem Palæologum Præfectum facit. Orationis autem ab eo ad legatum habitæ ſummam pauli damnat, quam apud Laonicum legere integram licet.*

Ipſam bullam poſtquam cap. ſ. factus acquiſivi) *Inſeruerat Protoveſtiarius hiſtoriæ ſuæ bullam hanc, eique hæc verba præſcripſerat.* Nunc mihi viſum eſt faciendum, ut in hoc libro ac monumento noſtro etiam iſta extent, quo agnoſcamus merita, quibus Monembaſiotas Imperatores cumulaverunt, propter virtutem & integritatem eorum videlicet: ne temporis loginquitate obliterentur: & ut qui audiunt, & alii excellentium factorum præſtantiam ſibi æmulandam, imitandamque proponant. *Verumtamen diploma hoc epitomæ huic ideo minus neceſſarium putavi inſerere, quia epitome. Deinde quia obſcurius, & ad interpretandum locis aliquot difficilius. Tamen quia ab Imperatore profectum, & alibi nuſquam extat, placuit ad verbum, & citra immutationem, correctionemque (niſi librarii imperitiſſimi qui id mendoſiſſime deſcripſit, ut alia in codice illo permulta) hic ſubjicere; atque ita curioſo lectori, & in lingua græca non amplius germana ac ſincera meliùs verſato, ad exercitationem quandam proponere.*

Digitized by Google

DIPLOMA ANDRONICI
JUNIORIS IMPERATORIS
PRO MONEMBASIOTIS.

Ἐπεὶ οἱ μονεμβασιῶται, οἵ τε ἀπὸ τῆς θεοσώστου πόλεως μονεμβασίας καὶ ἀπὸ τῶν πηγῶν εὑρισκόμενοι, καὶ κατοικοῦντες ἀρτίως, εἴς τε τὴν θεοδόξαστον, καὶ θεοφύλακτον, καὶ θεομεγάλωνυμον κωνσταντινούπολιν, ἀλλὰ δὴ καὶ ὡς ἄλλας πόλεις καὶ χώρας τῆς βασιλείας μου εἰσὶν ἀποτεταγμένοι διὰ χρυσοβούλλων, καὶ προσταγμάτων τῶν ἁγίων, ἀοιδίμων, καὶ μακαρίων μου αὐθέντων καὶ βασιλέων τοῦ τε πατρὸς, καὶ πάππου, καὶ προπάππου τῆς βασιλείας μου ἵνα ἐφ' αἷς ἂν ποιῶσι πραγματείαις εἰς τὴν θεοδόξαστον κωνσταντινούπολιν, τὴν σηλυμβρείαν, τὴν ἡρακλείαν, τὸ ῥοδοστὸ, τὴν καλλιούπολιν, καὶ τὰς ἄλλας τῆς μακεδονίας, καὶ διδῶσι χάριν κομμερκίου εἰς ποσότητα νομισμάτων ἑκατὸν νομίσματα δύο· εἰς δὲ τοὺς λοιποὺς πάντας τόπους καὶ χώρας καὶ σκάλας τῆς βασιλείας μου διαμένωσιν ἀνώτεροι ἀπαιτήσεως κομμερκίου παντελῶς. διατηρῶνται δὲ καὶ ἔνθα ἂν εὑρίσκονται, καὶ κατοικῶσιν ἀνενόχλητοι καὶ ἀπὸ πασῶν ἄλλων δόσεων καὶ ἀπαιτήσεων. παρεκάλεσαν δὲ ἵνα τύχωσι καὶ ἐκ νέου εὐεργεσίας ἰδίας παρὰ τῆς βασιλείας μου, δι' ἣν ἔχει αὐτὴ τῇ χάριτι, τοῦ ἔφεσιν καὶ ὄρεξιν εὐεργετεῖν πάντας τοὺς εἰς αὐτὴν ἀναφερομένους πιστοὺς, καὶ εὐυπολήπτους. προσάσει, καὶ διορίζεται ἤδη ἡ βασιλεία μου, ἀπολύουσα τὸν παρόντα χρυσόβουλλον λόγον αὐτοῖς, ἵνα πάντες οἱ μονεμβασιῶται, οἵ, τε ἐν τῇ θεοσώστῳ πόλει μονεμβασίας κατοικοῦντες, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐκ τῶν πηγῶν, καὶ ὅπου ἄρα εὑρίσκωνται καὶ κατοικῶσιν, εἴς τε τὴν θεοδόξαστον κωνσταντινούπολιν, ἤ τε καὶ ἀλλαχοῦ, ἀπολαύωσι μὲν τῆς ἐξ ἔχου προτέρας ἐξουσίας, καὶ ἐλευθερώσεως, διὰ τῶν ῥηθέντων χρυσοβούλλων καὶ προσταγμάτων, ὧν ἔχουσι οἱ ἀπὸ τῶν πηγῶν ῥηθέντες μονεμβασιῶται· κατεπίκοινα δὲ τῆς τοιαύτης ἐξουσίας εὐεργετεῖ ἡ βασιλεία μου αὐτοὺς κοινῶς ὅλους τοὺς μονεμβασιώτας, τούς τε ἐκ τῶν πηγῶν, καὶ τοὺς ἐκ μονεμβασίας, ἵνα ἀφ' αἷς ἂν ποιῶσι πραγματείαις, διδῶσιν εἰς τὸ κομμέρκιον τῆς θεοδοξάστου κωνσταντινουπόλεως ὑπὲρ ἐκβολῆς ποσότητος νομισμάτων ἑκατὸν νόμισμα ἓν καὶ ὑπὲρ ἐκβολῆς ἀγορᾶς ἑτέρας πραγματείας ποσότητος νομισμάτων ἑκατὸν νόμισμα ἕν· οἵ τε δηλονότι διὰ σίτου ἐν τῷ προφορίῳ, καὶ ἀλλαχοῦ ἔνθα βούλωνται· οἵ τε διὰ οἴνου ἐὰν ἐξ οἵας δήποτε χώρας διακομίσωσι τόπους, ἢ διὰ προσφαγίων πασῶν, ἢ τομαρίων, ἢ πετζίων, ἢ πανίου, ἢ λινοκόκκου, ἢ τζοχαρικῆς, ἢ τετραπόδων, ἢ ἑτέρων εἰδῶν, ὧν ἂν βούλωνται, μηδ' ὅλως παρὰ μηδενὸς κωλυόμενοι, ἐπὶ ταῖς διαπράσεσι τῶν τοιούτων πραγματειῶν αὐτῶν, ἢ καθελκόμενοι εἰς ἀπαιτήσεις καμπανιστικοῦ, μεσιτικοῦ, ζυγαστικοῦ, μετρητικοῦ, παχιατικοῦ, γομαρατικοῦ, ὀψωνίου, σκαλιατικοῦ, βιγλιατικοῦ, δεκατίας, ἁλιευτικῆς πετραμοιρίας ξυλαχύρου, ὁρισμοῦ τῆς ἐσιάδος, ὡς τὰς εἰς αὐτοὺς περὶ αὐτὴν ἁπάσας σκάλας. ἀλλὰ δὴ καστροκτισίας, κατεργοκτισίας, μαγειρείας, ἀντιναύλου, ἐξωπρασίας κοσμιατικοῦ, καπηλιατικοῦ, μιτατικοῦ, ἐργαστηριακοῦ, μεταξατικοῦ. τῆς ἀπαιτήσεως τοῦ πανίου τοῦ ἐν τῷ φόρῳ πωλουμένου· ἔτι δὲ καὶ τοῦ κεφαλαίου τοῦ σιταρίου, τοῦ ὡσαπεταχθέντος ἀπαιτεῖσθαι ἀπὸ τῶν καραβίων, ἢ ἑτέρου τινὸς κεφαλαίου τῶν νῦν ἐνεργουμένων, ἢ καὶ εἰς τὸ ἑξῆς μελλόντων ἐπινοηθήσεσθαι. ἀλλὰ διατηρῶνται ἀπάντων τούτων ἀνενόχλητοι, καὶ ἀδιάσειστοι παντελῶς. ὡσαύτως οὐδὲ οἱ πωλοῦντες πρὸς αὐτοὺς, ἢ ἐξωνούμενοι ἀπὸ τῶν πραγματειῶν αὐτῶν, εἴ τε ζῶα εἰσὶν, εἴ τε γεννηματικὰ εἴδη, ἢ καὶ ἄλλο τι, ἢ ἐν τῇ θεοδοξάστῳ κωνσταντινουπόλει, ἢ ἐν ἑτέροις τόποις τῆς βασιλείας μου, ἀπαιτοῦνται χάριν κομμερκίου ἕνεκεν δηλονότι τῆς ἐλευθερώσεως, τῶν τοιούτων μονεμβασιωτῶν, ἔσαι δὲ καὶ ὅταν διακομίζωσι διὰ καραβίων τὰς τοιούτων πραγματείας, εἴτε ἀπὸ τῆς ἄνω θαλάσσης, ὥστε καὶ ἀπὸ τῆς κάτω, εἴτε ἀπὸ τοῦ θεομεγαλωνύμου κωνσταντινουπόλεως κόλπου, εἴτε σῖτος ἐστὶ, εἴτε οἶνος, εἴτε ἕτερόν τι εἶδος. ἰσάζονται μὲν οἱ δηλωθέντες μονεμβασιῶται, ἐν τῷ μερκίῳ τῆς θεοφυλάκτου κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἵνα διδῶσιν ὅσον ἀνωτέρω διορίζεται ἡ βασιλεία μου. οἱ δὲ ἔχοντες τὰ καράβια διαμένωσιν ἀνενόχλητοι, χάριν τῶν τοιούτων πραγματειῶν αὐτῶν· μήτε τετραμηρίου, ἢ ἄλλων ἀπαίτησίν τινα, χάριν τῆς τοιαύτης ἐξουσίας παρά τινος ἀπαιτούμενοι. ἐὰν δὲ διέρχωνται μετὰ πραγματειῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ δύσεως εἰς ἀνατολὴν, ἢ ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, ἢ ἀπὸ μέρους τῆς ἀγορᾶς διαβιβάζοντες ζῶα, ἢ ἄλλο τι, εἴτε ὡς τὴν σωζόπολιν, ἢ εἰς τὴν ἀγαθόπολιν, ἢ εἰς τὴν μηδίαν, καὶ τὰς λοιπὰς χώρας τῆς βασιλείας μου ὀφείλουσι, διατηρεῖσθαι ἀνενόχλητοι, καὶ ἀδιάσειστοι παντελῶς, ἀπό τε τῆς ἀπαιτήσεως τοῦ κομμερκίου τοῦ διαβατικοῦ, καὶ τοῦ πορατικοῦ, παρά τε τῶν κατὰ καιροὺς εὑρισκομένων εἰς κεφαλὴν τῶν εἰρημένων κάστρων καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖσε τὰ δημόσια διενεργούντων ἐφ' οἷς δεῖν ποιῶσι πραγματείας, ἐν ἑτέροις τόποις τῆς βασιλείας μου γεννηματικάς τε, καὶ λοιπὰς, εἴτε κατὰ ἀνατολὴν, εἴτε κατὰ δύσιν, εἴτε ἐν νήσοις, εἴτε καθ' ἤπειρον, εἴτε κάστροις, καὶ πανηγύρεσιν, εἴτε

ἐν

ἐν ἄλλοις τόποις. Ετι δὲ καὶ εἰς τὰς τῆς πελοποννήσου ἁπάσας χώρας, καὶ κάστρα τῆς βασιλείας μου γινωσκομένας πανηγύρεις, ὀφειλώσιν ἐξυπηρετεῖσθαι μὲν καὶ ἀπὸ τῶν κεφαλαίων πάντων ἀσώτεροι, ἐξυπηρετεῖσθαι δὲ καὶ παντελῶς ἀνενόχλητοι καὶ χάριν δόσεως κομμερκίου. μηδὲ ἕνεκεν πραγματείας διδόντες τὸ τυχὸν, ὅθεν ὀφείλωσι ἐξυπηρετεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν τοιαύτην ἀνενόχλησιν, καὶ ἀφειδώλευσιν. εἰς τε τὸ κομμέρκιον τῆς θεομεγαλυντῆς κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἱ εἰς τὰς ἄλλας πάσας σκάλας, καὶ χώρας, καὶ κάστρα τῆς βασιλείας μου ἐνοχοποιούμενοι κατὰ καιρούς. ἀλλὰ δὴ καὶ πάντες ὅσοι ἐπικρατοῦσι κτήματα, ἢ ζευγαλάτεια, ἢ κάστρα ὁρισμῷ τῆς βασιλείας μου, εἴ τε τῆς περιποθήτου μου αὐγούστης εἰσὶν ἤτοι, εἴ τε τοῦ ἐρασμιωτάτου υἱοῦ τῆς βασιλείας μου βασιλέως, εἴ τε τῶν πρὸ μικροῦ ἀρχόντων τῆς βασιλείας μου, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων, καὶ ἀρχοντοπούλων αὐτῆς. οὐδὲ αὐτοὶ ὀφείλωσι χάριν μαγειρείας, ἢ ὀψωνίου, ἢ ἄλλου τινὸς ζητήματος ἀπαιτεῖν τι ἐξ αὐτῶν, ἢ ἄλλοτι ἐπάγειν αὐτοῖς ἐπιτίμιον, καὶ ἐπιβλαβὲς, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ κατὰ καιρὸν μέλλοντες ἔχειν τὴν ἐνοχὴν τῆς θεοδοξάστου κωνσταντινουπόλεως, ἀφέξονται τελείως τοῦ ἐπάγειν ἐπηρείας αὐτοῖς, καὶ ἀπαίτησιν τὴν τυχοῦσαν, ἢ ὀψωνίου ἢ μαγειρείας, ἢ συγκαταλέγειν αὐτοὺς τοῖς λοιποῖς ἐποίκοις ταύτης. ἐπὶ τὰς κατὰ καιροὺς γινομένας κοινωφελεῖς ἴσως χρείας συγκροτήσεσιν, ἢ ἰδίως ὅλως ἀπαιτεῖν τούτους τῆς τοιαύτης συγκροτήσεως ἕνεκα ἀλλ᾽ οὐ δὲ εἰς ἃς ἔχουσιν οὗτοι ὑποθέσεις, ἢ μετ᾽ ἀλλήλων, ἢ μετ᾽ ἑτέρων τινῶν κριθήσονται παρ᾽ αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ σεκρέτῳ τῆς βασιλείας μου. τῇ γοῦν ἰσχύϊ καὶ δυνάμει τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου λόγου τῆς βασιλείας μου, τὰ κατὰ μέρος περὶ αὐτῆς διοριζεται. ἀπολαύσωσι ταύτης κατὰ τὸ ἴσον, καὶ ὅμοιον τρόπον, καὶ οἱ ἐξ ὀσφύος παῖδες, καὶ ἀπόγονοι τούτων, μέχρις ἂν ἡ τοῦ γένους αὐτῶν ἐξαρκῇ ἡ σπορά. εἰς γὰρ τὴν περὶ τούτων ἁπάντων βεβαίωσιν ἀσφαλείας, ἐγένετο, καὶ ἐπεβραβεύθη καὶ ἐπιχορηγήθη αὐτοῖς καὶ ὁ παρὼν χρυσόβουλλος λόγος τῆς βασιλείας μου. ἀπολυθεὶς κατὰ μῆνα νοέμβριον τῆς ἐνισταμένης ἰνδικτιῶνος ια. ἔτους ϛ ,ωκε. ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡμέτερον εὐσεβὲς, καὶ θεοπρόβλητον ὑπεσημήνατο κράτος.

Ανδρόνικος ἐν χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς, αὐτοκράτωρ Ρωμαίων,

Δούκας ἄγγελος κομνηνὸς, ὁ παλαιολόγος.

Τὸ παρὸν ἴσον ἀντιβληθὲν, καὶ εὑρεθὲν κατὰ πάντα ἰσάζον τῷ πρωτοτύπῳ, καὶ ἐγράφη δι᾽ ἀσφάλειαν.

AD CAPUT XXV.

Reginam, & filiam ipſius ſibi deſponſam) *Non tamen eam cognoviſſe unquam ſcribitur, venenum, aut aliquem dolum ea ipſa metuentem. Tranſtulit autem eam Conſtantinopolim, eique victum quotidianum præbendum quamdiu viveret, curavit.*

AD CAPUT XXVI.

Papæ Pio II. caput S. Andreæ Apoſtoli) *Venienti Thomæ Deſpotæ Pius Pontifex uſque ad Milvium pontem, cum frequenti clero obviam proceſſit. Atque eo loco, ubi Apoſtoli caput primum veneratus eſt, marmoreum ſacellum erigendum curavit. Inde auguſtius aliud in D. Petri templo, ubi caput ipſum poſtea ſollemni dedicatione locavit. Sabellicus lib. 8. Decad. 3. rerum Venetar. Idem Pontifex venienti in Italiam Thomæ Deſpotæ occurri uſque Anconam juſſit, atque omnia regio more ſubminiſtrari.*

AD CAPUT XXVII.

Cal de vita ſuſtentanda providit) *Salarium vectigal civitatis Æni dimidium ei conceſſum narrat Turcogræcia. Quo accepta vitam egerit diſſolutam ac profuſam, luxui venatuique deditus. Cum autem Salarii pecuniam regiam cum ipſo intervertiſſent, re ad aures Sultani perlata, ad quæſtionem juſſu ejus abrepti ſunt. Qui in tormentis ediderunt, peculatum de ſententia Deſpotæ factum eſſe, partitione nummorum inter ipſos facta. Ob id capitis ipſum ſupplicio afficere Sultanus voluit, ſed obſtitit Mahometa Baſſa. Attamen vectigali ſalinarum, & omni reliquo reddituum privavit. Quo factum eſt, ut aula ipſius diffluxerit, ſingulis quo voluntas ferret abeuntibus, non ſuppeditante amplius ad victum cultumque facultate. Eidem poſtquam Adrianopolim veniſſet (Ameras) facultas equitandi prorſus adempta eſt, ingloriam vitam degere coacto. Appropinquante Sultani in Adriani urbem ingreſſu, egreſſus inde miſer ille pedes, ei obvius factus eſt. Quem Sultanus conſpicatus, miſerans, juſſit ei equum unum de eximiis adduci, quo conſcenſo Sultanum equitans præceſſit. Accepit & ex Georg. Phranz.*

guum quid annonæ, ad ſuſtentationem duntaxat vitæ. Nec multo poſt deceſſit ipſe, & Deſpœna uxor ejus. Hanc narrationem cum Protoveſtiarii narratione compara, ſi vis.

Regi autem Trapezuntis Davidi Comneno) *Qua ratione regnum Trapezuntinum ad Comnenos pervenerit, docet lib. 9. Laonicus hoc modo. Colchidis reges feruntur olim Byzantii fuiſſe, nati e familia Comnenorum. Qui cum excidiſſent regno Conſtantinopolitano, Iſaacius patre a populo propter odium interempto in Colchida & Trapezuntem abiit. Advenientem Colchidis incolæ ducem pronunciarunt, & exinde regnum Colchidis Trapezuntem contraxit. Ex eo inde tempore hic regnantes, ad noſtra uſque tempora durarunt, exiſtentes Græci, mores, linguamque Græcorum retinentes. Affinitatem junxerunt cum barbaris finitimis, quos Albus Probatantes nominant. Item cum Græcis Byzantii, nam & Alexius Comnenus Joanni Byzantio regi filiam ſuam collocavit.*

Reperta adverſ. illum cauſſa non vera) *Dedit Sultanus illi ex promiſſo regionem & oppida victus veſtiuſque nomine, juxta Serras. Filiam ejus ex pacto non duxit; ſed præceptori ſuo conjunxit, qui multum laboravit, ut Saracenam faceret, ſed fruſtra. Ideo & repudiavit ipſam. Poſtea bello contra Uzucaſanem orto, cum adverſus eum Sultanus profectionem ſuſciperet, afflictum illum, quondam Trapezuntis Imp. de medio ſuſtulit. Cauſſa vera a nemine cognoſci potuit: ſed ſuſpicio tantum fuit. Ex Turcogræcia.*

Beſſario Card. ad eorum pædagog. epiſt.) *Hujus epiſtolæ ſummam quandam ponere ſatis fore ſtatui. Propter memoriam autem hominis eruditiſſimi, & de Eccleſia latina optime ſine controverſia meriti, ipſam ad verbum, & qualem inveni, hoc loco appoſui. Sunt etiam in ipſa tenebræ multæ ac denſæ, quod lector vel mediocriter græce doctus judicabit. Scribæ lapſus quam plurimos emendavi, interpunctiones neceſſarias, quatenus quæ legi intellexi, adhibui. Ad captum Pædagogi ſe Beſſarion demiſit, & cum balbo balbutivit, cum græco vulgari iſta conſcripſit, non indigna ſane, quæ latine legerentur.*

EPISTOLA BESSARIONIS
CARDINALIS, AD PÆDAGOGUM
FILIORUM
THOMÆ PALÆOLOGI, ANCONAM.

Ἐτγνέσατο ἀνήρ, καὶ ἡμῶν φίλτατε φίλων, ἐδεξάμην καὶ πρότερον, καὶ νῦν διὰ τοῦ ἑρμηνευτοῦ γράμματα τῆς εὐγενείας σου, πρὸς ἃ οὐκ ἀπεκρινάμην, ἀναμένων, ἵνα γένηταί τις ἀποκατάστασις εἰς τὴν πρόνοιαν τῶν αὐθεντοπούλων. ἐπειδὴ οὖν ἐγένετο, νῦν γράφω. παραμυθεῖσθαι μὲν καὶ ὑμᾶς, καὶ τοὺς αὐθεντοπούλους διὰ τὴν ἀφόρητον λύπην τοῦ μακαρίτου ἐκείνου, καὶ ἁγίου δεσπότου, οὐκ ἔστι τοῦ παρόντος καιροῦ. διὸ παραιτήσομαι τοῦτο τανῦν. γίνωσκε δὲ ὡς ἁγιώτατος πάπας διὰ παρακλήσεως φίλων τινῶν, καὶ οἰκείας καλοθελείας, ἔταξεν ἵνα δίδωνται κατὰ μῆνα τοῖς αὐθεντοπούλοις δουκάτα τριακόσια. ὥσπερ ἐδίδου καὶ τῷ ἁγίῳ τῷ δεσπότῃ. θέλει δὲ καὶ ὁρίζει ὁ ἁγιώτατος πάπας, ἵνα τὰ μὲν διακόσια κατὰ μῆνα μένωσι διὰ τὰ τρία ἀδέλφια ἴσως ἀνέγκυσα, νὰ ἐξοδιάζωνται ἐς τροφὴν ἐκείνων, καὶ ἀνθρώπων ὑποχειρίων μικρῶν, ἓξ, ἢ ἑπτὰ τοῦ καθ' ἑνὸς, καὶ εἰς ἀγορὰν καὶ τροφὴν ἀλόγων τεσσάρων τὸ ὀλιγώτερον, καὶ εἰς ῥόγας τῶν αὐτῶν ὑποχειρίων, καὶ εἰς ἐνδύματα τῶν αὐθεντοπούλων, ναῖσαι καλὰ ἐνδύματα. καὶ κάποτε περισσεύσῃ, καὶ τίποτε τὸ καθ' ἕνα διαβασθηθῶσι κάπου εἰς ἀσθενείας τους, ἢ εἰς ἄλλην ἀνάγκην. καὶ τοῦτο θέλει ἵνα γίνῃ ἐξ ἅπαντος, καὶ νὰ μηδὲν γένῃ ἄλλως. τὰ δὲ λοιπὰ ἑκατὸν δουκάτα τὸν μῆνα, ἤγουν χίλια καὶ διακόσια τὸν χρόνον νὰ ἐξοδιάζωνται εἰς τινὰς ἄρχοντας, καὶ καλὰ πρόσωπα, ὁποῦ ναῖναι αὐτὰ τῶν καταδουλεύουν, καὶ νὰ τὰ συντροφιάζουν, καὶ νὰ τὰ φυλάττουσιν. ἀκούσας δὲ ὁ ἁγιώτατος πάπας τὸ πόσοι εἶναι αὐτοῦ, ὑπερεθαύμασε, καὶ κατὰ γίνωσκε ταῖς μας, καὶ γὰρ ἐὰν εἰς τὸν αὐθέντην τὸν μακαρισμένον ἐκεῖνον τοιοῦτον ἄνθρωπον. ἐθαύμαζεν δὲ πῶς εἶχεν ἐδῶ τόσους, καὶ ἐκατηγόρειν τον, ὅτι εἰς ξενιτείαν νὰ θρέφῃ τόσους μὲ ἕνα δουκᾶτο καὶ ξέναις ἐλπίδαις, πόσον μᾶλλον τώρα ὁποῦ ἦλθεν καὶ ἄλλοι πλειώτεροι παρὰ ὁποῦ ἦσαν ἐδῶ καταγινώσκονται τῶν καὶ κατηγοροῦσί τον. καὶ μάλιστα εἰς αὐθεντόπουλα νέα καὶ ὄρφανα. ὁποῦ οὐδὲ ἀξίωμα, οὐδὲ ὄνομα, οὐδὲ φήμην ἔχουσι. καὶ οὐ μόνον καταγινώσκονται τῶν, ἂν μὴ οὐδὲ βούλονται νὰ ἐξοδιάζωσιν ἕνα τορνέσιν πλέον. καὶ ἄμποτες τὸ μᾶς ἔταξαν νὰ τὸ φυλάξωσι τελείως καινὰ μηδὲν μεταβληθῶσιν, ὥσπερ ἐποίησαν καὶ ἄλλοτε. διὰ αὐτὸ εἶναι χρεία νὰ φροντίζῃ ἡ εὐγένειά σου μετὰ τοῦ ἄρχοντος τούτου κελεπτούλου τοῦ ἰατροῦ τούτων. ὅπου κατὰ τὸ παρὸν ἔχετε τὴν φροντίδα τῶν αὐθεντοπούλων. ἐπανασηκώσωμέν τις νὰ τὰ διοικῇ, ἢ δὶς εἶναι ἀναγκαίως νὰ κρατηθῇ καὶ μετὰ ταῦτα θέλουσα μισθὸν μετὰ βουλῆς ἰδικῆς μας εἰς ἐκείνους ὁποῦ θέλουσιν ἀπομένειν. ἐμένα γοῦν προηγουμένως φαίνεταί με ὡς ἀναγκαιότατον ὁποῦ οὐδὲν ὑπορεῖ νὰ λείψῃ, πρῶτον ὁ ἰατρὸς, δεύτερον ὁ διδάσκαλος ἑλλην, τρίτος ὁ διδάσκαλος λατῖνος, τέταρτον δραγουμάνος. οὗτοι οὖν εἰσὶν ἀναγκαιότατοι καὶ οὐδὲν ὑπορεῖ νὰ λείψωσιν. ἔτι δὲ καὶ εἷς, ἢ δύο παπάδες λατῖνοι εἶναι ἀναγκαιότατοι διὰ νὰ ψάλλωσι λειτουργίαν λατινικὴν συνεχῶς. εἶναι γὰρ χρεία νὰ ζῶσι τὰ παιδία λατινικῶς, ὥσπερ ἐβούλετο καὶ ὁ μακαρισμένος ὁ πατὴρ τῶν. καὶ οἱ ἄρχοντες οἱ τοῦ θέλουσιν, εἴθε μετ' ἐκείνους, εἶναι χρεία νὰ προσέχωνται εἰς τοῦτο, νὰ μηδὲν φεύγωσιν ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν διὰ τὸ μνημόσυνον τοῦ πάπα, ὡσὰν τὸ ἐποίησαν εἰς τὰ στράτα ὁποῦ ἤρχισθε, διότι ἂν φεύγωσιν ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν εἶναι χρεία νὰ φεύγωσι καὶ ἀπὸ τὴν φραγγίαν. οὐδὲ δύνας γὰρ θέλει ἄνθρωπον ὁποῦ τὸν ὀνομάζει ἄπιστον, καὶ αἱρετικὸν, καὶ ἀποστρέφεται τὸν φανερά. ἀφ' ὅτι γοῦν τοῦτοι οἱ ἀναγκαῖοι τοὺς εἴπαμεν νὰ καταστασθῶσι, καὶ στηθῇ τὸ μερτικόν τους, τότε θέλει εὐθύν. τοῦτο δὲ θέλω τὸ καὶ τάξειν ἐγὼ ἐδῶ καὶ θέλω τοὺς καταστήσειν, τότε θέλετε ἰδεῖν τὸ ὑπόλοιπον πόσον εἶναι, καὶ πόσοι ἀπομένει ἀπὸ τὰ, α, φλωρία. καὶ τότε ἡ εὐγένειά σας ὅλοι ἂν τὰ μὰ θέλετε ἀποκαταστήσειν τοὺς νὰ ἀπομείνῃ, καί τινα ἔχῃ ἔπαθε εἰς μεταβολῆς ἡμετέρας. ἐμένα οὖν φαίνεταί μοι, ὅτι ὅσον εἶναι πλείονες καὶ ἐλαφρότεροι ὁποῦ μέλλουν νὰ ἀρκεσθοῦν μὲ ὀλίγον ὁ καθεὶς. εἶναι δὲ ἄλλως χρήσιμοι. τοῦτο θέλει εἶσθαι κάλλιον, διότι θέλουσιν ἔχειν τὰ παιδία πλείονα συντροφίαν, καὶ πλείονα δουλευσύνην, καὶ πλείονα τιμήν. ὅμως τοῦτο θέλομεν τὸ σκέψεσθαι ἐν θέμα, καὶ θέλομεν ποιήσειν τὸ κάλλιον. ἡ εὐγένειά σου εἶναι κατὰ τὸ παρὸν ὥσπερ διοικητὴς τῶν παιδίων μετὰ τοῦ κελεπτούλου. εἶναι γοῦν ἀνάγκη πρὸ πάντων νὰ φροντίσεται τὴν παίδευσιν τῶν. καὶ τὰ ἤθη τῶν. νὰ γίνουν καλὰ, καὶ πεπαιδευμένα, ἂν θέλετε νὰ ἔχουν τιμὴν ἐδῶ. εἰ δὲ μὴ θέλουν τὰ καταφρονήσειν καὶ αὐτὰ, καὶ ἐσᾶς ἐδῶ. καὶ οὐδὲ στραφεῖν θέλουν νὰ σᾶς ἰδοῦν με τὸν μακαρίτην τὸν αὐθέντην τὸν πατέρα τοὺς ἐσυντύχαμεν περὶ τούτου, καὶ ἐκεῖνος ἐβούλετο ἵ-

τὰ ἐνδύσῃ καὶ νὰ πειύτῃ νὰ ζῶν φράγγικα παντελῶς.. ἤγουν νὰ ἀκολυθῶσι τὴν ἐκκλησίαν κατὰ πάντα ὡσὰν λατῖνος, ϗ ὐχὶ ἀλλέως, νὰ ἐν δυνῶνται λατινικῶς, νὰ μάθων νὰ γονατίζων, τὰς ὑπερέχοντας ϗ πάπα, ϗ καρδιναλέας, ϗ τὰς ἄλλας αὐθεντίας. νὰ ἀποσκεπάζωνται τὸ κεφάλιν τὰς, νὰ τιμῶσι τὰς χαιρετῶντας αὐτὰς, ὅταν ὑπάγων, νὰ ἰδῶν καρδηνάλιν, ἢ ἄλλον ὅμοιον αὐθέντην, νὰ μηδὲν καθίσων ποσῶς, ἀμὴ νὰ γονατίζουν. ϗ ἀπίκω ὅταν τὰς εἰπῇ. ἐκεῖνος νὰ συκοθῶσιν. ὁ δὲ μακαρίτης ἐκεῖνος ἔλεγεν, ὅτι ϗ πολλάκις ἂν τὰς τὸ εἴπωσι νὰ μηδὲν καθίσωσιν. αὐτὰ ὖν ὅλα ἐνθυμᾶσθαι τὰ νὰ τὰς νυθετήσετε, ϗ νὰ τὰς παιδεύσετε καλά. ἔτι ποιήσετε ὅτι τὸ βαδισμὸν τὰς νὰ ἦναι σεμνὸν, ϗ τίμιον, ἡ ὁμιλία τὰς χρησιμωτάτας, ϗ ἡ φωνὴ τὰς νὰ ἦναι μετρία. ϗ ἠρεμία, τὸ βλεμμάτας προσεκτικὸν, νὰ μηδὲν χάσκωσιν ἐδῶθεν κακεῖθεν. ἂς τι μῶν πάντας, ἂς ἀγαπῶν πάντας, ἂς συντυχένωσι πάντας ϗ τὰς ἰδικὰς τῶν, ϗ τὰς ξένους μετὰ τιμῆς, μηδὲν εἶναι ἀλαζονικοὶ, ἂς εἶναι ταπεινοὶ, ϗ ἤρεμοι, ϗ μηδὲν ἐνθυμῶνται, ὅτι εἶναι βασιλέως ἀπόγονοι, ἀμὴ ἂς ἐνθυμῶνται, ὅτι εἶναι διωγμένοι ἀπὸ τὸν τόπον τῶν. ὀρφανοὶ, ξένοι, ὁλόπτωχοι ὅτε ἦναι χρεία νὰ ζῶν ἀπὸ ξένα θέλια. ϗ ὅτι ἂν δὲν ἔχωσιν ἀρετὴν, ἂν ὐδὲν εἶναι φρόνιμοι, ἂν οὐδὲν εἶναι ταπεινοὶ, ἂν ὐδὲν τιμῶσι πάντας, ὐ δὲ τὰς θέλουν τιμήσειν οἱ ἄλλοι. ἀ μὴ θέλουν τὰς ἀποστρέφεσθαι πάντας. αὐτὰ ὖν ὅλα φρόντισε τὰ καλὰ ἡ εὐγένειά σου μετὰ ϗ τῶ κρατοπώλλου, ἐπειδὴ τὸ γομαρὶν ἀπάνωσας ἦναι. πρὸς τούτοις ἂς ἐπιμελῶνται νὰ μάθουν γράμματα νὰ προκόψουν, μηδὲν ἐνθυμῶνται, ὅτι εἶναι εὐγενικοὶ, ἡ εὐγένεια χωρὶς ἀρετῆς ὐδὲν εἶναι τί ποτε. ϗ εἰς πάντας μὲν τὰς αὐθέντας ὅπου ἔχουν ϗ μεγάλας αὐθεντίας καὶ ἀρχὰς, ἢ μάλιστα αὐτὰς ὅπω ἔχασαν ὅλα. διὸ ἂς σπουδάζων νὰ μανθάνωσιν, ἂς ἔχων εὐπείθειαν, ϗ ὑποταγὴν, ϗ ὑπακοὴν εἰς τὴν εὐγένειάν σου, ϗ εἰς τὸν ἰατρὸν ὅπως τὰς ἀνέθρεψε, ϗ εἰς τὸν διδάσκαλον τῶν, ϗ ἅπας ὑπακούωσι, καὶ ἂς ποιῶν τὸ τὰς λέγεται. ἐξ ἅπαντα ἂς μαθῶν, ὡ καθῶς ἀπαυτὰς ἐν ἔθος ἕνα πρόφωνημα τὸ πλέον μικρὸν εἰς τὸν πάπαν, νὰ τὸ εἴπωσι τῶ πάπα γονατιστοὶ, ϗ ἀποσκέπαστοι ὅταν ἔλθωσιν ἐδῶ, ϗ μηδὲν γένῃ ἀλλέως, ὅταν περιπατῶν εἰς τὴν στράταν. Καὶ ἐν ἄνθρωποι ἀποσκεπάζονταί τας καὶ τιμῶν τὰς, ἂς ἀποσκεπάζωνται καὶ αὐτοὶ τὸ κεπάσιν τῶν, ἢ ὁλόπλα, ἢ πλεῖον ἢ ὀλιγώτερον, ὡς πρὸς τὰς ἀνθρώπους. ὁμοίως ϗ ἂν ἔρχωνται ξένοι εἰς τὸ σπίτιον, τίμιοι ἄνθρωποι, νὰ τὰς βλέπωσιν, ἂς τὰς προσκυνῶνται, ἂς τὰς ἀποσκεπάζωνται, ἂς τὰς περιμβάλωσι μετὰ τὰς ἀνθρώπους. ἂς συντυχένωσι ὀλίγα μὲν, ἐν τιμῇ ϗ εὐχαριστικὰ, ϗ ταπεινὰ μηδὲν γελῶσι ποσῶς μηδὲν ἀρχίπτωνται, ἀλλὰ μετὰ καθεστηκότος, ϗ σοβαρῶ φρονήματος αὐτὰς συντυχένωσιν, εἰς τὴν τροφὴν τῶν ἂς εἶναι προσεκτικοὶ, ϗ ἐγκρατεῖς εἰς τὸ τραπέζιν τῶν, ἂς κάθωνται μετὰ προσοχῆς, ϗ παιδεύσεω. ἂν θέλετε νὰ εἶναι πεπαιδευμένοι εἰς τὰς ἰδικὰς τῶν. νὰ μηδὲν ἀναισχυντῶν τινα συνηθήσετε τὰς ἀπὸ τώρα. καλὰ ἤθη, ϗ ταπεινὰ, ϗ ἥμερα. ἂς μανθάνωσιν ἀπὸ τὸ ῥανὰ γονατίζων ἐπιτήδεια ϗ εὔμορφα. καὶ μηδὲν τὸ ἔχωσιν ἐν τροπὴν ὅτι μεγάλοι ῥήγαδες ϗ βασιλεῖς τὸ ποιῶσιν, ὅταν σεβαίνων εἰς ἐκκλησίαν λατινικὴν ἂς γονατίζων, ϗ ἂς εὔχωνται, ὥσπερ οἱ λατῖνοι. ὑπηγένετε τὰς συνεχῶς εἰς τὰς ἐκκλησίας, εἰς τὰς λειτουργίας, ϗ ἂς στέκωνται μετὰ εὐλαβείας, ϗ προσοχῆς, χωρὶς γέλωτος, χωρὶς λαλίας, ἂς γονατίζων ϗ ἂς ἀποσκεπάζωνται ὥσπερ οἱ λατῖνοι, ϗ ἂς μιμῶνται ἐκείνους, ἂν ὅπω πειρῶσι, θέλωσι βοηθηθῶν, θέλων ἔχειν τιμὴν παρὰ πάντας, θέλω δυναθὲν ϗ ἐγὼ νὰ τὰς συνεργῶ, εἰδὲ τἀναντία ποιῶσιν, ἐγὼ ὐδὲν θέλω δυνηθῶν, νὰ τὰς βοηθήσω οὐδὲ ὅλως. οἱ ἄνθρωποι θέλουν τὰς ἀποστραφεῖν, καὶ τινας ὐδὲν τὰς θέλει τιμήσειν ὐδὲ ποσῶς. ταῦτα ὐδὲν λέγω γράφειν τὴν εὐγένειάν σου, ϗ τὰς ἄλλας ματαίαν πολυλογίας ἄκαιρα ϗ μάταια, ἀλλὰ διὰ νὰ λέγεται συνεχῶς τὰ αὐθεντόπουλα. νὰ ποιήσετε, νὰ τὰς τὰ ἀναγινώσκῃ συνεχῶς ὁ διδάσκαλος τῶν, νὰ τὰ ἐγροικῶν καλὰ, διὰ νὰ τὰ ποιῶσιν. ἐκεῖνος τὰ ἤθελα γράψειν. ἀλλ' ἐς ποιδὴ ἐκεῖνοι ὡς νέοι ἀκόμη. ὐδὲν τὰ ἐγροικῶν καλὰ διαυτὸ γράφω τὰ τὴν εὐγένειάν σου νὰ τὰς παραινέσῃς ϗ ἀπὸ λόγου μου, ϗ ἀπὸ ἰδικοῦ σας, νὰ ποιῶσιν ὡσὰν γράφομεν, ἐνταῦθα ἦναι θανατικὸν κατὰ τὸ παρόν. δι' αὐτὸν ἐφάνη καλὸν μετὰ βουλὴν τῶν ἀρχόντων. Οπῶ εἶναι ἐδῶ, ϗ μετὸ θέλημα τῶ ἁγιωτάτου πάπα νὰ μηδὲν ἔλθων τὰ αὐθεντόπουλα ἐδῶ διὰ τὸ κίνδυνον, ἀλλ' ὐ δ' αὐτῶ εἰς τὴν ἀγκώνα νὰ εἶναι, ἐπειδὴ ὐδὲ αὐτὸς ὁ τόπος εἶναι γερὸς, ἀμὴ νὰ διαβῶ τὸ νὰ ὑπάγετε εἰς ἄλλην χώραν τὴν λέγουσι τζίκολον, ὅπω ἦναι καλὸς ἀὴρ, νὰ γίνετε ἐκεῖ ἕως τῶ σεπτεμβρίου, ἢ νοεμβρίου μετὰ τὰς αὐθεντόπουλους ϗ τὴν αὐθεντοπούλαν. σκέψασθε ἴσως ἐν τῷ μέσῳ ἂν πρέπῃ νὰ ἀπομείνῃ αὐτοῦ πάντοτε, ὡσὰν βουλεύονται ϗ οἱ ἄρχοντες ὅπω εἶναι ἐδῶ. ὁ μακαριώτατος πάπας, καὶ ἐγὼ, γράφομεν τὸν λεγάτον τῆς μάρκης ὅπω νὰ σᾶς βοηθήσῃ ϗ νὰ σᾶς συνδράμῃ εἰς ὅ τι εἶναι χρεία. αὐτοῦ ἦναι ϗ τὶς ἐπίσκοπος τῶ κόσμου ὅπω ἦναι ἰδικόσμου ϗ οἶτον, ϗ δουλευτὴς τοῦ ἁγίου τοῦ δεσπότου, τὸ τζίκολον εἶναι ἐσοριάτω, ϗ ἔχῃ ϗ ἐκεῖ καλὸν σπίτιν ϗ θέλει σᾶς τὸ δώσειν νὰ κατοικήσετε ἐκεῖ. καὶ θέλει σᾶς συνεργήσειν εἰς τὸ εἶναι δυνατόν. ἐν ῥώμης αὐγούστου θ, α, υξε, ἔτος. ✝. ὁ βισσαρίων καρδηνάλις, καὶ πατριάρχης κωνσταντινουπόλεως.

AD CAPUT XXVIII.

In Albanit. irrump. Scanterin. ipſius dom.) *Georgium Caſtriotam, ejus partis Epiri principem, quæ olim dicta eſt Æmathia. Hunc obſidem a patre Joanne datum Amurati, Turcæ circumciderunt, & Iſchenderbeg nominarunt. Itali Scanderbegum dixerunt.*

Inſulam Imbrum, ruiſumque) *Inſula Aeolica Imbrus, haud procul a Lemno, e regione Tenedi. Proverbio Ἴμβροι vocabantur οἱ φυγαδικοῦντες, ſeu τὰς δίκας ὑποδύοντες, qui judicium ſubterfugiebant, ſimulantes ſe Imbros eſſe.*

AD CAPUT XXIX.

Matthæus Aſanes aoimam efflavit) *Cauſſam mortis aliam refert Protoveſtiarius, aliam Turcogræcia, ægritudinem videlicet ex affinis Demetrii calamitate ſuſceptam.*

Ex vectigalibus frumenti aſprorum 50. millia) *Ex vectigalibus ſalinarum tantum cepiſſe ſcribitur in Turcogræcia. Aſpra, ſive aſpri monetæ genus Turcis, quorum 40. dicantur facere talerum. Ab albore ajunt nominari. Aſper nummus latinis eſt recens, tactu adhuc aſper, nondum tritus & levis.*

AD CAPUT XXX.

Oppidulum armis in poteſtatem redactum) *πολίχνιον eſt in græco. Quodnam illud oppidulum? Chalcis fuit, in quo oppugnando pæne 30. hominum millia amiſit, & poſt dies 30. a Veneto navarcho deſtitutam expugnavit, omnique genere crudelitatis in Græcos, & Italos deſævilt. Paulus Ericius, Prætor urbis, filiam virginem habebat formoſiſſimam & maturam viro, quæ ad Sultanum adducta, cum ejus ſe libidini proſtituere nollet, jugulata fuit.*

Perfecte monachum μεγάλου σχήματος) *In Eucholog o Græcorum duæ ſunt τάξεις, ſive ordines & cærimoniæ duplices monachos inveſtiendi, ſeu ſacro habitu induendi, & conſecrandi. Unus dicitur μικροῦ σχήματος, ἤτοι μανδύου* parvi habitus ſive mantelli, *qui monachorum nondum perfecte initiatorum erat. Alter τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος, ſive μεγάλου σχήματος* divini, & angelici, ſive magni habitus, *ad quem a minore habitu tranſibant, quaſi qui hodie poſt novitiatum profeſſionem faciunt, ut loquimur. Et hic quidem habitus major ac venerabilior fuit, qui perfectum, & conſumatum monachum indicaret.*

In itinere vitam reliqait) *Adſcribam hic ex elogio Pauli Jovii, quæ ad Beſſarionis mortem, ſepulturam & ſcripta pertinent.* Nec multo poſt cum honore legationis in Galliam eſt miſſus. Sed dum e Gallia rediens, concepto morbo Ravennæ ſubſtitiſſet, anno ſeptuageſimo ſeptimo ætatis moritur. *Funus autem Romæ celebratum, in templo Apoſtolorum, ubi marmoreum tumulum vivens ſibi cum hac græca inſcriptione extruxerat.*

Beſſarion feci hunc tumulum, qui conderet oſſa:
Venerat unde olim, ſpiritus aſtra petet.
Τοῦθ' ἔτι Βησσαρίων ζῶν ἄνυσα σώματι σῆμα
Πνεῦμα δὲ φεύξεται πρὸς θεὸν ἀθάνατον.

Obiit Ravenæ anno Chriſti 1473. Funebris ejus laudatio a Platina habita, legitur cum vitis Pontificum. Scripſit de Euchariſtia, & Platonis defenſionem adverſus Georgium Trapezuntium, qui Ariſtotelem longe anteponebat. De Græcis latina fecit Ariſtotelis ac Theophraſti *μετὰ τὰ φυσικά*. Xenophontis item de dictis ac factis Socratis libros IV. aliaque. In Florentina Synodo, cui interfuit, opus ſcripſit contra Marcum Epheſinum, male cum Græcis de proceſſione ſancti Spiritus ſentientem, quæ nondum typis edita, ſunt in bibliotheca Italiæ: nam & ſuam ipſe moriens teſtamento reipub. Venetæ legavit, aſſervaturque ad D. Marci.

Valachiam quamvis p. copiis adortus eſt) *Dacia quondam appellabatur ampliſſima regio, quæ Tranſylvaniam cum utraque Valachia continebat. Et cingunt ambæ Valachiæ Tranſylvaniam, quarum una majoris nomen habet, altera minoris. Major ad Euxinum mare ſe porrigit, & noſtris Moldavia, Turcis Carabogdania, quaſi nigra Bogdania, ſive Bogdani regia dicitur, a frumento nigro, cujus eſt ager ille feraciſſimus. Minor propter Danubii ripas extenditur, & plerumque nominatur Tranſalpina, Bonfinio Montana quoque, ſicut & aliis. Valachiam vocavere Græci, & incolas Ulachos, pro quibus interpretes Zonaræ & aliorum Blachiam & Blachos, contra molliorem pronuntiandi rationem Græcorum. Lege cætera apud Leunclavium in Pandecte Annalium Turcicorum, quibus originem vocis Valachus inveſtigat.*

F I N I S.

EPISTOLA
GEORGII TRAPEZUNTII,

Qua Excelſiſſimum, Sacratiſſimumque

JOANNEM PALÆOLOGUM

ROMANORUM IMP.

Cohortatur, ut in Italiam ad Synodum naviget.

IN hac epiſtola Baſileenſe Concilium, quatenus auctoritatem ac poteſtatem Romani Pontificis decretis ſuis imminuere conatum eſt, graviter inſectatur. Fraudem & ſtudium ſerendæ diſcordiæ demonſtrat. Varia judicia ſuper profectione iſta, menteque Imperatoris oſtendit, quem ad proficiſcendum propoſita rei neceſſitate vehementer urget atque impellit. Eccleſiarum reſarciri concordiam ex animo deſiderat. Imperatori tamen nimium in eo videtur blandiri, quod ab ipſo potiſſimum non græcæ tantum, ſed latinæ item Eccleſiæ bonum ſtatum, & incolumitatem omnem dependere, non obſcure ſignificat. Quanquam in hoc ad Patres Baſileenſis Concilii potius reſpicit, quos de Papa aut Gallo in Gallia, aut Germano in Germania introducendo valde ſuſpectos habet: quorum improba ſtudia Imperat. adventu ſuo in Italiam redigere ad nihilum poſſit. Hæc autem epiſtola referri poterit ad cap. 13. lib. 11. & reliqua deinceps, in quibus de Imp. in Italiam tranſmiſſione adventuque Venetias, & Ferrariam agitur.

DE EODEM TRAPEZUNTIO, EX

ELOGIIS PAULI JOVII.

GEORGIUS Trapezuntius in Creta natus, quod paternam originem e Pontica celebri urbe duceret, vetuſtæ patriæ nomen aſciſcere, quam natale ſolum fateri maluit. Is Græcorum fere primus, Romæ eo tum ſæculo renaſcentibus literis, qui græca fœliciore ſtylo in latinum verteret, exiſtimatus eſt: uti liquidiſſime conſtat ex Ariſtotelis, ſacriſque Euſebii Cæſarienſis operibus, & ex rhetoricis præceptis Hermogenis. Erat enim ingenio ad lucubrandum maxime valido, vehementique, ſed uti mox apparuit, tetrici livoris pleno. Nam cum ſe Peripateticum profiteretur, unumque Ariſtotelem extollendo celebraret, uſque adeo ſuperba aure fuit, ut nec divini quidem Platonis ingenium laudari pateretur: cujus etiam dogmata & mores peracerbe, & inſolenter edito famoſo volumine laceravit. Sed Beſſarione generoſa eruditione illuſtrique facundia Platonem defendente, Georgius vim tanti fluminis ſuſtinere non potuit, cum publica invidia deflagraret. Habitavit juxta Minervam. Ad exactam ſenectutem perveniſſe fertur, ita ut repueraſcenti, ac propemodum deliro memoria tantarum rerum elaberetur, & circuiret urbem ſolus detrito in pallio, pileatus, & nodoſo ſcipione vacillantis gradum ſuſtinente, &c. *Hæc carptim ex Jovio.*

EPISTOLA.

NOn quia te, ut plerique opinantur, Imperator optime, penitus hærere ac dubitare exiſtimem, num triremibus a principe Epiſcoporum (Pont. Rom. Eugenio IV.) *miſſis in Italiam tranſmittas, cohortationem iſtam inſtitui: ſed quoniam potentiæ tuæ etiam atque etiam majoremque in modum gratificaturum me judicavi, ſi illa literis ad te conſcriberem, quæ tibi, utpote eadem magnopere ſentienti, voluptatem, mihi vero excuſationem atque veniam conciliarent, qui tametſi uſum & exercitationem linguæ Græcæ, velut in remotam coloniam deductus, pridem intermiſerim, nihilominus ad tuam celſitudinem ſcribere non formidarem. Quemadmodum enim hominis ſanæ mentis neutiquam foret, ſi ejuſmodi Imperatori, ſapientiæ ſcilicet, ac diſciplinis deditiſſimo, conarer dare conſilium, & tamen quod ad perſuadendum valere poſſet, non haberem: ita candidi hominis fortaſſe videbitur, ac fidelis, & obſequentis, multis interim de voluntate ac ſententia tua ambigentibus, tibi placita ſcribendo perſequi, exiſtimarique perſuadere voluiſſe jampridem perſuaſo: immo vero, qui ultro ad hoc incumbat, & complures jam*

in eandem voluntatem inflexerit. Cæterum principium aliquod orationis conſtituendum cenſeo, ut ratione & via procedamus, ne idem mihi uſu veniat quod illis, qui cum non niſi exiguis oneribus ferendis ſint, multa tamen & grandia ſuſcipiunt. Nam ſi ordinem rerum ſervaverimus, idipſum noſtram in dicendo ruditatem forſitan adjuvabit.

Baſileæ, quæ eſt urbs Germaniæ, congregata Synodus, Imperator, ſimul ac congregata eſt, ſanxit, ut ſi ei, qui nunc Eccleſiæ clavum tenet, e vita excedere pro humana conditione, Synodo durante contigiſſet, ſoli Synodo ſupremum eligere Epiſcopum fas eſſet. Quo quidem decreto ſatis declaravit, ſe ad Romani Pontificis primatum, ad Germanos, aut Gallos transferendum coiviſſe. Et hodie, quæcunque aut dicit, aut facit, hac de cauſſa dicit & facit: non illa ſane tota: etenim qui virtute, & ſanctioris vitæ rationibus inter eos antecellunt, mentem meliorem induerunt; perverſi autem non magis de Græca Eccleſia cum Latina concordiæ vinculis aſtringenda, quam de Latina hac diſtrahenda, multaſque in partes diſcindenda ſunt ſolliciti. Cujus rei gratia triremes etiam Avinione comparaſſe dicuntur, quæ te cum Synodo tua ultra columnas Herculis, & Gadira deportent. Hoc verum eſt, ut fama canit: & iſtuc non ad conſenſionem, ſed confuſionem potius Eccleſiarum ſpectare, quilibet cordatus intelligit. Probe enim noverunt, Romanorum Imperatorem cum tanta ſanctorum Patrum multitudine ad extremos terrarum fines navigare non poſſe. Ad unionem igitur Eccleſiarum te incitant. Si ita eſt, cur locis, in quo facilis eſt abitio relictis, eum proponunt, in quem devenire propemodum eſt impoſſibile? Quid? cum illis facillimum ſit in Italiam aſcendere, ubi eſt ſummus Pontifex, & cum eo Synodus, quo & majeſtas tua facillime juxta ac celerrime appelletur, quare ea præterita, cum ſibipſis difficilia, tum Pontifici maximo, & potentiæ tuæ impoſſibilia concupiſcunt? Verum enimvero, ut apparet, non eos fugit, poſteaquam in Italiam profectus, Eccleſias pacificaris (quod utique in beatiſſimo Papa Eugenio, & in majeſtate tua ſitum eſt) non amplius fore ullam machinam, Primatum Romæ in Galliam movendi, & transferendi terminos, quos Patres poſuerunt, quanquam undarum alliſu vacillantes, & vetuſtos adeo, ut cedere videantur. Uſque eo autem de recto non cogitant, ut eorum quæ expediunt ac decent, nihil intelligant: ſed arbitrentur, aut ſapientiam tuam ſe poſſe vincere, & conſilio tuo dominari, Romanorumque Imp. longe a ſede ſua ad extremos Oceani fines abducere: aut tuam in Italiam navigationem impedire: utrovis enim horum Eccleſiam ſe divulſuros opinantur; quam ſi quirent, jam diſcerpſiſſent: quibus autem, ſi tu in Italiam trajicere nolueris. Sive enim te illuc inclinante, beatiſſimi Papæ res frixerint; ſive ab itinere impedito, opportunitatem adepti, Eccleſiam ſcindere meditantur. Ita tribus propoſitis, aut in Galliam, aut in Italiam navigare, aut neque huc, neque illuc, ſi in Italiam non naviges, reliqua duo geminum ſchiſma pro ſimplici, heu me, in Eccleſiam importabunt. Nam quo Romana Eccleſia confundetur, ac permiſcebitur, hoc Græcorum Eccleſia cum ipſa ſtare qui poterit? Præterea, cum liceat Eccleſiæ Romanæ uniri, quis hoc neglecto aut Ariminenſi, aut Narbonenſi, aut neſcio cui demum alterum uniri ſtudebit? ut non ſecum reputet, ſi minus priſca illa, quando Galli, cum Romanos Pontifices ſecum conſpirantes haberent, regnum diſtraxerunt, & Eccleſias dilacerarunt (quæ duo ſe mutuo ſequuntur) ſi hæc non reputet, inquam, at ſaltem recentia, quæ Lugduni tentata ad nihilum reciderant. Haud enim idoneos eſſe judico, ad diſtantia coaptanda & copulanda, qui copulata ſemper turbant, & ſalva dirumpunt, & incolumia quantum poſſunt dilaniant, & hoc tempore in his ipſis elaborant. Sed antiqua e memoria deleamus. Quale porro velamentum ſumentes (pacem nimirum Eccleſiarum) te ad Synodum ipſorum adducere nituntur? cujus ut radices malæ, & fundamenta putria, ſic ultima quoque erunt infamia. Ego vero talia Baſileæ factitantes non Synodi populares, abſit, ſed viros ſanguinum, & Concilium malignantium potius appello. Quis, quæſo, Synodum illam ſanctam dicere auſit, unde abeſt ſummus Epiſcopus, non corpore ſolo, ſed animo quoque, & judicio, & voluntate penitus? nec abeſt ſolum, ſed inſuper a quibuſdam de illo numero oppugnatur, ac dira partim paſſus eſt, partim patitur? dolens, quod Eccleſiæ navim illorum dementia verſari in diſcrimine conſpicit. At enim rerum mirabilium Deus etiam ipſo malo curare malum novit, quod ſummæ illius bonitatis eſt. Quapropter excitavit, & inſtigavit multo magis quam prius hunc novum Moſen, Eugenium dico, antiſtitem Epiſcoporum cum ipſo conſentientium, & quotquot Synodum optant, & bonum commune diligunt, ut miſſis triremibus potentiam tuam in Italiam accerſeret. Cum autem varia rumore ſpargantur, nemo tamen, prope dixerim, te in triremes Avinionenſes propendere credit: tantam temeritatem & incogitantiam navigia ab ipſis comparata habent. Multi porro in ea opinione ſunt, te nec in Italiam navigare ſtatuiſſe: quorum nonnulli fortaſſe cum id ſummopere expetant, vix ſperant: alii a ſententia tua aberrant, quod promptum & alacrem animum tuum ad pacem Eccleſiæ conficiendam perſpicere non valent: quidam quod volunt id etiam futurum augurantur. Volunt autem res noſtras ſemper in anguſto ſitas eſſe: & erunt anguſtæ in ſchiſmate. Quemadmodum namque diviſo imperio dirempta eſt Eccleſia: ita putant (nec male putant) Eccleſia rurſum coaleſcente, imperium in ſublime erecturum caput. Qua enim alia de cauſſa ſic ſentiunt? Etenim qui Synodo interſunt, non omnes in eandem ſententiam eunt: ſed optimi pro hac re etiam ſanguinem profunde-

Digitized by Google

rent, quos diligere, & venerari, eorumque judicium omnium cæterorum judicio præferre juſtum eſt utique. Sunt qui ſuſpicentur, te cum ſynodicis fœdus iniſſe. Quocirca illorum non nemo cum Papa facit. Alii nec locum, nec modum ſervant, partim dum ferme extra orbem noſtrum habitabilem expellere majeſtatem tuam nituntur: partim cum res præſentiam beatiſſimi Papæ flagitet, & hoc in conventis & pactis ſcriptum ſit, neutiquam, niſi Pegaſis inequitet, aut Perſei alas accipiat, ad locum deſtinatum pervenire poſſit. Quod ſine controverſia ad occaſionem inducendi ſchiſmatis machinati ſunt. Alii affirmant, cum volueris ad Synodum proficiſci, ad Synodum minime venturum. Quid ais? inquiunt, ad Synodum œcumenicam jam coactam coactus eſt Imperator? quis hoc aliquando audivit, idque cum Synodi œcumenicæ complures celebratæ ſint? quarum primæ partes poſt Romanum Pontificem ſemper penes Romanum Imperatorem fuerunt. Numera mihi ſynodos, & percurre omnes, unicam duntaxat profer œcumenicam, cui Imperator Romanorum non initium fecerit. Nullam proferes. Quid ergo? alios Imperatori Romanorum idem cum ſupremo Epiſcopo ſentienti convocare licuiſſe cenſes, hanc autem futuram Avinionenſes quoſdam, aut Narbonenſes, aut Lugdunenſes, aut quoſcunque volueris, cogere poſſe arbitraris? Quis prudens hoc ferat? immo quis non ore aperto clamet, non eſſe hanc ſanctam Synodum, nec veſtigium ſynodi, nec ſimilem umbræ ſynodi, ſed inſanorum hominum inventa nequam, orbem terrarum perturbantia? Quid ita? quoniam non ex ſententia Romani Pontificis; quoniam Imperator Romanorum, cui hæc deſuper mandata ſunt, non ipſe convocavit: ſed ad prius convocatam velut quiſpiam idiota, & privatus arceſſitur. Tu vero, Imperator optime, leges a patribus tuis latas, divinoque jure conſervatas conſidera, & admirare. Illi cum multis gentibus imperitarent, Romani Epiſcopi auctoritate ſynodos cogebant. Fortuna poſtmodum commutata, eadem nihilominus dignitate tua, & antiquorum permanente, cum ad emendationem Eccleſiæ agitandus eſt conventus, & nemo jure præter Imperatorem Romanorum tempus & locum & modum definire poſſit, quia opes tuæ infirmæ ſunt, Deus judicio quod ipſe novit in hoc neceſſitatis rem concluſit, ut tu ſolus non ſis, ſicuti oportebat, & loci, & temporis & modi, & unionis ipſius dominus, nemine, aut paucis admodum in præſens contradicentibus: paulo autem poſt ad unum omnibus majeſtatem tuam ut bonorum omnium cauſſam & caput prædicaturis. Atque hoc tam mirabile non eſt, Imperator, tametſi eſt mirabile, quam illud recte factum erit, ſi tantummodo navi conſcenſa, in Italiam diſceſſeris. Iſtuc cujuſmodi ſit audi, quamvis per te noſti, & ab aliis forte accepiſti: nihil enim obeſt talia ſæpius dicere & audire. Das tu operam pro officio Imperatoris, uti Chriſtianorum genus in unum gregem, ſub uno paſtore colligatur. Hoc ipſum intuens Princeps hujus mundi diabolus, cruciatur, cœpta tua impedire, Eccleſiamque Latinorum, quæ nunc una videtur, diſcindere molitur. Tantopere enim ad explendam cupiditatem ſuam Germanorum, & Gallorum quidam feruntur, eum ſcilicet, qui nunc pontificatum maximum gerit gradu movendi, & alium Pontificem, Gallum puta, aut omnino barbarum contra ſubſtituendi, ut jam diripuiſſent Eccleſiam Dei, ſurſumque ac deorſum miſcuiſſent omnia, niſi vererentur, ne te in Italiam profecto, Papæ rationes corroborentur, ipſorumque debilitentur. Ex quibus perſpicuum ſit, niſi in Italiam ad concordiam reſarciendam naviges, amplius te Eccleſiam ſciſſurum, & cum Chriſtianos in unum congregare ſtudueris, diſperſurum, & afflicturum plagis inſanabilibus. Sola igitur voluntate illuc navigandi ſeditionem compeſcuiſti, procellam ſedaviſti, flammam adverſus Eccleſiam furentem extinxiſti; id, quod non ego ſolus, ſed univerſi loquuntur. Sic enim Eccleſia tumultuatur, tantumque amorem & hic degentium, & tranſalpinorum (ut ex his qui inde veniunt cognoſcere licet, ſi cui curæ eſt interrogare) erga tuam potentiam cumulavit Deus, ut omnes uno ore, & voce clament, niſi Romanorum Imper. Eccleſiam adjuverit (cui ſola res ipſa teſtimonium fert, tantum non voce miſſa mandatum a Deo, ut & pridem dirupta conſuat, & quæ ſunt coadunata, illæſa, integra conſervet) actum eſt de Eccleſia, periit imperium, dæmon adverſarius noſter regnat, & nihil prorſus exſpectandum eſt, quantum judicio humano perſpicere poſſumus, quod Chriſtianos iſtis miſeriis exſolvat. Hæc ego aſſiduo audiens, Imperator (novit Deus, qui te prædeſtinavit, & reſtituendis in concordiam eccleſiis ad æternam nominis tui memoriam elegit) lacrymas tenere nequeo, nunc animo prævidens, quantum Eccleſiæ periculum impendeat, cum tu nondum veneris: non quod te non venturum exiſtimem, ut alii quidam; ſed quod magnum deſiderium timor comitatur; nunc lætitia plane captus, & me Imperatorem Romanorum cum ſua Eccleſia Romanam unientem cernere ratus: quin ipſam Romanam obſervantem, & reconciliantem, & ab adeo manifeſto caſu cuſtodientem, ut dicere nemo poſſit, non eſſe Romani Imperatoris tam præclarum facinus. Quo enim pacto, ubi in Italiam veneris, quiſpiam non Salvatorem te, bonorumque omnium cauſſam ſecundum Deum proclamare ſuſtinebit, quem etiam modo, quibuſcunque iſta cordi ſunt, iiſdem appellationibus cohoneſtant? Inſignem profecto gloriam tibi Imp. offerre decrevit Deus, tua nimirum recreatus virtute, & gaudens te amare unionem, ac futurorum tibi, & per te generi Romano bonorum, ſummam pelagi tranquillitatem largitur, niſi tu non veniendo prohibeat. Sic igitur imperatorium, & naturæ tuæ pulchrum eſt, ne Eccleſia Romanorum dilanietur, ſolum navigationem in Italiam ſuſcipere, tanta nunc pecunia quaſi præ-

ter deſtinatum in adventum potentiæ tuæ fœliciter coacta, an non cupide navim conſcendes, & primo quoque tempore eccleſias conſenſione devincies? Quis autem recte ratiocinans, tantis etiam navigationis difficultatibus propoſitis, ut pro iis ſuperandis Chriſtianus quilibet mille mortes ſubiret, eam differret? Præſertim cum quanto eſt glorioſius veniendo ſcandala tollere, tanto ſit probroſius non veniendo Eccleſiam confundere; & cum totam Europam liceat conſtituere, & bona in pace collocare, contra, pro dolor, ad bellum inteſtinum exemplo peſſimo excitare. Cunctari enim & tergiverſari vitio dandum eſt. Oportet itaque, Imperator, iſtiuſmodi occaſionem divino munere oblatam non negligere: ſed cœleſtem providentiam admirari, & gratias agere, quoniam tibi cupienti pro ſimplici duplicem unionem donat. Nec enim ignoro, te frequenter rogaſſe Deum, uti ſimpliciter Eccleſiæ in priſtinam concordiam reducerentur. Ille vero, quo promptius venias, dupliciter id tibi concedit. Quid igitur? quo Deus zelum tuum magis exſuſcitat, & amorem vehementius accendit, hoc, ne impedimento ſit, a quibuſdam timebitur? Iſtuc ſimile eſt, ut ſi quis oleo ignem non paſci, ſed extingui autumet: aut ſi quis affirmet, decem talentis acceptis volentem quippiam facere, idem bis decem talentis acquirendis nolle facere. Sed hæc omittam, nec enim video, quid te ab adventu retardare queat. Cui plurimum ſtuduiſti, in foribus adeſt eccleſiarum pax. Nec ipſa tua ſolum, ſed & Romana Eccleſia puſtulis & tumoribus laborat, tuamque opem flagitat. Quos autem negotii iſtius cura ſollicitat, ſimul omnes, Imperator, ad te reſpiciunt, non minus quam ſi, ut Conſtantino illi Magno, aut Theodoſio, aut Juſtiniano, ſplendida tibi fortuna aſpiraret. Et revera, cum veneris, haud ſecus, quam a ſolis fulgore ſtellarum lux, præcedentium Imperatorum fama gloriæ tuæ claritate obſcurabitur. Nam illi multa etiam per vim (ſi juſte rem expendamus) bene feciſſe videri poſſunt. Magni quippe Principes ac dynaſtæ violentiæ ſuſpicionem non effugiunt. Tu vero ante multas jam ætates generi tuo adverſante fortuna, prudentia, juſtitia, manſuetudine, cæteriſque virtutibus, quibus imperium tuum condecoraſti, & Eccleſiam navigatione in Italiam peracta incolumem conſervabis, & male diſjuncta probe copulabis, & imperium inſtaurabis, & quam nunc obtines civitatem, multis gentibus poſt te imperantem relinques. Quod ſi non venias, omnino horum contraria te ſequentur. Haud enim erit, haud, inquam, erit in poſterum ſpes, Imperator, ſi tempus hoc præterierit, ad contritorum curationem accedi poſſe. Qui enim? quando & quæ prævalida, & tanquam muri Babylonii apparent, res Romanæ ſcilicet concutiuntur, & fluctibus agitantur? Nec fas turbinem ventorum evitare, niſi tu gubernaculo dexteram admoveris. Equidem adeo infauſtum vaticinari nolim: veruntamen rebus ipſis compulſus continere me non poſſum. Niſi in Italiam navigaveris, ſcito te Chriſtianorum genus prodidiſſe, & Eccleſiam in ultimas calamitates præcipitaſſe. O caſum, Nec erit Eccleſia Romana, quæ cum Græca conſocietur: & illa labefactata, vereor dicere, ſed dicam tamen, ſumma reſpub. peſſum ibit.

Hæc Imperator Auguſte, cui nunc poteſtatem eccleſiarum divino impulſu tota Europa tradit, tecum voluta. Quo quidem ceu ſigno, non multo poſt tibi, Deo volente, tradendi complurium gentium principatus quiſpiam utatur. Et cum hiſce cogitationibus, quibus te ventura ut præſentia puto intueri (ut de Themiſtocle narratur) exere animum, & prudentiam tuam. Abs te ducentes, aut ſeducentes repelle, ſiquidem vera ſunt quæ diximus. Et ſi triremes Avinionenſes Conſtantinopolim tenuerint, & non expulerit eas Deus, aut eorum a quibus mittuntur mentes, admirabiliter virtute tua flexus mutaverit, & his, & illis in Italiam te deducat. Ego igitur ſcripſi, non quod eloquentiæ meæ confiderem (ſum enim conſcius mihi paupertatis Græcarum artium) ſed quod Eccleſiarum pacem mirifice deſiderarem, & genus noſtrum in antiquum dignitatis locum per celſitudinem tuam revocari optarem. Hac una re commotus, multo antehoc etiam cum beatiſſimo Papa ſuper his diſſerui. Quod reſtat, ſacratiſſime Imp. vive, genus noſtrum ad veterem fœlicitatem extolle, imperitiamque & verboſitatem meam æqui bonique conſule.

ΠΡΟΣ

Google

ΠΡΟΣ ΤΟΝ
ΥΨΗΛΟΤΑΤΟΝ
ΚΑΙ ΘΕΙΟΤΑΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΡΩΜΑΙΩΝ

ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΝ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ εἰς Ἰταλίαν πλοῦν προτροπὴ Γεωργίου Τραπεζουντίου ἐπιστολή.

Οὐχ' ὅτι σε κατὰ τὴν πολλῶν δόξαν, ἄριστε βασιλεῦ, ἀμφιβαλεῖν ᾠήθην τὸ σύνολον, μεθ' ὧν ὁ ἄκρος τῶν ἀρχιερέων ἔπεμψε τριηρῶν εἰς ἰταλίαν πλεῦσαι, τὴν παράκλησιν ταύτην ἐνεστησάμην, ἀλλ' ὅτι ὡς μάλιστα τῷ σῷ κράτει ἐνόμισα χαριεῖσθαι ἐκεῖνα γράψας, ἅπερ σοὶ μὲν ἡδονὴν τῷ σφόδρα οὕτως ἔχεσθαι, ἐμοὶ δὲ παραίνεσιν, καὶ συγγνώμην παρέξει πόρρωθεν ἀπηρτισμένου λόγου ἑλληνικοῦ, καὶ ὅμως τολμῶντι πρὸς τὸ σὸν ὕψος γράφειν. ἐκεῖνο μὲν γὰρ οὐδ' ἂν ἦν ὅλως νοῦν ἔχοντος ἀνθρώπου, εἰ βασιλέα τοιοῦτον, ᾧ σοφίας καὶ λόγου εἰς ἄκρον μέτεστι πείθειν ἐπιχειροίην, μηδὲν ἔχων τῶν πείθειν δυναμένων. Τοῦτο δὲ ἀγνώμονος ἴσως ἂν δόξῃ καὶ πιστοῦ ὑπηκόου, ἀμφιδοξήντων πολλῶν ποτὲ σοι ἀριστὰ γράφειν, καὶ δόξαν χρῶν τι πεῖσαι πάλαι σοι πεπεισμένῃ, μᾶλλον δὲ ὁρμῶντος πρὸς τοῦτο οἰκείᾳ γνώμῃ, καὶ πολλοὺς ἤδη πείσαντος· ἀλλ' οἶμαι δεῖν εἰς ἀρχὴν καταστῆσαι τὸν λόγον, ἵνα μοι κατὰ λόγον χωρῇ, καὶ μὴ πάθω ταυτὸ τοῖς μικρὰ μὲν καὶ ὀλίγα φέρειν δυναμένοις, πολλὰ δὲ καὶ μεγάλα ἐπιφορτιζομένοις. τῷ γὰρ τῇ τῶν πραγμάτων τάξει προβαίνειν, ἴσως ἄν μοι βοηθήσειε τῇ τοῦ λόγου ἀπειρίᾳ.

Η ἐν τῇ λεγομένῃ βασιλείᾳ Γερμανῶν πόλει συναχθεῖσα σύνοδος, ὦ βασιλεῦ, νόμον θεῖσα εὐθὺς μετὰ τὸ συναχθῆναι, εἰ τῷ νῦν προκαθεζομένῳ τῆς ἐκκλησίας οἷα δὴ οἷα ἀνθρώπῳ θανεῖν συμβῇ, συνισταμένης τῆς συνόδου, αὐτῇ μόνῃ ἐξεῖναι τὸν ἄκρον αἱρεῖσθαι ἀρχιερέα, ἔνδηλον ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ μετατεθεῖσαι εἰς Γερμανοὺς ἢ Γάλλους συναχθεῖν τὴν τῆς Ρώμης ἀρχήν. καὶ νῦν ὅσα ἂν ποιῇ ἢ λέγῃ, πρὸς τοῦτο ποιεῖ καὶ λέγει· οὐ πᾶσα μὲν, καὶ γὰρ οἱ κρείττους ἀρετὴν ἐκείνων, καὶ τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν, συνεῖδον ἤδη τὰ βελτίω. οἱ δὲ πονηρότεροι, οὐ μᾶλλον φροντίζουσι τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἑνώσεως, Γραικῶν λέγω, καὶ Ἰταλῶν, ἢ τοῦ ἐξελαστῆραι τὴν ἰταλίαν ταύτην καὶ εἰς πολλὰ κατατέμνειν οἱ ἄθλιοι. οὗ χάριν καὶ τριήρεις λέγεται παρασκευάσαι αὐτοὺς ἐν Ἀβινιῶνι αἷς σε, καὶ τὴν μετὰ σοῦ σύνοδον, ἔξω τῶν ἡρακλείων στηλῶν καὶ πέρα γαδείρων ἐξάξουσι· τοῦτο δὲ ἀληθές, ὥσπερ φέρεται, ὅτι οὐ πρὸς ἕνωσιν, ἀλλὰ σύγχυσιν ὁρῶσι ἐκκλησιῶν, παντί που δῆλον τῷ νοῦν ἔχοντι. οἴδασι γὰρ καλῶς ὡς οὐχ οἷόν τε βασιλέα Ρωμαίων μετὰ τοσούτου πλήθους ἁγίων πατέρων πλεῖν εἰς τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης. ἄρα οὖν εἰς τὸ ἑνῶσαι τὰς ἐκκλησίας σε προσκαλοῦνται, καὶ τί τὰς εἰς οὓς ῥᾴδιον ἐλθεῖν τόπους ἀφέντες, τὸν εἰς ὃν σχεδὸν ἀδύνατον προτίθενται; ἀλλὰ πάντως τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην ἀποδέχονται, καί τι ῥᾷστα ὅπως ἐκείνοις εἰς ἰταλίαν ἐλθεῖν, ὅπου καὶ ὁ ἄκρος ἀρχιερεὺς, καὶ ἡ μετ' αὐτοῦ σύνοδος, ὅποι καὶ τὸ σὸν κράτος ῥᾷον ἅμα καὶ τάχιστα καταχθήσεται, τοῦτ' ἀφέντες, τῷ δυσκόλῳ μὲν σφίσιν αὐτοῖς, ἀδυνάτῳ δὲ τῷ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ, καὶ τῷ σῷ κράτει ἐφίενται; ἀλλ' ὡς ἔοικεν οὐκ ἀγνοοῦσιν, ὅτι σοῦ εἰς ἰταλίαν πλεύσαντος, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἑνώσαντος, ὅπερ ἄρα τῷ μακαριωτάτῳ Εὐγενίῳ πάπᾳ, καὶ τῇ σῇ θειότητι ἐναπόκειται, ὡς οὐδεμία ἔτι μηχανὴ ἔσται τοῦ τὰ Ρώμης πρωτεῖα εἰς μαρτυρίας Γαλλίας κινεῖν καὶ μεθιστᾶν ὅρια τὰ ἤδη μὲν ὑπὸ τῶν πατέρων παγέντα, σαλεύοντα δὲ ὅμως τούτῳ τοῦ κλύδωνος ῥύμῃ, καὶ τὸ παλαιὰ εἶναι, καὶ δοκοῦντα ὑπείξειν. ἔχουσι δὲ τοσοῦτον τοῦ καθήκοντος λογισμὸν, ὡς μηδὲν συνορᾶν δύνασθαι τῶν δεόντων· ἀλλ' οἴεσθαι ἢ καταπραΰνσαι τῆς σῆς σοφίας, καὶ καταπορῆσαι τῆς βουλῆς, καὶ ἀπάξειν βασιλέα Ρωμαίων εἰς τὰ ἔσχατα ὠκεανοῦ, μακρὰν τῆς ἰδίας πόλεως· ἢ κωλῦσαι σε τὸν εἰς ἰταλίαν πλοῦν. ἑκατέρῳ γὰρ τούτων κατατέμνειν αὐτοῖς ἐξεῖναι τὴν ἐκκλησίαν δοκεῖ, ἣν ἤδη κατασπαράξαι ἂν, δυνηθέντες. δυνήσονται δὲ, μὴ πλεύσαντός σου εἰς ἰταλίαν. οὕτω γὰρ ἐκεῖσε σου πλεύσαντος ἐξασθενήσει τὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα, εἴ τι κωλυθέντος πρόφασιν εὑρόντες σχίζειν ἐπινοοῦνται. οὕτω τριῶν προκειμένων, εἰς Γαλλίαν, ἢ εἰς Ἰταλίαν σε πλεῖν, ἢ μήτ' ἐκεῖσε, μήτε δεῦρο, πλὴν τοῦ εἰς ἰταλίαν σε πλεῖν τὰ λοιπὰ δύο, διπλοῦν ἀνθ' ἁπλοῦ παρεισάγει φύου, τὸ τῶν ἐκκλησιῶν σχίσμα· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ᾧ ἡ τῆς Ρώμης συγχυθήσεται ἐκκλησία, τούτῳ τὴν τῶν γραικῶν μετ' αὐτῆς ἵστασθαι. εἶτα τίς τὸ ὕπτιον αὐτῶν, καὶ σκαιὸν, καὶ ὕφαλον προτιμήσει τῆς ἰταλίας; εἶτα τίς τῇ Ρώμης ἐκκλησίᾳ ἐξὸν ἑνωθῆναι, τοῦτ' ἀφεὶς τῇ Ἀβινιῶνος ἢ Ναρβῶνος, ἢ οὐκ οἶδα τί λέξω, ἑνωθῆναι σπουδάσει; καὶ οὐ λάβῃ κατὰ νοῦν, οἶμαι τὰ παλαιὰ ἐκεῖνα, οἷς οἱ Γάλλοι εὑρόντες τῆς αὐτῶν γνώμης Ρώμης ἀρχιερεῖς, βασιλείαν δι-

πάσας καὶ τὰς ἐκκλησίας συνηξέτασαν. συνακολουθεῖ γὰρ ταῦτα ἀλλήλοις, εἰ μὴ ταῦτα λάβῃ καὶ νῦν, ἀλλά γε τὰ νέα τὰ ἐν λουγδούνῳ εἰς τὸ μηδὲν προχωρήσαντα. οὐδὲ γὰρ οἶμαι συναρμόζειν ἐπιτηδείως εἶναι τὰ διεστηκότα ἑνῶν, τοὺς ἀεὶ τὰ ἡνωμένα ταράττοντας, καὶ διαρρηγνῦντας τὰ σῶα, τοῦτο ἀκέραια ἀταράττοντας ὅσῃ δύναμις, καὶ νῦν πρὸς αὐτὸ σπουδάζοντας. ἀλλὰ τὰ μὲν παλαιὰ ἐξαλειφθήτω τῆς μνήμης. ποῖον δὲ πρόσχημα τῆς ἐκκλησιῶν εἰρήνης λαβόντες, θαρροῦσι σε προστάξεσθαι τῇ αὐτῶν συνόδῳ, ἧς ὥσπερ ἄρα αἱ ῥίζαι κακαὶ, καὶ τὰ θεμέλια σαθρὰ, οὕτως ἔσται καὶ τὰ τέλη δύσφημα· ἐγὼ δὲ ταῦτα πράττοντας τοὺς ἐν βασιλείᾳ τῇ πόλει οὐδὲ συνόδου ἄνδρας καλῶ, οὐδ᾽ ἐγγὺς, ἀλλ᾽ αἱμάτων μᾶλλον ἄνδρας, καὶ πονηρευομένων συνέδριον. τίς γὰρ σύνοδον ἐκείνην ἁγίαν εἰπεῖν τολμήσῃ, ὅθεν ἄπεισι μὲν ὁ ἄκρος ἀρχιερεὺς, οὐ σώματι μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ, καὶ γνώμῃ, καὶ βουλῇ πάσῃ, καὶ οὐκ ἄπεισι μόνον, ἀλλὰ καὶ πολεμεῖται παρά τινων ἐκεῖθεν, καὶ δεινὰ τὰ μὲν ἔπαθε, τὰ δὲ πάσχει, ἀλγῶν ὅτι τὸ τῆς ἐκκλησίας σκάφος κινδυνεῦον ὁρᾷ τῇ ἐκείνων ἀπονοίᾳ· ἀλλὰ γὰρ οἶδεν ὁ τῶν θαυμασίων Θεὸς καὶ ἀπὸ τῆς κακίας αὐτῆς ἰᾶσθαι τὸ κακόν· καὶ τοῦτο τῆς ἄκρας αὐτοῦ ἐστὶν ἀγαθότητος. διήγειρε τοιγαροῦν, καὶ παρώξυνε πολλῷ μᾶλλον ἢ πρότερον τὸν νέον τοῦτον Μωσέα, Εὐγένιον λέγω τὸν ἄκρον ἀρχιερέα, συνευδοκούντων αὐτῷ καὶ τῆς συνόδου ὅσοι σπουδαῖοι, καὶ ἀγαπῶντες τἀγαθὸν, τελείρεσι μετακαλεῖσθαι τὸ σὸν κράτος εἰς ἰταλίαν. καὶ ἐστιν ἀκοῦσαι γνώμας συχνὰς, οὐδενὸς μὲν, ὡς εἰπεῖν, εἰς τὰς Ἀβίωνος σε τελείρεις ῥέπειν νομίζοντος. τοσαύτην ἀλογίαν ἔχει ὁ παρ᾽ ἐκείνων στόλος. πολλῶν δὲ μηδ᾽ εἰς ἰταλίαν ἐθελῆσαι πλεῦσαι, ὧν οἱ μὲν ἴσως τῷ λίαν ἐφίεσθαι δύσελπτοι εἰσίν· οἱ δὲ τῆς σῆς γνώμης ἁμαρτάνουσι, μὴ δυνάμενοι νοῆσαι τὸ σὸν εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην πρόθυμον· οἱ δὲ, ὅπερ ἐθέλουσι τοῦτο καὶ δοξάζουσι· ἐθέλουσι δὲ μικρὰ εἶναι ἀεὶ τὰ ἡμέτερα· ἔσται δὲ μικρὰ τῷ σχίσματι. ὥσπερ γὰρ βασιλείας ἀφαιρεθείσης διέστη τὰ τῆς ἐκκλησίας, οὕτως οἴονται, καὶ οὐ καλῶς οἴονται, συνελθούσης τῆς ἐκκλησίας, ὑπεραρθῆναι τὰ τῆς βασιλείας. τί γὰρ ἄλλο τοῦ ταῦτα νομίζειν αἴτιον; ὅτι οἱ τῆς συνόδου πάντες οὐ συνευδοκοῦσιν, ἀλλ᾽ οἱ ἄριστοι, καὶ τὴν ψυχὴν ἂν ὑπὲρ τούτου θεῖεν, ὡς ἀγαπᾶν τε, καὶ σέβεσθαι. καὶ τὴν ἐκείνων γνώμην τῶν πάντων προτιμᾶν, δίκαιον δήπου, ὦ βασιλεῦ. ἀλλ᾽ ὅτι μετὰ τῆς συνόδου συνθήκας πεποίησαι; οὐκοῦν ἐκείνων οἱ μὲν μετὰ τὰ πάππα ἐστήκασιν. οἱ δὲ, οὔτε τόπον, οὔτε τρόπον ἐτήρησαν. τὸ μὲν ὅτι ἔξω που σχεδὸν τῆς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένης ἐξώσειν τὸ σὸν κράτος σπουδάζουσι· τὸ δὲ, ὅτι τῶν πραγμάτων κατεπειγόντων παρεῖναι τὸν μακαριώτατον πάππαν, καὶ τοῦτο γεγραμμένον ἐν ταῖς συνθήκαις, οὐκ ἂν εἰ μὴ πηγάσους τινὰς ἱππεύσῃ, ἢ περσέως λάβῃ πτερὰ, ἀφικέσθαι δυνήσεται· τοῦτο δ᾽ ἀτεχνῶς εἰς ἀφορμὴν σχίσματος αὐτοῖς μεμηχάνηται. ἀλλ᾽ ὅτι εἰς σύνοδον βουλομένου σοῦ ἐλθεῖν, οὐκ εἰς σύνοδον ἐλεύσῃ. τί φῄς; εἰς συστάσιν ἤδη σύνοδον οἰκουμενικὴν κέκληται βασιλεύς; τίς ἤκουσε τοῦτό ποτε, καὶ ταῦτα πολλῶν γενομένων συνόδων οἰκουμενικῶν, ὧν τὸ κράτος ἔχει ἀεὶ μετὰ τὸν ἄκρον ἀρχιερέα ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεύς. ἀρίθμησαί μοι τὰς συνόδους, καὶ ἐπίδραμε πάσας, μίαν καὶ μόνην λέγε μοι οἰκουμενικὴν, ἧς οὐ κατῆρξε βασιλεὺς Ῥωμαίων. ἀλλ᾽ οὐχ ἕξεις λέγειν. τί δὲ τὰς μὲν ἄλλας βασιλεῖ Ῥωμαίων εἰς ταυτὸ συνελθόντι γνώμῃ τοῦ ἄκρου ἀρχιερέως συγκροτηθῆναι νομίζεις, ταύτην δὲ τὸν μέλλουσαν ἀθηναίας τινὰς, ἢ Ναρβώνας, ἢ Λουγδίνας, ἢ ὡς τινας ἂν βούλῃ συγκροτήσειν δεῖν οἴει; καὶ τίς ταῦτα νοῦν ἔχων ἀνέξεται; μᾶλλον δὲ τίς οὐ διαρρήξας στόμα μέγα βοήσει, ὡς οὐ σύνοδος αὕτη ἁγία, οὐδὲ συνόδου ἴχνος, οὐδ᾽ ἐγγὺς κἂν σκιᾶς συνόδου, ἀλλ᾽ ἀποπλήκτων ἀνθρώπων ἐφευρέματα πονηρὰ, τὴν οἰκουμένην ταράττοντα; διὰ τί; διότι οὐ κατὰ γνώμην τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως. διότι βασιλεὺς Ῥωμαίων, ᾧ ταῦτα ἐφεῖται ἄνωθεν, οὐκ αὐτὸς συγκροτήσας, ἀλλ᾽ εἰς προσυγκροτηθεῖσαν, ὥσπερ τις ἰδιώτης καλεῖται. σὺ δέ μοι, ἄριστε βασιλεῦ, βλέπε θεσμοὺς, οὓς ἔθηκαν οἱ πατρές σου θεσμοὺς, θείᾳ δίκῃ τηρουμένους, καὶ θαύμασον. ἐκεῖνοι μὲν πολλῶν ἐθνῶν δυναστευόντος, τῇ τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως γνώμῃ ἤγειραν τὰς συνόδους. τῆς τύχης δὲ μεταπεσούσης, καὶ τοῦ μὲν ἀξιώματος ὄντος τοῦ αὐτοῦ σοί τε καὶ τοῖς πάλαι, δέον γενέσθαι σύνοδον οἰκουμενικὴν, ἐπὶ διορθώσει τῆς ἐκκλησίας, καὶ πρὸς τὸ συνεχθῆναι ταύτην οὐδενὸς κατάγοντος τὸν τοῦ δικαίου λόγον, πλὴν βασιλέως Ῥωμαίων καὶ χρόνον καὶ τόπον, οἶμαι δὲ καὶ τρόπον ὁρίσαι δυναμένου, ἀδυνάτων ὄντων σοι τῶν τῆς τύχης, συνέκλεισεν ὁ Θεὸς, οἷς οἶδε κρίμασιν, εἰς τοῦτ᾽ ἀνάγκης τὰ πράγματα, ὥστε σε μόνον εἶναι ὡς ἔδει κύριον καὶ τόπου, καὶ χρόνου, καὶ τρόπου, καὶ τῆς ἑνώσεως αὐτῆς, οὐδενὸς ἢ ὀλίγων πάνυ ἄν τι λεγόντων τανῦν, μικρῷ δ᾽ ὕστερον πάντων ἁπλῶς τὴν σὴν θειότητα πάντων τῶν καλῶν αἰτίαν ἀνακηρυξόντων. καὶ τοῦτο οὐ τοσοῦτον θαυμαστὸν, καί τοι ὂν θαυμαστὸν, ὅσον ἐκεῖνο, ὅπερ οὐκ ἐπιβῆναι μόνον τῆς νηὸς, καὶ πλεῖν εἰς ἰταλίαν κατορθώσεις, ὦ βασιλεῦ τοῦδ᾽ οἷοί εἰσιν, ἄκουσον, καί τοιγε καὶ παρὰ σαυτῷ εἰδὼς, καὶ παρ᾽ ἄλλων ἴσως ἀκούσας. οὐ γὰρ κακὸν τὸ τὰ τοιαῦτα πολλάκις καὶ λέγειν τε, καὶ ἀκούειν. σπουδάζεις σὺ βασιλικῶς μάλα, ὦ βασιλεῦ, εἰς μίαν ποίμνην, καὶ ποιμένα ἕνα συνάγειν τὸ τῶν χριστιανῶν γένος. ἀλγεῖ τοῦτ᾽ αὐτὸ ἐννοῶν ὁ κοσμοκράτωρ διάβολος, καὶ σπουδάζει πρὸς τὸ κωλῦσαι ὃ σὺ σπουδάζεις, σχίσαι καὶ τὴν νῦν δοκοῦσαν μίαν ἰταλῶν ἐκκλησίαν. τοσοῦτον γὰρ ὁρμῶσι πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐφετὸν Γερμανῶν καὶ Γάλλων τίνες, τὸν μὲν νῦν ὄντα καθελεῖν ἀδίκως βουλόμενοι, ἄλλον δὲ ἀν-

τισάγειν ἀρχιερέα, γάλλον, ἢ πάντως βάρβαρον, ὥσπερ ἤδη, διέρρηξαν ἂν τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ, καὶ συνετάραξαν πάντα, εἰ μὴ αἰδοῦντο μὴ ῥέψαντός σου πρὸς ἰταλίαν, κραταιωθῇ μὲν τὰ τοῦ μακαριωτάτου πάππα, συγχυθῇ δὲ τὰ αὐτῶν. ἐξ ὧν πρόδηλον, ὡς εἰ μὴ πλεύσῃς εἰς ἰταλίαν, ἑνῶσαι βουληθεὶς, πολλῷ μᾶλλον σχίσεις· καὶ συνάξαι σπουδάσας χριστιανοὺς, σκορπίσεις, καὶ κακώσεις ἀνίατα. τῷ γοῦν βουληθῆναι καὶ μόνον δεῦρο πλεῖν, ἔπαυσας τὴν στάσιν. τὴν ζάλην ἔστησας. ἔσβεσας τὴν ἀγριουμένην κατὰ τῆς ἐκκλησίας φλόγα. καὶ τοῦτο οὐκ ἐμὸς λόγος, ἀλλὰ πάντων ἁπλῶς. οὕτω γὰρ τὰ τῆς ἐκκλησίας ταράττεται, καὶ τοσοῦτον ἐρωτᾷ καὶ τῶν ὧδε, καὶ τῶν ἐπέκεινα ἄλπεων κατοικούντων ἀνθρώπων, ὡς ἐστιν ἀκούειν τῶν ἀρχομένων ἐκεῖθεν, εἴπερ τῆς φροντὶς ἐρωτῶν, πρὸς τὸ σὸν κράτος ἤγειρεν ὁ Θεὸς, ὥσθ' ἑνὶ στόματι, καὶ μιᾷ φωνῇ πάντων βοῶν ὡς εἰ μὴ ὁ τῶν Ῥωμαίων βοηθήσῃ βασιλεὺς τῇ ἐκκλησίᾳ, ᾧ μόνῳ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ, μόνον οὐχὶ φωνὴν ἀφιέντα ἐφεῖσθαι παρὰ Θεοῦ τά τε πάλαι διερρωγότα συρράπτειν, καὶ τὰ νῦν ἡνωμένα διατηρεῖν ἀκέραια, οἴχεται τὰ τῆς ἐκκλησίας, διέφθαρται τὰ τῆς βασιλείας, ὁ ἀντίπαλος πολιτεύεται δαίμων, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐστὶ προσδοκᾷν κατάγε ἀνθρώπους λογισμοὺς, ὃ χριστιανοὺς ῥύσεται τῶν τοιούτων κακῶν. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούων καθ' ἡμέραν, ὦ βασιλεῦ, οἶδεν ὁ προορίσας, καὶ ἐκλεξάμενός σε εἰς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἕνωσιν, εἰς ὄνομα αἰώνιον Θεὸς, οὐχ οἷός τε ὢν κατέχειν τὰ δάκρυα, ποτὲ μὲν συνορῶν οἷος τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπικρέμαται κίνδυνος, μὴ ἐλθόντος σου. οὐχ ὅτι τοῦτο νομίζω ὥς τινες, ἀλλ' ὅτι τῷ λίαν ἐπιθυμεῖν δέος ἕπεται· ποτὲ δὲ τῇ χαρᾷ νικώμενος, καὶ δοκῶν ὁρᾷν βασιλέα ῥωμαίων οὐ μόνον ἑνοῦντα τῇ ἑαυτοῦ τὴν ῥώμης, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ῥώμης συντηροῦντα, καὶ διαφυλάττοντα, καὶ ῥυόμενον οὕτω φανεροῦ πτώματος, ὥς τε μηδένα εἰπεῖν δύνασθαι, ὡς οὐκ ἄρα τοῦ βασιλέως ῥωμαίων τὸ κατόρθωμα. πῶς γάρ τι μετὰ τὸ ἐλθεῖν σε εἰς ἰταλίαν τολμήσει μὴ σωτῆρά σε, καὶ πάντων τῶν καλῶν μετὰ Θεὸν αἴτιον ἀνακηρύττειν, ὃν ὅτι καὶ νῦν οὕτοις τῶν τοιούτων μέλλει, τοῖς αὐτοῖς ἀποσεμνύνουσιν ὀνόμασιν; μέγα τοι κῦδος ὀρέξαι Θεὸς βούλεται, ὦ βασιλεῦ, τῇ σῇ παρακληθεὶς ἀρετῇ, καὶ τὸ ὁρᾷν σε τῆς ἑνώσεως χαίρων, ὡς πέρτι προοίμιον τῶν μελλόντων σοι, καὶ τῷ γένει ῥωμαίων ἐκ σου ἀγαθῶν, χαρίζεται τὴν γαλήνην τῆς γενησομένης τρικυμίας πάντως, εἰ μὴ σὺ τὸ ἐλθεῖν κωλύσῃς. εἰ γοῦν βασιλικὸν, καὶ τῇ σῇ φύσει πρέπον, ἵνα μὴ διασπασθῇ ἡ τῆς ῥώμης ἐκκλησία, καὶ μόνον τὸν εἰς ἰταλίαν πλοῦν ὑποστῆναι, τοσοῦτον νῦν χρήματος ὥσπερ ἐκ παρέργου κατορθουμένου τῇ παρουσίᾳ τοῦ κράτους σου, οὐκ ἐπιβήσῃ ἀσμένως τῆς νηὸς, καὶ ὅτι τάχιστα συνθήσῃς τὰς ἐκκλησίας; καὶ τίς ὀρθῶς λογιζόμενος τοιούτων προκειμένων ἔργων τοῦ πλεῖν, ὑπὲρ ὧν πᾶς χριστιανὸς μυρίους θανάτους ὑπομείνειεν ἂν, τὸ πλεῖν ἀναβάλλοιτο; καὶ μάλισθ' ὅτι ὅσον μεγάλη ἡ δόξα τῷ ἐλθεῖν παῦσαι τὰ σκάνδαλα, ὦ βασιλεῦ, τοσοῦτον μείζων ἡ δυσφημία τῷ μὴ ἐλθεῖν συγχῦσαι τὴν ἐκκλησίαν καὶ πᾶσαν φυὴν τὴν ἀνθρώπων ἐξὸν καταστῆσαι καὶ εἰρηνοποιῆσαι καλῶς, ἐκπολεμῶσαι κάκιστα. τὸ γὰρ ὀκνεῖν κατηγορεῖ. οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον ἀφεῖναι καιρὸν, ὦ βασιλεῦ, συμπεσόντα θεόθεν. ἀλλὰ δεῖ θαυμάσαι τῆς προνοίας τὸ θεῖον, καὶ εὐχαριστῆσαι, ὅτι διπλὴν ἀνθ' ἁπλῆς δωρεῖται σοι ζητοῦντι τὴν ἕνωσιν. οἶδα γὰρ ὅτι πολλάκις αἰτήσειας παρὰ Θεοῦ ἁπλῶς ἑνωθῆναι σοι τὰς ἐκκλησίας, ὁ δὲ διπλῶς χαρίζεται, ἵνα προθυμότερον ἔλθῃς. τί οὖν, ὅπερ τὸ θεῖον μᾶλλον ἀνάπτει τὸν σὸν ζῆλον, καὶ ἀναρριπίζει τὸν ἔρωτα, τοῦτο χρῆ τινας φοβεῖσθαι, μὴ ἐμπόδιον γένηται; τόδ' ἐστὶ παρόμοιον, ὡς εἴ τις ἐλαίῳ μὴ τρέφεσθαι, ἀλλὰ σβέννυσθαι νομίζῃ τὸ πῦρ. ἢ εἴπερ τις προτείνηται τὸν δέκα ταλάντοις ἐθέλοντά τι ποιεῖν, τοῦτ' αὐτὸ μὴ βουληθεῖναι ποιεῖν τῷ δισδέκα προσεξευρίσκειν τάλαντα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσω ἤδη γὰρ ὁρῶ τι τὸ κωλῦσον ἥξειν σε. ᾗπερ πολλὰ ἐσπούδασας πάρεστιν ἐπὶ θύραις ἡ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνη. καὶ οὐχ αὕτη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς ῥώμης ἐκκλησία φλυκταίνει οἰδαίνουσα, καὶ ἐπιβοᾶται τὴν σὴν προστασίαν. οὓς δὲ τῶν τοιούτων μέλλει, ἁπαξάπαντες αὐτοκράτορ εἰς σὲ βλέπουσιν, οὐχ ἧττον, ἢ εἰ κατὰ Κωνσταντῖνον ἐκεῖνον τὸν μέγαν ἢ Θεοδόσιον, ἢ Ἰουστινιανὸν λαμπρᾶς ἐπέπνει τὰ τῆς τύχης. καὶ τῷ ὄντι ἐλθόντος σου, ὡς ὑπὸ ἡλίου ἀστέρες τῶν πρό σου αὐτοκρατόρων ἡ φήμη τῇ σῇ δόξῃ κρυβήσεται. ἐκεῖνοι γὰρ πολλὰ ἂν καὶ βίᾳ κατορθῶσαι δόξωσι τοῖς ὀρθῶς ἐξετάζουσι. τοῖς γὰρ μεγάλοις δυνάσταις ἡ τοῦ βιαίως πολλὰ ποιεῖν ὑπόληψις ἕπεται. σὺ δὲ πρὸ πολλῶν ἤδη γενεῶν ἀντιπνευσάσης τῷ γένει τῆς τύχης, φρονήσει, δικαιοσύνῃ, σωφροσύνῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς αἷς σου τὸ κράτος ἐκόσμησας, τήν τε ἐκκλησίαν εἰς ἰταλίαν πλεύσας ἀκέραιαν συντηρήσεις, καὶ τὰ διαιρεθέντα κακῶς συζεύξεις, καλῶς καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἐπανορθώσεις, καὶ παρέξεις τοῖς μετά σε πολλῶν ἐθνῶν βασιλεύουσαν τὴν σὴν κρατεῖς πόλιν· ὧν τοὐναντίον ἅπαν τῷ μὴ ἐλθεῖν σε ἕψεται. οὐ γὰρ ἔσται οὐκ ἔσται τοῦ λοιποῦ ἐλπὶς ὦ βασιλεῦ τοῦ καιροῦ παρελθόντος ἐπιχειρεῖν ἰᾶσθαι τὰ συντριβέντα. πῶς γὰρ οὔπω καὶ τὰ δοκοῦντα εὐθηνεῖ, καὶ ὡς τείχη βαβυλώνια, τὰ τῆς ῥώμης λέγω, σείεται, καὶ σαλεύει ἐπὶ κυμάτων ἑστάμενα; καὶ οὐκ ἔστιν ἐκφυγεῖν τὴν ζάλην, εἰ μὴ ἐπιβάλλῃς τῷ πηδαλίῳ τὴν δεξιάν· ἐγὼ δὲ οὐ βούλομαι μὲν τὰ κάκιστα προλέγειν, ἀθυμῶν δὲ τοῖς πράγμασιν, οὐ δύναμαι κατέχειν ἐμαυτὸν, εἰ μὴ πλεύσῃς εἰς ἰταλίαν, ἴσθι ὡς ἀπώλεσας τὸ τῶν χριστιανῶν γένος, διέφθειρας τὰ τῆς ἐκκλησίας. ὦ τοῦ πτώματος, οὔτ' εἰ μὴ ἑνωθήσεται ἡ τῶν γραικῶν, ἐ-

σαι ῥώμης ἐκκλησία καὶ ἡ τῶν γραικῶν πάντα σφαλείσης, ὀκνῶ μὲν, λέξω δὲ ὅμως, τὸ παρόντα οἰχήσεται. ταύτῃ, ὦ βασιλεῦ, ὦ αὐτόκρατορ, ὥσπερ ἤδη τὸ κράτος τῶν ἐκκλησιῶν παρέχουσι θείως κινούμενοι πάντες οἱ τῆς εὐρώπης, ἐνθυμηθεὶς, ὥσπερ σημεῖον χρηστοτάτης τῆς μετ᾽ οὐ πολὺ σοι Θεοῦ θέλοντος δοθησομένης πολλῶν ἐθνῶν ἡγεμονίας, καὶ πρὸς τούτοις τοὺς σοὺς λογισμοὺς, οἷς ὡς παρόντα σε οἶμαι τὰ μέλλοντα ὁρᾶν, ὥσπερ τινὲς ἔφασαν τὸν Θεμιστοκλέα χρῆσαι τῇ σῇ ψυχῇ, τῇ σῇ φρονήσει, ἀπόκρουσον τοὺς ἀλλόφυλον ἄγοντας, ἢ παράγοντας, εἴπερ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα, καὶ κατέλθωσιν αἱ ἀβιώτως εἰς τὴν Κωνσταντίνου τριήρεις, καὶ μὴ ἐξώσει αὐτὰς ὁ Θεός· ἢ μεταβαλὼν τὰς ἐκείνων γνώμας θαυμασίως τῇ σῇ ἀρετῇ καμφθεὶς, ἐν πάντας, κακείνας τὰς τριήρεις εἰς ἰταλίαν προπέμψαι σε· ἐγὼ μὲν οὖν ἔγραψα, οὐ τῷ λόγων θαρρήσας, οἶδα γὰρ ὡς οὐ μέτεστί μοι λόγων ἑλληνικῶν· ἀλλὰ τῷ ἐφίεσθαι σφόδρα τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης, καὶ τῆς τοῦ γένους εἰς τὸ πάλαι ἀξίωμα διὰ τοῦ σοῦ ὕψους ἀποκαταστάσεως ὥσπερ καὶ μόνῳ κινηθεὶς πρὸ πολλοῦ, ἤδη περὶ τῶν τούτων καὶ πρὸς τὸν μακαριώτατον πάππαν διειλέχθην. σὺ δὲ ὦ θειότατε βασιλεῦ ζῆθι ἐπανάγων τὸ γένος πρὸς τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν, καὶ τῆς ἀμαθίας ὁμοῦ καὶ πολυλογίας ἀνάσχου μοι.

F I N I S.

A01 1472212

Digitized by Google

INDEX
IN HISTORIAM
GEORGII PHRANZÆ
PROTOVESTIARII.

A

Accuſatorem vanitas deprehenditur. 4
Æſtus ingentes. 112
Agareni Hiſpania egreſſi, ex inſulis prædas agunt: Cretam primum depopulati, poſtea incaſſum a Romanis defenſam occupant. 36
Albanitarum motus in dominos, quibus Turachanis filius ſuppetias venit, fratreque captivo in munus accepto abit. 114
Albanitarum improbitas & infidelitas. Inter eos & Romanos prædationes mutuæ. 112
Albanitiæ partem regulo mortuo occupant Veneti, partem ex ſorore nepos. 121
Alexii Comneni filiæ neptiſque nuptiæ. 3
Ameræ factum callidum, adverſus quem ſollicitantur a Sigiſmundo principes. 22
Ameræ mors celatur: difficilis ſuper ea nuntius Conſtantinopolim. 40
Ameræ humanitas in Joannem. 64
Ameras Iſthmum occupat, Patras igni vaſtat. 72
Ameræ timor Conſtantinopoli. 94
Ameras Adrianopoli contra Byzantium ducit. 87
Ameræ aduentus, locus tabernaculi, caſtrorum ſitus, multitudo navium. 89
Ameræ dolor. *ibid.*
Ameræ ex machina inflammata triſtitia & pudor. Iterum ejus, conſiliariorumque ex conſtantia & invicta virtute Byzantiorum mœſtitudo. 91
Ameras ſuos de ignavia e littore increpans, in undas cum equo procurrit. Militum in ejus periculo timor, & auſus imitatio. Redintegrata pugna. 93
Ameræ ira, dolor, furor, de ſiniſtris eventibus. Quædam machinæ novæ, & pons ab eo conſtructus. *ibid.*
Ameræ juſſu quadraginta fortiſſimi & pulcherrimi juvenes trucidantur. 95
Ameræ arrogantia & voluntas perdendarum navium, pro quibus Galatæi ſupplicantes fruſtra ſunt. Incaſſum tamen, & claſſiariis incolumibus quanquam infeſtiſſime oppugnantur. 97
Ameræ & conſiliariorum mœſtitia ex tribus cauſis. 98
Ameras Sogambaſſæ dicta probat cum voluptate. Galatam, ad Galatæos trajectu ad urbem tuendam prohibendos cuſtodiam mitti imperat. *ibid.*
Ameræ oratio ad ultimam impreſſionem hortatoria. Voluptates ex Alcorano in prælio cadentibus: vivis & victoribus duplicatum ſtipendium ac prædam pollicetur. Clamores lætantis exercitus. 101
Ameras cur belli inexpertos, juvenes ac ſenes primam facere impreſſionem juſſerit. Fervor pugnantium. 104
Ameras ſerio de vita Imperatoris inquirit. Cadaver repertum honeſtiſſime ſepeliendum curat. Ætas ejus. Notaram ſimulatorem & mendacem quomodo deluſerit, & cum filiis duobus capite puniverit: ut item alios viros nobiles. 109
Ameræ capta urbe triumphus. Chriſtianis bene cupit. 110
Ameras ad Principem Serviæ de pace inter Hungaros & ipſum Ameram concilianda legatio. 112
Ameras a Janco & aliis pellitur. 114
Ameriſſa quare ad Ameram confugerit, qui ſubdere ſibi Servium conatur. Loca ab eo vaſtata, & occupata. Corinthus ei traditur. 115
Ameræ plura oppida a Thoma deduntur. Demetrii filiam uxorem petit. 117
Ameras Dei carnifex. 118
Ameras utrumque Deſpotam oppugnatum venit. *ibid.*
Ameræ dicterium in captum Demetrium. Ejus filiam ducit: omnia ſuo arbitratu adminiſtrat. 120
Ameras Demetrii filiam ſibi deſponſam mittit Conſtantinopolim. *ibid.*
Ameræ perfidia. Leontarium a civibus deſertam occupat, quos Gordica recepta, quo confugerant, omnes cum uxoribus & liberis interficit. *ibid.*
Ameras urbes occupat, Peloponneſo excedit. *ibid.*
Ameræ in Præfectum Calabrytæ, & urbanos cives crudelitas. Alia loca ab eodem ſubacta. 122
Ameras cum Thoma Deſpota pacem facere cupit. *ibid.*
Ameras ad ſe mitti vult Deſpotæ filium, cui benefaciat. 123
Ameras regem Trapezuntis ex cauſſa non vera facultatibus denuo ſpoliat: Leſbum occupat. 125
Ameræ ſuſpicio de Deſpota, & pœna inflicta. Obviam ſibi procedentem miſeratur, in equo ſecum Adrianopolim ducit, redditus reſtituit. 126
Ameras Capham ſubjugat, in Valachia rem infeliciter gerit. *ibid.*
Ameras contra Naupactum & S. Mauram nihil proficit. 56
Amurates juxta proverbium (unumquemque ad ſuum quæſtum æquum eſt eſſe callidum) per ſpeciem allati ſubſidii, in Thracia ſuas opes auget. 18
Amuratæ in nobiles adoleſcentes eorumque patres immanitas. Rogatus, Andronico e carcere dimiſſionem impetrat. 29
Amuratis Primi mores. Quæ occuparit. Fœdus cum Joanne Imperatore. Filium Moſen capite punit. Ejus victoriæ plurimæ. Mors ex inſidiis. Humanitas & liberalitas in Principes Chriſtianos. 33
Amurates Secundus Muſtapham patruum ab ſe victum jugulat. Conſtantinopolim incaſſum obſidet. Theſſalonicam acquirit. Ladislaum Hungariæ regem vincit. Valachos irrito conatu invadit, altera pugna victor abit. Provinciæ ab eodem ſubactæ. Ladiſlaum occidit. Janizaros quomodo formarit. Ejus ſumma ſe-

Digitized by Google

veritas & juſtitia. 45
Amuratis ira in Romanos, & injuria in Legatos: Byzantium nullo effectu oppugnat. 81
Amuratis Ameræ mors. 26
Amurius Satrapa rebellis. 9.
Andronico ineunte, turbæ. Ad ſtatum Eccleſiæ in meliorem formam redigendum incumbit. *ibid.*
Andronicus Joannem Laſcarim luminibus orbum viſit, & conſolatur: in orientem pergit: fratrem tyrannidis ſuſpectum, cum ſodalitio in vincula contradit. *ibid.*
Andronici progenies. 12
Andronico avo nepos arma infert, ad quem Theodorus Marchio, ſenioris filius impie deficit. 14
Andronici junioris duæ uxores, & ex poſteriore proles quatuor. Moriens Joannem Cantacuzenum Joanni filio tutorem dat. Laus & ſtudia defuncti. 18
Andronicus Joannis filius, adoleſcens temerarius, & regnandi cupidus a parente punitur oculorum orbitate. 19
Andronici furor & querimonia. 20
Andronicus ad Bajazetem cum filio opis cauſſa transfugit. 30
Andronici filii Manuelis mors. 110
Annorum numerus a Conſtantino Magno ad Heraclium, ſed quo Mahometus extitit. 58
Antonii Comneni Dynaſtæ abitus e vita. 37
Apocapſus e Creta profectus, inſulas & Peloponneſum vexat: cui Nicetas patricius cladem apportat. 83
Aprorum venatio. 19
Argos urbs cum civibus hoſtiliter tractatur. 5
Arſenius Patriarcha imperii curator, Michaelem Palæologum ſibi collegam aſciſcit. 6
Arſenius Patriarcha Michaelem Auguſtum ſalutatum, & ſalutatores anathemate a ſe percuſſos abſolvit, jusjurandum adigit, ſuis manibus eidem coronam imponit, tempus imperii definit. 9
Athanaſius patriarchatum capeſſit. 21
Athanaſio patriarchæ abdicanti, Joannes ſublegitur. 21
Atroces minæ. 20
Bajazetes diſcordiis conſanguineorum gaudet, copias attribuit. *ibid*
Bajazetis ſceleratum conſilium, ad quem Joannes quoque & Manuel opem oratum veniunt: tributum & auxilium inter ſe pollicentur. 22
Bajazetes Peloponneſum invadit. 24
Bajazetes cum uxore, filio, nobilibus, capitur a Tamberlane. 29
Bajazetes quare Gilderum cognominatus? Fratrem Muſulmanum ſtrangulat. Ejus expeditiones. Conſtantinopolim obſidet. Peloponneſum vaſtat. *ibid.*
Bajazetis faſtus & arrogantia, Tamerlanem deſpicientis. Copiarum utrinque numerus. Conflictus in Phrygia. 32
Bajazetes cum uxore, filio, nobilibus capitur. Ejus quamvis capti arrogantia. Pœna ignominioſa. 38
Bajazetis quinque filii. 14
Barbarorum novi motus. A Nicephoro duce Romano longo intervallo in Creta ſub jugum mittuntur, & inſula recuperatur. 9
Barlaami monachi cum Græcis digladiatio. 126
Beco exauctorato, Athanaſius patriarchatum capeſſit. 69
Beglerbego urbes Peloponneſi ſe dedunt. 126
Beſſario Romæ temanens, Cardinalibus allegitur. 120
Beſſario in reditu e Francia moritur, corpus Romæ ſepelitur. 120
Bordonienſium primorum timiditas. 25
Buchaleorum in Beglerbegum animus ingratiſſimus. 21
Bulgariæ tractus occupatur. 23
Byzantii obſidio. 7
Byzantii obſidio ſolvitur, propter expeditionem Temiris adverſus Bajazetem. 83
Cæſar dux immortali afficitur gloria. 41
Cæſarii locus de legibus ſcriptis & non ſcriptis apud varias gentes. 72
Calliopolitæ Romanis ſubeſſe nolunt. 15
Calores maximi. 16
Cantacuzenus ſibi & filiis monarchiam conatur aſſerere, unde clades & calamitates. 16
Cantacuzenus in belo ſtruendo perſeverat. 112
Cantacuzenus res ſuas in deſperatis habens, monachum profitetur. 46
Cardinalis Ruſſiæ patriarchatum recuſat. 56
Carolus dynaſta, cui pars Peloponneſi parebat. 88
Caroli dynaſtæ obitus. 120
Caſtellum abſolvitur. In eo tres turres; earum latitudo. Præſidium impoſitum. 89
Caſtritzenſium deditio, & Ameræ perfidia. 106
Catena portui obtenta. Naves intra catenam hoſtibus oppoſitæ, & aliæ auxiliares. Oppugnantium & reſiſtentium ardor. 14
Chaſanis Janitzari ſtrenuitas. 95
Chius Martino Genuenſi extorquetur. 58
Civium timor. Ad defenſionem urbis regionum diſtributio. 112
Cleopæ reginæ mors. 25
Comtææ viſi augurium. 95
Comneni Auguſti ex fratre filius quare ad barbaros transfugerit. Filiam Ameræ bene dotatam uxorem ducit. Laudatur a multis rebus: omnibus chariſſimus, ut alter Mahometus. Filium Græcis & Arabicis diſciplinis imbuit. Ejus ſimiliter apud omnes auctoritas & gratia. Novellas in Arabicum transfert. Chriſtianis favet. Ertuculem Oſmanis patrem generat. 8
Conatus ad triremes Turcicas & pontem incendendum irritus. 55
Concordiæ capita tria. 94
Conſilium ſtolidum de triremibus nec parandis nec reficiendis. 6
Conſilium Conſtantini de advocando fratre ex Peloponneſo, qui ad Principes Chriſtianos in occidentem pro corrogandis auxiliis mittatur, ſi res ita flagitet. 64
Conſtantinopolis per cuniculum inducto milite, cum cædibus incendiiſque Latinis eripitur. 107
Conſtantinopolis oppugnationem Halimbaſſa diſſuadet. 95
Conſtantinopolis expugnatio & vaſtatio. 48. vide etiam inferius V. Vrbs.
Conſtantinopolis captæ tempus. Enumeratio calamitatum quas a Turcis pertulit. 50
Conſtantinopolitani Turcis captivis præcipitandis par ſeponunt cum fœnore. 52
Conſtantinus Caroli conſobrinam ſibi jungit. 54
Conſtantini de Patra incolenda conſilium. 58
Conſtantinus fugit: equo ex ictu teli lapſo, a Protoveſtiario contra hoſtes defenditur. *ibid.*
Conſtantinus cum fratre Patram tendit, Camenitzæ claves oblatas recuſat. Incolæ S. Andreæ eundem auguſta venerantur. Factio Metropolitæ hoſtem e ſuperiore loco appetit. Indigenæ ſacramento ſubiectionis ei ſe adigunt. 59
Conſtantinus Patram ſubigit, Catelani Glarentzam, quam ei vendunt. *ibid.*
Conſtantinus & Thomas ditiunculas permutant. 69
Conſtantinus Venetas triremes expectat. A Turachane reſponſum. Incommoda apud Euripum, noctu a Conſtantino & ſociis tolerata. 70
Conſtantinus in Peloponneſum redit. Theodorus cum copiis ſequitur, Magni bellorum motus inter fratres. 79
Conſtantinus Conſtantinopolim ex pactis conventis contendit. *ibid.*
Conſtantinus cum conjuge Conſtantinopolim pe-

Google

tit. In Lemno a Turcis invaditur. Conjux partu abjecto extinguitur. 91
Conſtantinus, Joannes Imp. Theodorus, germani ad pactionem veniunt. Conſtantinus in Peloponneſum navigat, Theodorus Conſtantinopolim: a quo Protoveſtiario præfectura locorum Peloponneſi defertur. 24
Conſtantinus imperio dignus judicatur. Populi judicium Ameræ ſuffragio confirmatur. ibid.
Conſtantinus coronandus. Byzantii ſumma lætitia & gratulatione excipitur. Thomæ fratri Peloponneſi Deſpotatum tradit. 36
Conſtantino dos ampliſſima, una cum filia, ab Iberiæ rege promittitur. Filiam Protoveſtiarii filiæ ſuæ adoptat. 37
Conſtantini in Protoveſtiarium, ut ad miniſtrum fidiſſimum animus gratiſſimus, & eximia ejus commendatio. 38
Conſtantini oatratio de connubio Serviano. Bulla aurea ſuper ducenda regis Iberiæ filia, quam Protoveſtiarius ſit adducturus. 107
Cretæ laudes: quam Agareni primum depopulati, poſtea incaſſum a Romanis defenſam occupant. 120
Cretæ inſulæ deſcriptio. 98
Creta inſula recuperatur. 51
Cretenſium nautarum pro turribus propugnantium laus. Ameræ in eos beneficium. ibid.
Crocontelus Toparcha ſe cum duobus filiis dedit. 84
Cuniculus infelix. 18
Cypriani cujuſdam uxor fit monacha, Thomaidi ſubeſt, vitam ſancte traducit. 58.
Cypriani monaſterium Conſtantinopoli. 101
Cyrus a Tomyri regina obtruncatus. 50
Defectio Satraparum Præfectorumve in Aſia ab Amurate. 64
Deiparæ templum Conſtantinopoli impradentia puerorum inceditur 59
Deiparæ laudatio 69
Deliberationes & machinationes de Patra occupanda. 118
Deliberatio de itinere Imperatoris. 123
Demetrius Deſpota jungitur uxori. 126
Demetrius Deſpota invitis fratribus & matre, uxorem ducit. Legatio ejus ad Imperatorem ſuper reditu Conſtantini in Thraciam. Arma in Imperatorem comparat, Conſtantinopolim a Turcis adjutus obſidet. Filia ejuſdem. 63
Demetrius cum Sparta capitur. 95
Demetrius Adrianopoli vivit, attributis ab Amera locis aliquot pro redditibus. Similiter fit regi Trapezuntis. 125
Demetrii Deſpotæ & uxoris mors. 7
Deſcriptio bucentauri navis Venetorum. Alia deſcriptio quadriremis, quæ regia dicebatur. 112
Deſcriptio novæ machinæ. 25
Deſpota vacationem petit. Ameras parte penſionum & famulorum ei relicta, reliquos Conſtantinopolim transfert. 34
Deo aguntur gratiæ. 35
De divina providentia locus. 60
Digreſſio, de origine, ſucceſſione, rebus geſtis Oſmanidarum Imperatorum. 10
Digreſſionis ſuper origine, & rebus geſtis Sultanorum Othomanidarum concluſio. 38
Digreſſio de Creta. 124
Diſputatio Hebræi cum Imperatore Joanne, & Matthæo Hieromonacho, ſuper his capitibus. De partu Virginis. De morte Chriſti voluntaria. Adhuc de partu virgineo, & explicatio loci Iſaiæ. Cauſa adventus Eliæ & Enoch ante diem judicii. De Antichriſto. Quatenus Chriſtus mortalis. De deſcenſu ad inferos, reſurrectione, aſcenſione, adventu ad judicium. 93
Diſſidium inter hoſtium duces, & in partes diſceſſio. 8
Diviſio Romani imperii inter Latinos capta Conſtantinopoli. 128
Dorothei Patris ſpiritualis mors. 9
Drungarii claſſis pœna. 22
Eccleſiaſtici ſeditionem commovent 51
Epirus vaſtatur, & capitur Scanderbegus. 26
Epiſcopi a Michaele ſtantes, dignitate multantur. 37
Epiſcopum pro Principe deligunt Spartani. 11
Equites eruptione facta repelluntur. 88
Ertuculis genus. 14
Ertuculis ſollertia, magnanimitas, bellica virtus, præclarum de poſterorum ſuorum opulentia & majeſtate ſomnium. Quos locos deprædatus ſit. Qua exſtimatione apud ſuos floruerit. 99
Eſaias patriarcha. 67
Exercitus in Peloponneſum ad Deſpotas ab auxilio ferendo impediendos. 3
Expeditiones diverſæ. 16
Falſi rumores per Turcas diſſipati de ſummiſſis ex Italia & Hungaria auxiliis. Maledicta in Ameram. 106
Ferrariam diſceditur. 8
Ferrum ignitum & prunæ recuſantur ut crudelia. 70
Fœdus cum Amurate. 115
Franciſci Toledi, Theophili Palæologi, & Joannis Dalmatæ virtus & morsglorioſa. 117
Francorum adverſum Byzantios conatus irriti. ibid.
Francopuli Protoſtratoris Conſtantinopolim adventus. 109
Fraternæ diſcordiæ molitorum reprehenſio. 120
Fratrum alter, qui alterius oppida obſederit, quoſque conſiliorum ſocios habuerit. 127.
Fratres Deſpotæ pacem ſacrificio durante ſanciunt, quam Demetrius frangit. Mutua rurſum bella. 11
Galatæi multi trucidantur: contra fidem datam ſiunt tributarii. 69
Georgii Palæologi fortuna adverſa, 72
Georgius Raulus vir illuſtris Demetrio ſe adjungit. 99
Geraſimus patriarcha. 102
Græcorum a Synodo ex Italia Conſtantinopolim reditio. 109
Gregorius fit Patriarcha. 126
Halimbaſſa cur mœrorem ſimularit foris, cum gauderet intus. Ejus oratio ad Ameram de obſidione relinquenda. Sogambaſſæ contrarium conſilium, cum inſectatione ſtultitiæ & inconſtantiæ Principum occidentalium. ibid.
Halimbaſſæ dolor de repudiato conſilio. Imperatori Conſtantino rem ſignificat, eum a fortunæ mutabilitate ad ſpem cohortatur. 89
Halimbaſſæ propter conſilium de Conſtantinopoli non oppugnanda necatur. 24
Helena Palæologa Venetiis prædatores accuſat. 13
Helenæ Palæologæ & Hierothei Patris ſpiritualis obitus. 70
Helepolis magna diffracta in fruſta diſſiliens multos necat. 124
Hiſtoria de Cyro a Tomyri regina obtruncato. 70
Hoſtes Romanis tumultuarie fugientibus, & prædæ imperatoriæ, & urbis compotes ſiunt. 93
Hungarorum cum Turcis conflictus. Rex a pugna per ſe conſerenda deterretur. Janci ſummi ducis animoſa pollicitatio. Rex ipſe fortiſſime præliatur. Cadit. Hungari diſſipantur. 7
Jacobus Lauredanus fit navarchus. 8
Janitzari virtus ab Amera honoribus colitur. 41
Iberorum mos nuptialis. 41
Imperatoris de recepta Conſtantinopoli admiratio & lætitia. 56
Imperator in contumaces animadvertit. 67

Digitized by Google

Imperator cum filio deliberat de Muſtapha, utrum Occidentem illi ab Amurate petat. 83
Imperatoris morbus. 85
Imperator Ameram ab obſidione Theſſalonicæ conatus revocare, ſurdo canit. 150
Imperatori ab equitatu obviam miſſo ſalus dicitur. Urbem Ferrariam cum nobiliſſimo comitatu intrat. A Pontifice Romano honorifice & paterne excipitur. Cum eo ſecreto de pace Eccleſiarum agit. In diverſorium regifice inſtructum deducitur. 144
Imperatoris lætitia & triſtitia ex Protoveſtiarii literis. 172
Imperatoris de ſequeſtro fratrum in Peloponneſum mittendo anceps cogitatio. 155
Imperatoris gemitus. 152
Imperatoris in foſſa evacuanda labor. 155
Imperatoris in proſpiciendis neceſſariis indefeſſus labor. 132
Imperator diſſidentes inter ſe Ligures & Venetos ad concordiam revocat. 131
Imperatoris ad contumelias patientia. Ejuſdem in muris redintegrandis ſedulitas. 130
Imperatoris oratio ad fortiter pugnandum, cum laudatione Deiparæ, Conſtantinopolis, Venetorum, Genuenſium. 141
Imperator & multi præterea in templo S. Sophiæ Euchariſtiam ſumunt. Veniam ab omnibus in palatio petit. Lamenta & lacrymæ ibidem. Obit mœnia, cuſtodias perluſtrat. 184
Imperator milites ad pugnam confirmat. 138
Imperatoris lachrymæ & obſecratio ad Deum & milites. Leoni comparatur, ſua manu fortiter dimicans. 152
Imperator quæ pro patria tuenda fecerit, & a quibus ei fides ſervata non ſit. 184
Indiæ inſulæ fluvii, & beſtiæ, omnia ex narratione ſenis, qui ibidem captivus fuerat, & quomodo evaſerit. 134
Inſulas aliquot Latini amittunt. 138
Inſularum quarundam in India ex cœli temperamento fertilitas 133
Joannes Andronici filius apud Ameram ut proditor delatus, Conſtantinopolim ad patruum fugit: patruus Italiam & Franciam ad conquirenda auxilia fruſtra petit. 133
Joannes Imp. ab Orchane adjutus, ſocerum in exilium pellit, quem tamen imperii rurſus attrahendi cura non deſerit. 144
Joannis Imp. epiſtola, qua Cantacuzenum a tyrannide quam occuparat, prudenter & graviter deterrere nititur, magnam illius iniquitatem & ſcelus ante oculos ponens. 132
Joannes Imp. ab Amurate exilium petit. 131
Joannis quatuor filii. 154
Joannes Imp. a Turcis extrema pertimeſcens, in Italiam ad petendum auxilium navigat. Nihil ibi, nec in Francia obtinet. Æs alienum ingens contrahit: id Manuelis filii opera & ſollicitudine diſſolvitur: quem præterito Andronico, ut infideli, imperio donat. 131
Joannes cum Manuele filio capitur: urbs occupatur. 146
Joannis filii Manuelis inauguratio, & nuptiæ cum Sophia Marchionis Montisferrati filia. 155
Joannes Imp. Hungariam petit. 142
Joannes ex Hungaria redit. 165
Joannem Imp. Sophia uxor quare deſeruerit. 152
Joannes Patri ſuccedit: Mariam Trapezuntii regis filiam ducit: quare in Peloponneſum cum Conſtantino fratre profectus. 147
Joannes Imp. Conſtantinopolim redit. 154
Joannis Imp. profectio in Italiam propter Synodum. 146
Joannes Venetias appellitur. A Duce & Senatu perhonorifice ſalutatur. Singulari magnificentia in urbem introducitur. 173
Joannis Imp. mors, ætas, tempus imperii, 161
Joannes Cantacuzenus. 15. Vide Cantacuzenus, lit. C. 154
Joannes Laſcaris luminibus orbus. 160
Joannes patriarcha Athanaſio abdicanti ſublegitur: idem facienti ſuccedit Niphon. 154
Joannes Glycys patriarcha Niphoni ſuccedit. 154
Joannis Juſtiniani Genuenſis laus. Honor ei habitus ab Imperatore. 138
Joſephus Patriarcha, & Sardienſium Metropolita in Italia defuncti. 183
Irenæ Auguſtæ, ambitioſæ fœminæ mores. 163
Irenes Auguſtæ, uxoris Manuelis mors. 134
Iſthmum inſtaurat Manuel Imp. Ejus latitudo & longitudo. 154
Iſthmus capitur. 171
Iſthmi muri evertuntur. 170
Itali duo fratres commendantur. Eorum capta urbe gemitus. 147
Judæi ad Chriſtianam religionem tranſitus, baptiſmus, nomen Emmanuel. 144
Juſtiniani laus. 177
Juſtiniani & Magni ducis alterna convitia. Oratione Imperatoris reconciliati, officio funguntur. 129
Juſtiniani inconſtantia & timiditas, qua ſua decora fœdavit. 136
Juſtinianus accepto vulnere turpiter a ſe deficit, & certamine excedit. Ad preces Imperatoris ſurdus Galatæ moritur. 133
Labor utrinque certantium. 137. 138
Ladiſlaus Hungariæ rex. 168
Latinis Conſtantinopolis cum cædibus incendiiſque eripitur. 135
Latini aliquot inſulas amittunt. 142
Latinorum perfidia, & cum Turcis conſpiratio. 164
Lauredanus Leſbum fruſtra conatur occupare. 147
Legatio ad Papam de redintegranda concordia Eccleſiarum. 138
Legati tres ad Amuratam. 144
Legati Joannis Imperatoris a Papa redeunt. 132
Legatio rurſum triplex. 144
Legati Imp. ad arma compeſcenda iterum miſſi. 134
Legati ex Peloponneſo cum Thoma. Legati rurſum in Peloponneſum, ad Conſtantinum coronandum. 143
Legati ab Amera vincti, & ſoluti rurſum. 136
Luminis ſupra urbem noctu apparentis duplex augurium. Ejuſdem poſtremo apparentis verum augurium. 167
Macarius moritur. Ejus elogium. 179
Mahometes Primus, auget vectigalia. Provinciæ occupatæ. A Venetis navali pugna vincitur. Manuelem & Principes Chriſtianos diligit. Adrianopoli ſedem regiam conſtituit. Ejus mores. 146
Mehometes Secundus, a quo Conſtantinopolis capta eſt. 183
Mahometis Secundi prudentia militaris, eruditio, lectio hiſtoriæ Auguſtorum Romanorum. Byzantium & Trapezuntem occupat. Aliis provinciis & inſulis imperium exaggerat. A Rhodo rejicitur. Decem regna, urbes ducentas ſubigit. Quinque linguas præter ſuam novit. 147
Mahometi ſucceſſores quomodo regna provinciaſque diſtribuerint. 144
Mahometem quid moverit ad Conſtantinopolis obſidionem. Propoſitum tegens, juxta Aſomatum in faucibus caſtellum conſtruit tribus de cauſis. Imperatoris conſilium de impedienda ædificatione, quare non proceſſerit. 160. vide etiam ſuperius V. Ametas.
Mahometes cur tantam in Chriſtianos humanitatem finxerit. Colonias Conſtantinopolim deducit.

ducit. Prærogativas & immunitates Patriarchæ impertit. 110
Manuelis minoris natu filii Michaelis Imp. indigna mors. 12
Manuelis filii Joannis Imp. propter Theſſalonicani caſus: qui ab Amurate benevole liberaliterque cum promiſſis ingentibus tractatur. 26
Manuel urbe recuperata coronatur. 20
Manuel in Peloponneſo inſtaurat Hexamilium ſive Iſthmum, aliquando reædificatum a Juſtiniano Imperatore. 35. 39
Manuel pravum conſilium averſatur. Amuras honorifice ab eo excipitur. Ad ejus animum explorandum legatio Imp. in Occidentem. 40
Manuel diem extremum claudit. Anni vitæ, imperii, funeris celebritas. 42
Manuelis juſſio de palatii inſtrumento diſtribuendo, & de miniſtris, præſertimque de ipſo Phranze. 46
Manuelis ad Joannem filium oratio de timore Turcarum, & Synodo non cogenda. Eam filius parvipendit. A patre arrogantiæ reprehenditur. 64
Manuel Palæologus ad Deſpotam Serviæ Legatus ſuper nuptiis filiæ Ameriſſæ. 83
Marchio Montisferrati Cretam ſortitus, eam Venetis pretio vendit. 38
Marci Epiſcopi Corinthiorum laudatio. 70
Mariæ illuſtriſſimæ fœminæ dos & patrimonium, a qua locorum quorundam commutatio petitur. 58
Martino Genuenſi Chius extorquetur. 14
Maſſagetæ quales, & eorum arma. 24
Matthæus Aſanes a Deſpotis miſſus, multos interficit. 88
Matthæi Aſanis mors. 125
Mediolanenſium Ducis humanitas & liberalitas. 22
Meliſſeni quare in hiſtoriis ϛρατηγοπούλοι, id eſt, Duces cognominati. 48
Meliſſenus in Cretam fugiens, uxorem ducit. 122
Metochitæ facultates in fiſcum redactæ. 13
Michaelis Palæologi genus, virtus, gratia. Reus majeſtatis, factum juratus inficiatur. Probandæ innocentiæ ferrum ignitum & prunas poſtulat. Recuſantur ut crudelia. More Romano interrogari petit. 3
Michael vanitatem accuſatorum dato ſacramento convellit: dignitatem cum auctuario recuperat: e Bithynia propter malevolorum obtrectationes & metum Imperatoris ad Sultanum Iconienſem perfugit: a quo benevole exceptus, Chriſtianis militibus præficitur: quorum impreſſione perculſi Scythæ, fugam capeſſunt. Ab Imperatore revocatus, honoratur, viciſſimque fidelitatem concepto jurejurando ſpondet. 4
Michael Palæologus ad imperium paulatim prorepit, & Deſpota legitur. 5
Michael Auguſtus ſalutatur. Arſenius Patriarcha eum, & ſalutatores anathemate a ſe percuſſos abſolvit, juſjurandum adigit, ſuis manibus eidem coronam imponit, tempus imperii definit. Ejus de Ætolis & Epirotis victoria. 6
Michaelis pugna infelix. 10
Michael denuo infeliciter pugnat. Tertio prælio vincit 11
Michaelis filii & filiæ, mors indigna Manuelis minoris natu filii, & ſubinde ipſius Michaelis. 12
Militum & Imperatoris fletus, promiſſa item utrorumque. Ultimum vale inter milites. 104
Minos Gnoſſum, Gortynam, Cydoniam, tres præcipuas civitates conſtruxit. 37
Mœnia a propugnatoribus deſerta, unde a Turcis corbes detrahuntur. Purgatio deſertorum. 97
Monaſterium S. Theodoræ Theſſalonicæ. 51
Monaſterium Cypriani Conſtantinopoli. ibid.
Monembaſiotæ deditionem detrectant. Eorum virile ac pium reſponſum, cum laude urbis uberiore, a natura, a civium & magiſtratuum præſtantia, ab honoribus quos ei Imperatores impertiverint. Privilegium ab Andronico juniore. 118
Monſtrum Conſtantinopoli. 14
Moſes Amuratæ filius, adoleſcens temerarius, & regnandi cupidus, a parente punitur capite. 28
Moſes Baiazetis filius a Temire donatus libertate, Muſulmanum fratrem prælio ſuperatum occidit. Obſidionem Byzantii cogitat. Terra marique ab Imperatore vincitur. Orchanem fratris filium pugna inferiorem excæcat. Eum Mahometes frater minimus debellatum interficit. 31
Motus & perturbatio rerum ex diſcordiis filiorum Bajazetæ. 31
Muſtapha Beglerbegum prælio congreſſus occidit: in Orieote ab Amurate vincitur perimiturque. 41
Muſtaphopulus a fratre in Aſia jugulatur. ibid.
Muſulmanus Jeſſe fratrem eliſis faucibus necat. 31
Muzalo Protoveſtiarius nobilitati invidioſus, in ipſo templo inter juſta auguſtalia trucidatur. 5
Navium plurium acceſſio. Earum ſtatio. 89
Nepos Andronicus avo arma infert. 12
Nepos Byzantium avo ſuperſtite capit. ibid.
Nepotis cura ſuper avo. 13
Nicephori Protoſtratoris teſtamentum. 48
Nicolaus Decanalis cum filio & ſcriba vinctus mittitur Venetias. 126
Nicolai Meliſſeni junioris deploranda conditio. 117
Nicomedia fame ſubacta, Orchani ſe dedit. 14
Nili origo & incrementum. 21
Niphon Patriarcha Joanni ſuccedit. 126
Nivium copia in Peloponneſo. 15
Nobilitas & vulgus in partes ſcinduntur. 122
Noctibus ſerenis fulgura. 21
Noſtrorum ad Nicopolim contra Turcas adverſum prælium & clades. 89
Numerus navium & militum in terra. Propugnatorum paucitas. ibid.
Numerus defenſorum armorumque a Protoveſtiario ſubductus. 54
Nuntius inſauſtus de Patra. A Conſtantino reſponſum. 122
Nuntius ad Papam. Expectatio Deſpotæ. 93
Onerariæ quatuor a Turcicis invaſæ, fortiſſime ſe tuentur. ibid.
Onerariarum quatuor præclariſſima victoria. 95
Oppugnantium ſævitia. Propugnantium induſtria. Foſſæ complentur. 15
Orchanes reliquum Bithyniæ Romanis eripit. 28
Orchanes in regno prolatando patrem ſequitur. Quæ aliis ademerit. Sororem Joannis Imperatoris ducit, cui ad imperium recuperandum armis opitulatur. 22
Oſmanes Turcarum rex in Bithynia fines ſuos propagat. 28
Oſmanes provinciarum diviſionem inducit. Quæ cui Satrapæ obrigerint. Ejus in alienis invadendis cupiditas & avaritia. 24
Oſmanidarum Imperatorum origo, ſucceſſio, res geſtæ. 7
Palæologus Imperator ſpreto jurejurando, & ſuperbia ex ſucceſſibus turgidus, puerum Imperatorem pupillum curat excæcari. Patriarchæ ob id dolor & lamentatio: in reos Eccleſiaſtica animadverſio. 8
Palæologi liberi, mares & fœminæ, mors, ætas, imperii ſpatium, ſepultura. 51
Palæologinæ laus. 120

I N D E X.

Palæologi cujuſdam miſera mors. 70
Papæ legatus ad Imperatorem. 24
Παρεκβάσεις ad narratiunculas de Imperatorum Oſmanidarum propagatione & rebus geſtis. 50
Patrenſium Cleri & vulgi in Conſtantinum voluntas. ibid.
Patrenſes mittunt exploratores, & ad urbem tutandam viriliter accingantur. 53
Patrenſes qua conditione cum Conſtantino amicitiam pepigerint. 55
Patrenſis Metropolita de re Patrenſi certior fieri ſtudens, Naupacto ſuccedit. 56
Patræ peſtilentia conflictantur. 124
Patrarum Metropolita ſuſpectus Turcis, palo ſuffigitur. 7
Patriarchæ dolor & lamentatio: in reos Eccleſiaſtica animadverſio, in monaſterium receſſio. 8
Patriarcharum ſucceſſio. 60
Patriarchæ deducendo navis miſſa. Pompa item, qua Ferrariæ exceptus fuerit. A Pontifice Romano cum oſculo pacis ſalutatur. 110
Patriarcha novus eligitur. Imperatores quid novo Patriarchæ, & qua cæremonia donare ſoliti. Eam ex parte ſervat Ameras, & Patriarcham tractat humaniter, ac honorifice. 23
Pax inter Bajazetem & Manuelem. 81
Pax inter regem Trapezuntis, & Ameræ filium Mahometem. 6
Peloponneſi Princeps libertatem tribus urbibus redimit: quantum ex Romanis commodarint. 39
Peſtis in Ponto, & quorundam affinium Protoveſtiarii funera. 125
Peſtilentia ſævit multis locis. Multæ myriades pereunt, in his Ameriſſa Deſpotæ filia. 93
Phlantanelæ navarchi, quo dictis, qua factis, magnanimitas. 14
Phocæenſes ſunt tributarii. 10
Picerioterza Rogerii Latini piratæ cognatus. 106
Porta S. Romani, prima in urbem irruptio. 50
Præfecti inſtituuntur. 13
Prælium Romanorum & Turcarum ad Nicæam. 21
Prælium noſtrorum ad Nicopolim contra Turcas adverſum, & clades. ibid.
Principes defectionem a Bajazete parturiunt: fœdus ineunt. 69
Principum fœminarum interitus. 115
Principum mortes. 23
Protoveſtiarius hic ſcriptor, quo tempore natus ſit, unde, & quouſque hiſtoriam perducturus ſit. In iis quæ ante ſe natum, aut ſe adhuc parvulo contigerint, quorum fidem ſequatur. 93
Protoveſtiarii affinium quorundam funera. Luctus parentum ejus. 46
Protoveſtiarii Phranzæ apud Conſtantinum locus: qua conditione eundem in Peloponneſum ſecutus ſit. 51
Protoveſtiarius cum equo vulneratus capitur: in turrim compingitur: vinculis arctatur, habeturque peſſime. 53
Protoveſtiarii ſomnium, & liberatio e carcere. ibid.
Protoveſtiarius ſqualore pæne confectus, humaniſſime, & cum multis laudibus a Conſtantino accipitur, & donatur. 54
Protoveſtiarius oppidi S. Andreæ Præfectus renuntiatur. 55
Protoveſtiarius cum duobus Turcis Legatis ad Conſtantinum redit ex itinere. ibid.
Protoveſtiarius Naupacti cur diem amplius manſerit. A Præfecto urbis convenitur, & cum vulpe vulpinatur: qui aſtus fabella quadam declaratur. A Legatis vino ſepultis literas aufert. Quid reſponſum ab Ameta. A collega ut inutilis & damnoſus reprehenditur. 56
Protoveſtiarius ad diſſidium componendum advocatur. Capitur & venditur. ibid.
Protoveſtiarius Præfectus Patrenſis decernitur. 58
Protoveſtiarii legatio. 69
Protoveſtiarii connubium. Filius ejus primogenitus Joannes. ibid.
Protoveſtiario alter filius Alexius, & filia Thamar naſcuntur. 70
Protoveſtiarii filius tertius, Alexius. 72
Protoveſtiarii propter bellum regis Hungarorum in Turcas legationes. ibid.
Protoveſtiarius filio beatur, creaturque Præfectus Spartani Principatus. Teſtimonium de ipſo Conſtantini, & præcepta politica. ibid.
Protoveſtiarii legatio Conſtantinopolim. 79
Protoveſtiarii filii mors. 81
Protoveſtiarius in Iberiam & Trapezuntem legatur cum illuſtri comitatu, & varii generis muſicis. ibid.
Protoveſtiarii naufragium. 85
Protoveſtiarii dolor & lamentatio de ſucceſſione Mahometis, propter tyrannicos ejus ſpiritus, & timorem futuræ obſidionis Conſtantinopolitanæ. Ejuſdem dona & literæ ad Imperatorem Trapezuntis. Cum Ameriſſa conjugium Imperatori ſuadet, & quatuor oppoſitiones diſſolvit. De Legato ad Deſpotam Serviæ, conjugii nomine mittendo. ibid.
Protoveſtiarius redit Conſtantinopolim. 87
Protoveſtiario mandata dantur de navigatione in Peloponneſum. Denuntiantur aliæ binæ in Cyprum & Iberiam. Faceta illius propter uxorem excuſatio. Imperatoris reſponſio humaniſſima. Dignitatem vicariatus illi promittit, qua Notaras Magnus Dux cedit. De filia Protoveſtiarii cum Nicolao Meliſſeno dynaſta Peloponneſi conjungenda promiſſio Imperatoris. 112
Protoveſtiarii in Cyprum mittendi cauſſa. 114
Protoveſtiarius Phranzes novis honoribus ornandus. Deliberatio ejuſdem cum amicis de filiæ connubio. In Peloponneſum & Cyprum abire parat, adjuncto filio duabus de cauſſis. Fit Magnus Logotheta invitis æmulis. Mentio honoris ejus in literis Imperatoriis facienda. ibid.
Protoveſtiarius, uxor & liberi capti, venditique. Liberos Ameras ab Hippocomo emit. 120
Protoveſtiarii filium maliabria perpeti nolentem Ameras interficit. 122
Protoveſtiarius fit domeſticus Thomæ Deſpotæ. Iter ejus in Serviam impeditur. Alia itinera. Uxorem pecunia redimit. 125
Protoveſtiarii filia captiva perit. Proſpera ejus ad Venetos Legatio. ibid.
Protoveſtiarii iter in monaſterium, quo Deſpota cum aliis conceſſerat. 126
Protoveſtiarii itinera, inopia cogente. Romæ Sanctorum ſepulchra viſit, & colit. ibid.
Protoveſtiarius victum annuum quærit. ibid.
Protoveſtiarius fit monachus, appellaturque Gregorius. Similiter uxor jam monacha, dicitur Eupraxia. Fidem orthodoxam pro conſuetudine recepta uterque profitetur. 8
Protoveſtiarii gravis morbus. 51
Protoveſtiarii catarrhus & gravedo: ejus querimonia ſuper miſeriis ſuis, & humilis confeſſio peccatorum, & precatio ad Deum. 10
Protoveſtiarii totius operis concluſio. ibid.
Pugnatur male in Paphlagonia. 13
Ramos geſtant milites die Palmarum. 95
Rogerius Latinus pirata, & Picerioterza cognatus, ſcelerate pacta cum Imperatore adverſus Turcas, Romanos nihilominus vexant in tranſitu incredibiliter. 39
Rogerius cum comitibus juſſu Michaelis Imp. trucidatur. 4
Romanis tumultuarie fugientibus, hoſtes & prædæ imperatoriæ & urbis compotes fiunt. 24

Sacra vaſa Eccleſiæ in pecunias ad ſolvenda ſtipendia rediguntur. 31
Scriptura in marmore reperta. 11
Scythæ Chriſtianorum militum impreſſione perculſi fugam capeſſunt. 41
Scythæ quales fuerint. ibid.
Selybria Conſtantino datur, cui regendæ & contra inſidiatores tuendæ, Protoveſtiarius mittitur. 31
Sigiſmundi Imperatoris ad Ametam legati. 5
Sinopium, Ceraſus item & Trapezus, & Topachiæ a Turcis occupantur. 89
Spartanorum in Procuratores Rhodiorum debacchatio: Epiſcopum pro principe deligunt, per quem Theodorus reſtituitur. 12
Strepitus extra urbem, unde oppugnationis initium, circa ſecundum galli cantum. ibid.
Suburbani a Turcis capiuntur. 83
Sultanus Azatines occulte Chriſtianus manet. Ab Imp. Byzantium veniens auxilium rogat: domum reverſus moritur. Filii contra Scythas & Turcas in Aſia expeditio. 48
Sultanus Iconienſis. 126
Supplicationes per urbem ad Deum cum lacrymis. 117
Symbolum Nicænum ad verbum e ſacris literis hauſtum Protoveſtiarius demonſtrat. 14
Synodus in Trullo. 12
Tamberlanes quis fuerit: quales item Scythæ 126. Vide etiam V. Temires.
Tamberlanes cur Bajazeti bellum fecerit. 15
Temiris i. Tamberlanis expeditio adverſus Bajazetem, & quæ cauſſa hujus. 112
Templum Deiparæ Conſtantinopoli imprudentia puerorum incenditur. 21
Templum S. Sophiæ epitheta. 89
Tempus ab Heraclio ad Conſtantinum Palæologum. Quamdiu is, & quamdiu Palæologi imperaverint, & quandio imperii Romani domicilium Conſtantinopoli fuerit. ibid.
Terræmotus horribilis. 54
Terræmotus ingentes. 122
Theodora regina ſpiritum finit. 93
Theodorus Andronici ſenioris filius impie deficit. ibid.
Theodorus Deſpota apud Bajazetem de vi accuſatur. 92
Theodorus Deſpota Spartæ ditionem Rhodienſibus ex deſperatione vendit. 15
Theodorus Deſpota monachi habitum differt. 28
Theodotus perſonam deponit. 12
Theodorus Conſtantino Baſtitzam donat, & jus ſuum in alia multa, quæ Nicephori Protoſtratoris fuerant. 28
Theodorus Conſtantinopolim quare venerit. 54
Theodori Deſpotæ mors apud Selybriam. 7
Theodorus Imp. moriens, Arſenium Patriarcham & Muzalonem Protoveſtiarium filio & imperio curatores præficit. 8
Theophili Palæologi & Demetrii Cantacuzeni virtus. 55
Theſſalonicam vendit Venetis Andronicus. 120
Thomais Aſiatica mulier Conſtantinopolim ducta, a ſorore Cabaſilæ educatur: cum ea Theſſalonicæ monaſterium S. Theodoræ incolit. 70
Thomais Lemnum abit. Ejus & ſociarum paupertas Conſtantinopoli. Augetur ibidem ejuſdem exemplo monacharum numerus. Earum diſciplina rigida. 24
Thomais in quanta veneratione. Pie moritur. 50
Thomæ Deſpotæ fuga. ibid.
Thomæ filia Lazaro Serviæ Deſpotæ nubit. 13
Thomæ Deſpotæ adventus Conſtantinopolim, Demetrii ambitionem comprimit, cui populus minime favet. 55
Thomas & Demetrius de finibus mutuo non invadendis, inter ſe fidem & jusjurandum dant. 16
Thomas Princeps filio augetur. 114
Thomæ filius naſcitur. 7
Thomas ad bellum Demetrio faciendum ſollicitatur. Quæ oppida illius invaſerit. 8
Thomas Deſpota, & ejus uxor, & liberi, quo loco. 60
Thomas Deſpota ad Pontificem Romanum navigat; caput S. Andreæ offert, ab eo monaſterium ad habitandum, & redditus accipit. Deſperato auxilio comites, & apud Corcyram domeſtici ejus fluentes diſperguntur. 110
Thomas Venetiis Romam redit, filia Epidaurum proficiſcitur; ante Corcyræ diem obit. 23
Thomas Deſpota liberos ad ſe Romam vocat, ubi, antequam eos videret, de vita exit. 82
Thomæ Deſpotæ filii accitu Papæ Romam veniunt, paternis vectigalibus fruuntur. Andreas primogenitus ab eodem honoratur. 6
Thomæ Palæologi cum filia Principis Zachariæ Centerionis ſponſalia. 39
Thomæ nuptiæ. 155
Thomas Palæologus ad Imperatorem nuntius legatur. 93
Tria oppida recepta. 14
Turachanes Turcicus Satrapa Thebas capit. 10
Turachanes Iſthmum occupat. Magna utrinque ſtrages. Ad Corinthum, & ſinum Meſſeniacum, & Mantineam progrediens, obvios capit, ſpoliat, ſervitute mulctat. 106
Turachanis filius capitur. 50
Turachanes Albanitas Principibus legitimis ſubjicit. 83
Turachanis filius Naupactum in circuitu vaſtat, Venetis damnum dat, qui ſe ulciſcuntur. 21
Turcæ Romanas provincias depopulantur, & in ſatrapias diſpertiunt. ibid.
Turcarum Satrapæ provincias Aſiæ lacerant, in Cherroneſum Thraciæ irruunt. 10
Turcici dominatus in Europa initium. 16
Turcici Imperii diſtractio. 56
Turcæ multi a ſuis vivi operiuntur. 91
Turcæ jejunantes, & aqua ſe expiantes, Deum victoriam precantur. 101
Turcæ propugnaculo capto, turmatim in muros evadunt. 106
Turcarum tria nomina. 110
Turcarum inſolentia. 117
Turcarum irruptio, a quibus Thomas obſidetur. Ad Demetrium amicum Spartam abeunt. ibid.
Turcæ Lemnum occupant. 126
Turcæ inſulam Euboeam armis, vicinas præterea deditione voluntaria accipiunt. ibid.
Venetiarum laus. Civium plauſus & gratulatio ad Imp. ingreſſum. Iterum laus urbis a ſplendore ædificiorum. Admirationes denique, quibus totum caput refertum eſt. 65
Veneti quidam pecunia numerata ac promiſſa necem effugiunt. 109
Veneti Ducis filiæ cum Conſtantino connubium a nobilitate Conſtantinopolitana quare contemptum. Cur a Venetis auxilium negatum. 112
Veneti Iſthmum capiunt & muniunt. Fruſtra Corinthum oppugnant. Monembaſim ſubjugant. 123
Venetis Palæocaſtrum Lemni oppidulum traditur. ibid.
Veneti Imbrum inſulam, & Athenas occupant, Patrenſem agrum populantur, Turcas ſubſidio accurrentes cum ſtrage repellunt. 124
Veneti Præfecti in hoſtibus perſequendis temeritas. Ejus & collegæ ſupplicium. 124
Veneti Ænum capiunt, Boſtitzam inſtaurant. 126
Venetorum navarchus de Eubœa deſerta reprehenditur. ibid.
Vezires adoleſcenti Machometi tantum onus to-

Digitized by Google

tius imperii committendum negant, 34
Victoria de Ætolis & Epirotis, 6
Votum caſtitatis filiæ Ameriſſæ. 93
Vota pro pace & concordia fratrum. 117
Urbs obſidetur. Turres extra urbem & in vicis ante evertuntur. Apparatus bellicus advehitur. 89
Urbs eodem tempore & hora, terra marique oppugnatur. Chriſtiani prævalent. Hoſtes feſſi a ſuis reſpirare prohibentur. Audacia aſcendentium per præcedentium humeros. In aditu murorum atrox pugna. 104
Zuchaſanes Ameram vincit, & ab eodem vincitur. 126

A01 1,2,2,1,2

Digitized by Google

Digitized by Google